TRACTATVS DE DECRETIS, CAETERISQVE SOLEMNITATIBVS

In Contractibus Minorum, aliorumque his similium, adhibendis,

D. OCTAVIO SIMONCELLO CALLIENSI V.I.D. ET EQV. AVCTORE.

OMNIBVS PONTIFICII, CAESAREIQVE Iuris professoribus, Causarum patronis, Ius dicentibus, ac Notarijs perutilis, & necessarius.

Hac noua editione ab erroribus expurgatus, necnon ab ipso Auctore Additionibus quamplurimis exornatus.

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIIS, apud Hæredem Damiani Zenarij, M DC XIX.

Permissu Superiorum, & Priuilegio.

[redacted]

PERILLVSTRI,
ET REVERENDISS.
DOMINO, AC PATRI
D. AMBROSIO
AB ASVLA
Abbati Sanctæ Iustinæ apud Patauinos Congregationis Casinensis.

Bartholomæus Rodella F. P.

VARIA mortalium esse studia, varij & ij quidem Classici auctores nonnulli insignis notæ, posterorum memoriæ prodiderunt, vario etiam & multiplici fine sibi proposito sua quæque instituisse, nemo est qui nesciat; quãuis non omnibus propositi ex votis successerint exoptatis euentus. Qui Principibus Illustribusq. viris ingenij sui fętus tuendos ornandosq. committunt, & quidquid immensis laboribus & diuturnis peperere vigilijs nuncupant atque inscribunt; Horum alij id agunt, vt aut veteri summæq. in eos obseruantię

sese id tribuisse dicant; Alij vt eorum tutelari quodam quasi Numine protecti, & præsidio vallati Heroico, inuidiam minus grauem ac noxiam & sentiant & experiantur; Alij vt fructum alieni de se iudicij ea iudicatura adipiscantur. Nec desunt qui posteritatis laude rapti, & applaudentis auræ popularis titillatione quasi quadam deliniti, ac immortalitatis spe non modica incitati pariter & inflammati, ea sibi nomina præuio insigni delectu habito præponunt nuncupatione, quæ diutissimè & viuere & florere posse sibi vnicè habent persuasum. Id quod à pictoribus plerisque & statuarijs artificibusq. vsus & experientiæ non vulgaris obseruatum fuisse licet intueri, qui Deorum, Principumq. effingendis, effigiandisq. imaginibus, eo libentius suam apponunt industriam quo minus obnoxia æstiment illa aut hominum, aut temporum iniurijs esse futura. Nec desunt etiam qui hoc veluti sacro litterarum munere gratiosam adaugeri Magnatum erga se beneuolentiam auida cupiditate satagunt: siquidem haud inter postremas laudes referendum Principibus perplacuisse viris sibi certo certius habent persuasum. Sunt & multi qui facile sese, operamq. simul suam hisce quasi Mecenatibus quibusdam ostentant, quorum & auctoritate ornari, & opibus augeri, & potentia demum defendi sese contra omnes aduersantis cateruę Zollorũ insultus posse certissima & infallibi quasi quadam ducuntur fiducia. Ego vti ex prioribus causis quasdam fortasse sequar, sic certè duas potissimum sum amplexus, quarum altera publicam communemq. tibi cum multis; alteram plane tuam & propriam esse cuilibet experimẽto vel mediocri edocto haud difficulter patere potest. Et communis quidem illa hæc est, quæ auctoritate nititur, honore coruscat, & passim sese omnibus prædicandam proponit panegyricis laudatoribus in rebus agendis dexteritas, quæ cum tibi cum multis hoc sint æuo communia, mirum non est si non adeo me hæc intuitum confitear, quam vt dum propria tibi quæ sunt animo pensiculatius reuoluo, & seria verso cogitatione tuarum (quæ singularia sanè in te exstant) ornamenta virtutum multiplicia, Pietate in Deum, Caritate in proximos, Beneficentia in omnes te video in scopum illum ad quem Boni omnes intendunt prosperitatis citra vllam tergiuersationem felicissimo conatu optimè quidem collimasse. Quo factum est, vt amator ego & admirator diuinitus tibi concessæ felicitatis, nil me magis habuisse semper in votis cogar fateri, quam eam mihi per temporis opportunitatem offerri occasionem, qua quãti te, tuamq. illam virtutum multiplicem encyclopediam ęstimem, doctorum cætui virorum palam facere possem vniuerso. Quod non alia re magis opportunè consecuturum me existimo, quam vt pro veteri meo vt scis instituto, cui me a puero destinatum norunt omnes,

alicuius

alicuius magni nominis, nec excelsi minus meriti, ingenioq. præstantis viri Legalis sapientiæ vigilias æterna dignas reminiscentia, sub augustissimi nominis tui splendore in vulgus faciam litteratorum, cum applausu omnium & congratulatione publici eas iuris faciendo, emanare. Huius farinæ est noster hic de Decretis Legalis philosophiæ insignis profectò, & omnibus vt aiunt numeris ad amussim absolutus Clarissimi Auctoris Octauij Simoncelli Iurisconsulti sanè consumatissimi perscriptus olim Tractatus, nouis & ijs quidem haud aspernandis ab ipsomet Auctore recenter additamentis locupletatus, quem tuo commendatum patrocinio, tuoq. ornatissimo nomine splendescentem, gratitudinis non indoctus, in hoc Orbis theatrum doctis conspiciendum, voluendum, conterendumq. quasi arrabonem meæ illius veteris in te fidei, & obseruantiæ testem, proferre non dubitaui, certa spe concepta, fore, vt voluntatem pro facto, conatum pro effectu, pro ea quæ tibi congenita semper fuit humanitate, sis habiturus, animumq. hunc meum, te, tuasq. illas heroicas sanè, & excelsi simul meriti Virtutes æternizare percupidum, æqua sis lance pensaturus. Sat notus est peruetustæ consuetudinis vsus, quo iampridem confirmata hæc fuit veritatis inconcussæ assertio, ingeniosas rei litterariæ sapientum lucubrationes, prælo subiectas typographico, nulla vnquam obliuione deleri, nulla temporum iniquitate vel iniuria obscurari posse, cum illarum medio & speciosa Virtutis imago collaudata, incitamento ad imitandum alijs sit acri, & horrida turpitudine Vitij Larua verecundiæ multis, terrori quamplurimis passim soleat omni sęculorum memoria existere. Quod quidem non inconsideratè ventilatum à me, sat in rem meam cessit in præsens, cum tuarum laudum præconio commonefieri coętaneos omnes tuos, & ad imitandum te tamquam exemplar quoddam singulare bonis proponere omnibus, & aduersantes ijsdem discolos in ordinem redigere, & ad meliorem, vt dici solet, frugem si ita fieri possit traducere hoc pacto gestiam quammaximè. Itaque si Religio, si Pietas, si Bonitas, & Mansuetudo, si facilitati proxima comitas, si prudens consilium, insignis sapientia, profundæ eruditionis sale conspersa vndique doctrina, inueteratus & excellens rerum vsus & administratio, admirationi sunt omnibus quotquot te norunt & stupori, quid reliqui esse potest quod in te præsens coęuorum tuorum ætas non sibi ad imitandum propositura sit, & posteritas vnicè obseruatura simul & prædicatura in omne æuum. Latissimus hic sese mihi campus offert in tuas illas diuinitus collatas animi dotes excurrendi, sed me lubens cohibeo, non nescius quam ab huiusmodi panegyri animo (quæ tua singularis est modestia) sis alienus. Hoc vnum mihi suffecerit, vel tantilla hac publicæ gratulatio-

nis ſignificatione, propenſam illam in te amando, colendo, obſeruando, venerandoq. voluntatis meæ promptitudinem, omnibus quantum per meam licet fragilitatem facere conteſtatam voluiſse. Accipe igitur Reuerendiſs. Antiſtes, hos alieni laboris Iuridicos fructus ex Typographia noſtra Veneta, ad te tamquam optimo tibi iure debitos in præſens tranſmiſſos; eosq. in Apollinis templo Mineruæq. aditis ſecretioribus collocatos, amplexu tuo non indignos iudica, iiſdemq. tuum à ſeuerioribus & ſerijs reſpirantem curis animum pro veteri & ſolito more tuo oblecta, & me Amplitudini tuæ Reuerendiis. officiosè ſemper addictum & eſſe, & perpeti memoria futurum exiſtimato. Interim Deum Opt. Max. precor, vt cunctos proſperet tuos Heroicos conatus, vota ſecundet omnia, & cum honoris accretione & nominis, vitam quam diutiſſimè largiatur incolumem, felicitate feliciſſima.

Venetijs Anno partus Virginei 1619. Idib. Iunij.

FRANCISCVS CANTVTIVS

Sacri Palatij Apoſtolici Auditor.

OCTAVIO SIMONCELLO I. C. S.

NON ſine magna mea voluptate ſũ tuis litteris redditus certior, quod elaboratus à te Tractatus de Decreto Iudicis, propediem ſit in lucem proditurus. Qui enim fieri poteſt, vt non gaudeam vehementer, cum illum ipſum naſcentis gloriæ tuę, hoc eſt hominis mihi amiciſſimi, & dum publicè olim profiterer auditoris mei ſtudioſiſſimi, quaſi ſolidum quoddam fundamentũ poſitum videam? Nam niſi me fallit memoria, ſcriptus eſt liber cùm copioſiſſimè, vt poſſit lectoris ſitim, atque animum facilè vndique explere, tum miro quodam ordine digeſtus, quæ duæ res non minorem hodie Scriptoribus laudem, quàm lectoribus vtilitatem afferre exiſtimantur. His accedit Operis ipſius argumentum, quo haud ſcio, an vllum ſit in iure grauius, aut explicatione ipſa difficilius. Nam quæ à priuatis hominibus geruntur, eius fermè naturæ ſunt, vt eis quilibet pro ſuo arbitrio formam tribuat, at Iudici pro tribunali decernere, non niſi exacta cauſæ cognitione præuiâ licet, ex quo ſolo colligi poteſt quanti ponderis, & quantæ ſit eruditionis id exequi, quod ipſum ego in hoc ampliſſimo cauſarum Sacri Palatij Auditorio, quotidie iam experior. Quandoigitur in materia tam graui tantùm præſtas, accingere iam & ad alia ſcribenda, quæ non modò tibi, Familiæq. tuæ, verùm etiam Patriæ dubiò procul gloriam paritura ſunt immortalem. Vale.

INDEX TITVLORVM QVÆ IN HOC TRACTATV DE DECRETIS CONTINENTVR.

LIB. I.

LIB. II.

LIB. III.

INDEX RERVM, ET SENTENTIARVM INSIGNIVM,

QVAE IN TOTO OPERE CONTINENTVR, Elementario ordine, & diligenti studio compilatus.

A

Adul-

Con-

D

Decla-

tene-

Item

E

Emphy-

c *Quod*

Iudex

Iudicis

Iurans

Locare

Repro-

Necessi-

N

O

P

Pax

Vsum-

FINIS.

TRACTATVS
DE DECRETIS,
CÆTERISQ. SOLEMNITATIBVS
in Contractibus Minorum, aliorumq. his similium, adhibendis,
D. OCTAVII SIMONCELLI
CALLIENSIS V.I.D. ET EQ.
Præfatio.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Præfationis effectus.*
2 *Decreti definitio in genere.*
3 *Decretum in iurè multis, varijsque sumitur modis, & vsque ad 21. significationes recensentur.*
4 *Sententia interlocutoria, parte non citata ferri potest. Et quæ sit ratio.*
5 *Præsentia eius qui actui contradicere nequit, non est necessaria.*
6 *Decreti definitio in specie, quæ tamen reprobatur, & alia eius loco ponitur per Auct. num. 7.*
8 *Decretum in quo differat a Sententia.*
9 *Minor is intelligitur, qui nondum 25. annum compleuit.*
10 *Ad vnamquamque rem introducendam quattuor caussæ necessariæ sunt.*
11 *Causæ duæ principaliter requiruntur ad aliquid inducendum.*
12 *Causa efficiens decreti, quæ sit.*
13 *S.Cons. Clementianum quod quandoque vocatur Oratio, introduxit decretum.*
14 *Verba d. Orationis, siue S.Cons.*
15 *Dispositum in prædijs per præd. S. Cons. hodie locum habet omnibus in rebus quæ possunt seruando seruari.*
16 *Vestes detritæ, & superuacua animalia, valent sine decreto distrahi.*
17 *Verba d. S. Cons. an dicantur prohibere pupillorum tutores, vel etiam adultorum curatores.*
18 *Pupilli quandoque curatores habent.*
19 *Materialis decreti causa quæ sit.*
20 *Decretum est quid separatum a causæ cognitione, ceterisque solemnitatib.*
21 *Decretum accipitur in genere, & specie.*
22 *Formalis decreti causa quæ sit.*
23 *Deceptio quorumdam qui putabant causam finalem Iudicij esse, vt Iudex sedendo sententiam proferat.*
24 *Finalis decreti causa quæ sit.*
25 *Leges semper quærunt fraudibus obuiare.*

A Mino-

26 *Minorum fragile, ac infirmum est consilium.*
27 *Differentiæ inter decretum, auctoritatem, licentiam, & consensum.*
28 *Decretum debet in scriptis proferri. Reprobatur tamen per Auctorem.*
29 *Decretum quandoque dicitur sententia, quādoque auctoritas, & sæpius vnum pro altero ponitur.*
30 *Contractus regulariter nullus est, qui ad sui validitatem scripturam requirat, sed ideo ea fit, vt quod actum est, facilius probetur.*
31 *Decretum an sit interponendum ante, vel post actum.*
32 *Decretum quando reperitur interpositum ante contractum non præsumuntur omnia solemniter acta.*
33 *Decretum an possit interuenire ex interuallo.*
34 *Ea quæ sunt de forma, vel substātia, debent esse contemporanea, & simul explicari.*
35 *Decretum potest ex interuallo apponi, quando requiritur ad confirmandum.*
36 *Auctoritas tutoris debet statim in actu adesse.*
37 *Consensus tutoris reputatur idem cum consensu pupilli.*
38 *Statuto si caueatur, quod Vniuersitas debeat facere Syndicum cum auctoritate Pontificis, numquid ista auctoritas requiratur in actu, an verò possit sequi post actum.*
39 *Actor constitutus a tutore sine Iudicis decreto, an possit per Iudicem ex interuallo confirmari.*
40 *Intellectus plures ad c. Cura. de iure patron. num. 42.*
41 *Decretum non exigitur in alienat. rerum Eccl.*
43 *Auctoritas quando requiritur per modum simplicis consensus, potest ex interuallo præstari.*
44 *Auctoritas potest post actum accommodari, vbi actus vtilis sit ei, cui debet auctoritas præstari.*
45 *Solemnitas quæ requiritur ad certum finem, habito fine, sufficit quod ex post facto accedat.*
46 *Decretum quandocūque interponatur, censetur interpositum ab initio, quando ab initio tractatum fuit, de decreto apponendo.*
47 *Contractui cum aliquid substantiale adijcitur, dicitur contractus denuò renouari.*
48 *Intell. nouus ad c. Cura. de iure pat.*
49 *Auctoritas quid sit, & in quo differat a decreto.*
50 *Consensus quid sit, & in quo differat ab auctoritate, & decreto.*
51 *Consensus non potest ex interuallo interuenire, quando actus qui præcessit, esset aliquo alio respectu nullus, quàm consensus.*
52 *Consensus non potest accedere ex interuallo quando requiritur per modum solemnitatis, & formæ.*
53 *Consensus an requiratur in modum solemn. & formæ. an in modum simplicis consensus, pulchra ad id dignoscendum traditur theorica.*
54 *Actus a principio nullus non potest tractu temporis firmari. Declaratur id.*
55 *Statuto si caueatur quod mulier non possit hereditatem adire sine consensu consanguineorum, consensus subsequens non poterit aditionem confirmare.*
56 *Licentia in eo differt ab auctoritate, decreto & consensu, quia licentia ex sui natura debet semper actum præcedere. Ampliatur, & limitatur, nu. 57.*
58 *Decretum an requiratur in alienatione rerum Ecclesiasticarum.*
59 *Ecclesia gaudet fauoribus minoribus concessis, illisque æquiparatur.*
60 *Ecclesia si faciat contractum nullum, habet electionem an ei velit stare, vel eum rescindere, sicut minor.*
61 *Solemnitates in alienat. rerum Ecclesiarum quæ requirantur.*
62 *Alienatio rerum hospitalis quas requirat solemnitates.*
63 *Decretum requiritur quando decernuntur alimenta pupillis.*
64 *Decretum exigitur in transactione alimentorum.*

Decre-

NON ab re esse censui prius quàm ad huius necessarij, celeberrimique decretorum Tractatus tractationem condescendam, aliqua (iuxta celebre Vlpiani respõsum ad l. 1. ff. si cert. pet.) Præfationis loco
1 præmittere. † Præfatio etenim (vt nos docet Caius in l. 1. ff. de Orig. iur.) solet libentius ad lectionem propositæ materiæ nos perducere, & cũ eò venerimus, euidentiorem præstare intellectũ. Multaque siquidem in ipsa Præfatione se se declaranda offerunt, quæ in tractatu ne propositus perturbetur ordo comodè explanari nequeunt.

Tractaturus igitur de decretis, hæc pauca Præfationis loco præmittere decreui, nempè.

Quid sit decretum in genere.

Quot modis in iure accipiatur istud verbum, decretum.

Quid sit decretum in specie.

Quænam sint huius decreti causæ.

In quo differat decretum ab auctoritate, licentia, & consensu.

Super quibus rebus necessariò interponatur decretum.

His quoad breuius fieri poterit explicatis, deueniã ad ipsũ tractatũ, quẽ in tres diuidã libros, Libros in Titulos, Titulos in Inspectiones, & Inspectiones in Casus. Quibus omnibus ad laudem Dei, Virginisque Deiparæ auxilio expeditis, erunt explicata omnia quæ in hac difficili, vtili admodum ac necessaria, necnon

non in Praxi valde frequenti decretorum materia quotidie versantur. [cuius quidem decreti materia est tã frequẽs, vt quælibet alia totius Iuris, vt rectè animaduertit Petr. Rebuff. super Concordatis. in Rub. de Conclus. Lateranens. Concilij. in Glo. in verbo, decretis, pagina mihi 727. vers. Verumenimuero.]

Et si verbum istud decretum adeo generale sit, itaque variè in iure nostro accipiatur, vt tamquam terminus æquiuocus secundum distinctas rationes pluribus competens, comodam recipere definitionem nequeat, iuxta tradita per Arist. in Prædicam. in princ. quem secutus est Cicero de officijs in princ. vbi licet asserat, quod omnis quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debeat a Definitione proficisci, vt intelligatur quid sit id de quo disputatur, nihilominus ad euitandã æquiuocationem, prius distinguit, postea verò definit, & ex nostris etiam scripsit Abb. in Rub. de Iudi. extra, quem refert & sequitur Ripa in Rub. de vulg. & pup. num. 5. & in tract. de peste. in Prælud. num. 1. Quod terminus æquiuocus non potest generaliter definiri: Cũ tamen sepissimè (apud nostros præcipue) passim obseruari perceperim cõtrarium, & ipse quoque pro clariori, apertiorique totius tractatus intelligentia, verbum istud æquiuocum ex nostrorum interpretum intentione generaliter definire minus verebor.

2 DECRETVM igitur in†genere, est deliberatio, seu motus Iudicis cum causæ cognitione citra condemnationem, vel absolutionem. ita videtur definire Bart. in l. Nec quidquam. §. vbi decretum. ff. de Offic. Proconf. & leg. sequuntur Alex. Ias. Claud. Seisel. (licet aliquid addendum esse putet) Vldar. Zas. ceterique DD. in l. Iuste possidet. ff. de acqui. possess. & ista in præsenti satis videtur congrua definitio, seu descriptio, cum generaliter possit omnibus decretis conuenire.

3 SVBSEQVITVR† modo 2. loco declarandum, varias istius verbi (decretum) significationes; Decretum igitur in iure multis varijsq. sumitur modis. [vt latè prosequitur Rebuff. super Concordatis. in Rub. de Conclu. Latera. Concilij. In Gl. in ver. decretis, p. 726. & seq.]

Primo; decretum quandoque ponitur pro sententia definitiua, quando Iudex in causa principali decreuit absoluendo, vel condemnando. l. decreta. ff. de re iudic. l. pen. vers. Decernit. ff. de Iust. & iure. l. Si prætor. in princip. ff. de Iudic. l. 1. de Constitut. Princ. [§. Quod autem. in Authen. de Nuptijs,] & l. 1. in fine C. vt lit. pend. Accurs. in l. Nec quid quam. §. Vbi decretum. ff. de offic. Proconf. & leg. vbi DD. passim. Alberic. in suo Dictionario, in verbo decretum. Iacob. de Beluis. Guido Suz. & Guido Pap. in Tractatu de primo, & secundo decreto, in princ. Io. de Deo in doctrina aduocatorum, partium, & Adsessorum, Cap. 6. num. 1. lib. 4. Iodoc. in sua Praxi rerum ciuilium, c. 148. de decretis, & Ioã. Bellon. in expositione etymologiarum definitionum, & diuisionum iuris vniuersi, in verbo, decretum, Alex. Bald. Troianus in suo pomilego, in verbo, decretum.

Secundo, sumitur decretum pro sententia interlocutoria, idest pro omni actu Iudicis faciẽte ad causam l. cum clericis. C. de episc. & cler. & ibi glo. & ita capitur in d. §. vbi decretum. secundum secundum intellectum Glo. l. sed si per pretorem. §. si cum decreto. ff. ex quibus cau. mai. l. 1. in fine ff. de Adsess. l. 1. §. decretalis. C. de succes. edic. §. at ex contrario. vbi Glo. Inst. quibus alien. licet vel non. c. licet. in princip. extra de probat. Angel. in §. si quis autem. in Auth. de hæred. & falcid. Bald. & Ias. in d. §. vbi decretum. Io. de Plat. in l. vlt. in fine. C. de præd. curial. lib. 10. repeten. ad l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn. infecto, Guido Pap. ac reliqui mox supra citati in tract. de primo, & secundo decreto, Iodoc. in sua Praxi d. cap. 148. & Alex. Bald. d. verbo decretum.

Tertio, capitur decretũ pro eo quod

Papa de fratrũ consilio nulla facta consultatione statuit, & in scriptis redegit, vt refert Michael Vrcur. in d. §. vbi decretum. Et animaduertendũ est in proposito quod quandoque Papa solũ motu proprio statuit aliquid, & tũc dicitur cõstitutio; Glo. in procem. in verbo constitutiones; Quandoque statuit ad consultationem alicuius, & tunc dicitur decretalis epistola, siue solus, siue cum Cardinalibus faciat. vt per Glo. in sum. 3. dist. Quandoque aliquid statuit in vniuersali Concilio cum consilio illorum de Cõcilio, & tũc dicitur Canon. Quandoque vero Papa aliquid statuit cum consilio Cardinalium & id dicitur decretum. ita nobis declarat Dec. in rubr. de constituit. in secunda lect. nu. 27. & post eum Augustin. Beroi. in eadẽ Rub. num. 48. & 63.

Quarto loco, dicitur decretum quod statutum est a Summo Pont. vel a Sanctis Patribus ad aliquid definiendum, vnde dicitur liber decretorum. Alberic. in suo dictionario in verbo decretum, Io. de Deo in doctrina aduocatorum, partium, & Adsessorum. cap. 6. num. 2. lib. 4. & sequũtur supra relati in Tract. de primo & secundo decreto.

Quinto, istud verbum decretum significat consensum eligentium in scriptis redactum, 2. q. 1. legum, de elect. Innotuit, refert Michael Vrcur. in d. §. Vbi decretum.

Sexto, dicitur decretum id quod capitulum, vel vniuersitas, seu maior pars ordinat, l. Planè, & ferè per totum. ff. Quod cuiusque vniu. nomine. ff. de decret. ab ord. fac. & C. de decretis decur. lib. 10. per tot. sequitur idem Vrcur. d. §. vbi decretum.

Septimo, ponitur decretum pro electione facta de aliquo, ad aliquod officium per auctoritatem habẽtem. l. item eorum. §. si decurio. ff. Quod cuiusque vniuers. nomine. l. si ad scribarum. iuncta Glo. C. de appellat. Bald. in d. §. vbi decretum, vbi etiam dicit quod Canonistæ vocant decretum, scripturam continentem processum electionis. §. Interim, & §. Quia vero. Auth. de defens. Ciuit. & adde quod decretum ponitur etiam pro confirmatione electionis. vt in Auth. de defens. Ciuit. circa princ.

Octauo, decretum dicitur etiam authoritas Principis in rescriptis beneficialibus interposita. c. Gratiosa. de rescripti. lib. 6. & secundum Azo. istud rescriptum est confirmatorium gratiæ; quia ex hoc princeps insinuat suam voluntatem quæ seruanda est.

Nono, decretum dicitur quælibet ordinatio superioris. l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. fac. in Auth. de Tabell. in princip. vers. & illud quidem. & §. Illud quoque, vers. sed quoniam in Auth. de æqualit. dot. Bald. & Ias. in d. §. vbi decretum, Io. Montholonius in suo promptuario Iuris, in cõmento verbi, decretum, Tom. primo & Ioan. de Graff. in tract. de rescript. vers. decernentes prout est irritum. num. 53. Et per huiusmodi decreta prouidentiss. & iuris religiosissimus Vrbini Dux, cuius & seruus, & subditus sum, solet sæpiss. multas rixas ac questiones dirimere, & in eo in quo ius defuit, vel ob variam temporũ mutationem id quod olim rectè statutum erat, hodie in aliquod redundet præiudicium, incomparabili sua quadam prudentia, & diuino quodammodo consilio, per huiusmodi decreta omnibus optimè prouidet, & vulgo appellantur, decreta principis.

Decimo, decretum significat idem quod statutum, l. 1. §. fin. ff. quod quisque iur. ff. de decret. ab ord. fac. & C. de decr. Decur. per tot. Bal. in d. §. vbi decretum, & Alberic. in suo Dict. in verbo decretum. Ex quo infert, hoc esse contra opinionem quorumdam iudicum qui dicunt statutum, & decretũ differre. Ideo cum aliquo in loco vt est Bergomi, non possint fieri statuta nisi de mẽse Septembris, si volunt aliquid ordinare quod sit perpetuum aliquo alio mense, dicunt esse decretum, ne statuto contrauẽtum esse dicatur, quod est dictum Bergomense

menſe quidem,tum quia decretũ idem ſignificat quod ſtatutum, per ſupra dicta, & per id quod voluit Ioa. de Graſſ. in tract. de reſcript. verſic. decernentes prout eſt irritum.num.54.tum quia eadem ratio prohibitionis,ne poſſint fieri ſtatuta niſi de menſe Septembris, viget etiam in decreto.

Vndecimo, decretũ ſignificat idem ac ſi diceretur, Iudicatũ. l. ſi arbitrium. C.de ſent.ex peric.recit.

Duodecimo, decretum nuncupatur vbicumque conſtitutio dicit aliquẽ admittendum, vel repellendum eſſe. c. 2. verſ. decreuimus admittendos, &c. extra. vt lit. pend. Item ſi decernatur aliquid confirmandum, vel infirmãdum, vel aliquid aliud ſimile, dicetur decretum.l.Hac conſultiſſima. §. pen. verſic. decreuimus infirman. C. de teſtam. ita declarat Bald.in d.§.vbi decretum.

Decimo tertio, decretum dicitur in integrũ reſtitutio gratioſa.l.1.§.de quo. ff.de poſtul. ſequitur Bald. in d. §. vbi decretum.

Decimo quarto, lex quoque Imperatoris quandoque decretũ appellatur. l. Ius autem ciuile.ff. de iuſt. & iure.

Decimo quinto, appellatur decretũ illa taxatio quæ fit de alimentis. l. Neſennius. ff. de Negot. geſt. & l. 1. ff. vbi pupill.educ.deb.

Decimo ſexto, decretũ ſignificat idẽ quod edictum prætoris. l. decreta. vbi etiam Glo. ff. de re iud.& l.1.ff.de Tab. exib.ibi:item ſi libellus,aliudve quid ſimile relictum eſſe dicatur, decreto comprendam; ideſt edicto comprehẽdam, vt exponit ibi Accurſ.

Decimo ſeptimo, dicitur decretum illa clauſula quæ additur ad confirmationem gratiæ, ſcilicet decernentis irritum,& innane; quæ clauſula ſemper apponi ſolet in litteris Sum. Pont. c. primo,de conceſſ. præb. in cap. cum dilectus,de iure patro.& c. primo. de Reb. Eccl.nõ alien. & hanc ſignificationẽ ponit Io. de Graſs. in tract.de reſcrip.ver. decernentes prout eſt irritum,nu.56.

Decimo octauo, ponitur decretum pro quadam cõfirmatione Officij, quæ antequam interponatur, officium decernendum ſua forma carere dicitur, l. Gaius. ff. de excuſat. tut. quam ſignificationem poſuit Bald. d. §. vbi decretum.

Decimo nono,decreto ſignificatur illa compulſio qua hæres compellitur adire,& reſtituere.l.Si libertus,ver.Quid ergo. ff. de Bon. libert.& l. Recuſare in prin.ff.ad Trebell. vbi dicitur, quod ſicut non ſolum præſentes hæredes poſſunt recuſare adire hæreditatem, ſed etiam abſentes: putà per Epiſtolam, vel per Nuncium,ita aduerſus abſentes Hæredes recuſantes adire poſtulat fideicõmiſſarius decretum iudicis,per quod cogat Hæredem adire; & pulchra huius contextus deciſio perpetuò menti tenenda eſt, dum vult quod in interponendo decretum iudicis,non ſit neceſſaria præſentia eius contra quem interponitur,
4 ex quo videtur elici, † Sententiam interlocutoriam parte nõ citata ferri poſſe,eamque eſſe rationem puto,pluribus omiſſis,de quibus per DD.in d.l.Qui recuſare, quia iſta interlocutoria aliquod non poteſt præiudicium afferre, mandat etenim iudex abſenti quod debeat adire Hæreditatem ſpontè in certũ tempus ſi vellet, alias adiret periculo fideicommiſſarij. Cum nullum igitur abſenti præiudicium per huiuſmodi decretum inferatur,poteſt parte non citata id fieri.l.diẽ proferre.in fine. ff.de Arbitr. & l.Ille a quo.in prin.ff.ad Trebell.Ac-
5 cedit † etiam & alia ratio, quia præſentia eius qui non poteſt actui contradicere,non eſt neceſſaria,vt declarat Caſtr. conſil.207.Cuman.conſ.98.in fine.ſuppoſito tutore.Bolognin. conſ.59. col. 4. verſ.vel & ſecundo,&c.

Vigeſimo,decretum dicitur iuſſus iudicis quo mãdat bona alicuius propter eius contumaciam poſſideri, & iſtud diuiditur in primum,& ſecundum decretum, de qua materia latiſſ. examinant DD.in l.ſi finita.§. idem Iulianus. ff. de damn.

damn. infect. & copiosiss. pertractant, Odofred. Iacob. de Belu. Guid. Suz. & Guid. Pap. in tracta. de primo, & secundo decreto, ad quos me remitto.

Vigesimo primo, & vltimo, omissis pluribus huius verbi significationibus, quæ facilè poterunt inter legendũ reperiri; decretum dicitur iudicis auctoritas in alienatione rerum minorum. l. 1. & tot. tit. ff. de Reb. eorum. l. interposita. & per tot. C. de præd. minorum, & hęc tandem est materia de qua latiss. toto hoc tractatu dicturi sumus; Ideo in præsenti plura omitto.

TERTIO principaliter, postquam fecimus diuisionem istius vocis (Decreti) in suas proprias significationes, ne in æquiuocum incideremus, deueniẽdum est modò ad definitionem decreti in specie, & in indiuiduo, quidnam sit decretum quod super alienatione rerum minorum necessariò interponendũ est, & secundum nonnullos ita commodè definiri posse videtur.

6 DECRETVM est†auctoritatis iudiciariæ interpositio, super eo quod petitum est, causa cognita facta, citra condemnationem, vel absolutionẽ. quam definitionem tradit Alciat. lib. 2. Paradoxorum, capit. 3. Coras. in l. Nec quidquam. §. Vbi decretum. ff. de Offic. Proconf. & leg. & in l. Omne. ff. de offic. adsess. & Iacob. Menoch. in suo elegantiss. tractatu. de remed. recup. poss. remed. 15. nume. 143.

Verùm cum definitio ista nimium videatur generalis, cum competat non solum minori, sed cuilibet in cuius contractu exigatur decretum, ego magis in specie & in indiuiduo ita definirem.

7 DECRETVM est sententia †qua iudex contractum minoris iustum futurum esse decernit, auctoritatem suam legitimè interponendo. quæ definitio videtur optimè colligi posse ex. l. Magis puto. §. Non passim. ff. de Reb. eorum.

8 Dixi (sententia) †vt stet loco generis; differt autem decretum a Sententia definitiua, quod sententia absolutionem, vel condemnationem continet, l. 1. ff. re iud. decretum verò simplicem auctoritatis interpositionem cum causæ cognitione factam; ita declarat Coras. d. §. vbi decretum, & d. l. omne. Vel aliter secundum Innocent. in c. dudum, de reb. Eccl. non alien. differunt, quia sententia condemnationis, vel absolutionis fertur inter aliquos quorũ vnus ab alio aliquid petit. l. in his. ff. de verbor. sign. in l. in summa. ff. de re iud. & l. 3. ff. de sent. & interlocut. decretum autem dicitur quando non a parte, sed a iudice aliquid petitur, & ipse concedit illud cognitione præuia. l. Ob æs. C. de pręd. minorũ. l. 1. ff. de success. edicto, & l. item eorum. §. vlt. ff. de reb. eorum.

Item & alia est differentia, quia decretum debet esse iustum, non solum ex ordine, sed etiam ex causa, quia causa ob quam interponitur, debet esse vera, & a iure approbata, aliàs non valet, secus in sententia definitiua, quia licet sit iniusta, valet, si seruata est sollẽnitas. l. 1. §. item cum contra. ff. Quando appel. sit. l. Cum putarem. ff. fam. hercisc. ita declarat Castr. in l. Cum hi. §. si prætor. in fine. ff. de transact. quem sequitur Natt. consil. 162. sub nu. 2. lib. 1. & cons. 631. num. 31. lib. 3. Item sententia lata non potest reuocari. l. iudex. ff. de re iud. decretum autem potest reuocari. Abb. in c. 1. de re iud. & Zas. in l. iustè possidet, nu. 8. ff. de acquir. poss.

Sunt & aliæ differentiæ, quas hic omitto. Dixi (contractum) tamquam verbum generale aptum comprehẽdere alienationem, vẽditionem, pignoris constitutionem, donationem, locationem, conductionem, ac omnem denique alienationis actum; l. si donationis. C. quod met. causa. l. contractus. C. de fide instru. l. 1. in princ. & ibi Glo. ff. de Act. & obligat. l. Labeo. ff. de Verb. signific. & contractus nomen generalissimum esse tradidit Rofred. in tract. de libellis part. 7. in constitut. Feder. Imperat. nu. 8. in fine.

Dixi (minoris) ad excludendum contractum

tractatum maioris in quo necessariò non requiritur decretum, licet bona sit Cautela si adhibeatur, vt dicam infra. num. 148. Et licet definitio loquatur tantummodo de minore. cum tamen tractatus inscriptio sit, de Decretis, ceterisque sollemnitatibus in cōtractibus minorum, aliarumvè personarū his similium adhibendis, id ex eo factum scias velim, tum quia infra in vltimo euidentiali tractabitur latissimè de omnibus personis in quorum contractibus decretum exigitur. tum etiā, quia ex resolutione quæ in minoribus fiet, poterit optimè quidem ad alios ipsis similes inferri. dixique potius de minore, in eoque dubitationes omnes infra proponam, quia solùm de minore in iure nostro separati extant tituli; Nā integer & pleniss. quidem in ff. est titulus de Reb. eorum, qui sub tut. &c. & in Codice quattuor separati reperiuntur tituli, de præd. & alijs rebus minorum, &c. Quando decreto opus non est, Si quis ignorās rem Min. esse, &c. & Si mai. fact. alien. quorum titulorum materia per integrum istū tractatum veniet diligentiss. discutienda.

9 [illegible]ntelligoque † minorem in toto isto tra[illegible]tatu, illum qui nondum 25. annū com[illegible]it, cum minor ætas de iure commu[illegible]catur vsque ad 25. annum l. minor [illegible]nn. cum l. sequ. & tot. tit. ff. de mino[illegible] 25. ann. vbi tam ex rubro, quàm [illegible]gro id constat, & tradit Maranta [illegible].de Ord. iud. in 6. car. ver. Appel[illegible] num. 79. Corn. cons. 108. nu. 6. in [illegible]præsenti consultatione, vol. 3. & in [illegible]ijs nostri tractatus terminis Rofred. in tract. de Libellis part. 7. in rub. de S. cons. Clementiano, nu. primo. & est textus in. l. Si minor. C. de præd. minorum. l. vlt. C. de his qui ven. ætat. impetr. & est melior textus de iure in l. vlt. C. si mai. fact. alienat. &c. vers. ideoque vbi inquit Imperator, Ideoque præcipimus si per quinque continuos annos post impletam minorem ætatē, (& postea subiungit declarādo) idest post 25. annos. [Et licet minor vltimo die viginti quinque annorum non debeat dici minor cum tangat extremum diem, l. Qua ætate. ff. de Testam. tamen non poterit de suis bonis liberè disponere, cum in minori ætate de momento ad momentum tempora sint computāda, l. Denique. §. minorem. ff. de minor. & sensit Carolus Cottus in Glo. l. 1. de legib. Longob. tit. de Prohib. alien. minor.]

Postremo loco apposui in definitione verbum, legitime interponendo, ad hoc, vt intelligatur de decreto cum causæ cognitione, ceterisque sollemnitatibus, de quibus infra tit. primo in princ. latiss. dicetur. Et hanc diffinitionem ita declaratam satis congruam esse censeo, si quis logicæ amator, aut huius nostræ legalis Philosophiæ nimium subtilis inuestigator eam non admiserit, meliorem ipse sibi inueniat; Nolo siquidem, nec possum plus sapere, quam opus sit sapere; Nam si Iurecons. in l. Omnis definitio. ff. de reg. iur. omnem definitionem periculosam esse fatetur, quid dicam ipse?

QVÆ de diffinitione, & distinctione dicēda putauimus, hactenus dicta sunt, reliquū est, vt causas ipsius decreti nunc
10 explicemus. † Ad vnamquamque rem introducendam quattuor causæ debent necessariò concurrere; efficiens nempè, materialis, formalis, & finalis, Bart. in l. Dictam. C. de cond. ob causam. Bald. in rub. C. de Rescind. vendit. Abb. in Proœm. decretorum. colum. penul. vbi has causas Cardinales appellat; Brun. latè in tract. de forma. in princ. eximius præceptor meus Nonius Inst. de testam. in
11 princ. num. 1. † Et dixit Bald. in l. Quæcumque. C. de Bon. quę liber. quod duæ principaliter causæ ad aliquid inducendum requiruntur, quippe causa essendi (vt materialis, & formalis) & causa fiendi (vt efficiens, & finalis) & quæ sit vnaquæque istarum causarum, declarat Maranta in tract. de ord. iud. in 2. part. princ. num. 21. cum seq.

12 Efficiens igitur † decreti causa est, S. cons. Clementianum, intelligo de causa intro-

TRACTATVS
DE DECRETIS,
CÆTERISQ. SOLEMNITATIBVS
in Contractibus Minorum, aliorumq. his similium, adhibendis,
D. OCTAVII SIMONCELLI
CALLIENSIS V.I.D. ET EQ.
Præfatio.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Præfationis effectus.*
2 *Decreti definitio in genere.*
3 *Decretum in iure multis, varijsque sumitur modis, & vsque ad 21. significationes recensentur.*
4 *Sententia interlocutoria parte non citata ferri potest. Et quæ sit ratio.*
5 *Præsentia eius qui actui contradicere nequit, non est necessaria.*
6 *Decreti definitio in specie, quæ tamen reprobatur, & alia eius loco ponitur per Auct. num. 7.*
8 *Decretum in quo differat a Sententia.*
9 *Minor is intelligitur, qui nondum 25. annum compleuit.*
10 *Ad vnamquamque rem introducendam quattuor caussæ necessariæ sunt.*
11 *Causæ duæ principaliter requiruntur ad aliquid inducendum.*
12 *Causa efficiens decreti, quæ sit.*
13 *S.Conf. Clementianum quod quandoque vocatur Oratio, introduxit decretum.*
14 *Verba d. Orationis, siue S.Cons.*
15 *Dispositum in prædijs per præd. S. Cons. hodie locum habet omnibus in rebus quæ possunt seruando seruari.*
16 *Vestes detritæ, & superuacua animalia, valent sine decreto distrahi.*
17 *Verba d. S. Cons. an dicantur prohibere pupillorum tutores, vel etiam adultorum curatores.*
18 *Pupilli quandoque curatores habent.*
19 *Materialis decreti causa quæ sit.*
20 *Decretum est quid separatum a causæ cognitione, ceterisque solemnitatib.*
21 *Decretum accipitur in genere, & specie.*
22 *Formalis decreti causa quæ sit.*
23 *Deceptio quorumdam qui putabant causam finalem Iudicij esse, vt Iudex sedendo sententiam proferat.*
24 *Finalis decreti causa quæ sit.*
25 *Leges semper quærunt fraudibus obuiare.*

A Mino-

Decre-

NON ab re esse censui prius quàm ad huius necessarij, celeberrimique decretorum Tractatus tractationem condescendam, aliqua (iuxta celebre Vlpiani respõsum ad l. 1. ff. si cert. pet.) Præfationis loco
1 præmittere. † Præfatio etenim (vt nos docet Caius in l. 1. ff. de Orig. iur.) solet libentius ad lectionem propositæ materiæ nos perducere, & cũ eò venerimus, euidentiorem præstare intellectũ. Multaque siquidem in ipsa Præfatione se se declaranda offerunt, quæ in tractatu ne propositus perturbetur ordo comodè explanari nequeunt.

Tractaturus igitur de decretis, hæc pauca Præfationis loco præmittere decreui, nempè.

Quid sit decretum in genere.

Quot modis in iure accipiatur istud verbum, decretum.

Quid sit decretum in specie.

Quænam sint huius decreti causæ.

In quo differat decretum ab auctoritate, licentia, & consensu.

Super quibus rebus necessariò interponatur decretum.

His quoad breuius fieri poterit explica-
1 tis, deueniã ad ipsũ tractatũ, quẽ in tres diuidã libros, Libros in Titulos, Titulos in Inspectiones, & Inspectiones in Casus. Quibus omnibus ad laudem Dei, Virginisque Deiparæ auxilio expeditis, erunt explicata omnia quæ in hac difficili, vtili admodum ac necessaria, nec-non

non in Praxi valde frequenti decretorum materia quotidie versantur. [cuius quidem decreti materia est tã frequẽs, vt qualibet alia totius Iuris, vt rectè animaduertit Petr. Rebuff. super Concordatis. in Rub. de Conclus. Lateranens. Concilij. in Glo. in verbo, decretis, pagina mihi 727. vers. Verumenimvero.]

Et si verbum istud decretum adeo generale sit, itaque variè in iure nostro accipiatur, vt tamquam terminus æquiuocus secundum distinctas rationes pluribus competens, comodam recipere definitionem nequeat, iuxta tradita per Arist. in Prædicam. in princ. quem secutus est Cicero de officijs in princ. vbi licet asserat, quod omnis quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debeat a Definitione proficisci, vt intelligatur quid sit id de quo disputatur, nihilominus ad euitandã æquiuocationem, prius distinguit, postea verò definit, & ex nostris etiam scripsit Abb. in Rub. de Iudi. extra, quem refert & sequitur Ripa in Rub. de vulg. & pup. num. 5. & in tract. de peste. in Prælud. num. 1. Quod terminus æquiuocus non potest generaliter definiri: Cũ tamen sepissimè (apud nostros præcipue) passim obseruari perceperim cõtrarium, & ipse quoque pro clariori, apertiorique totius tractatus intelligentia, verbum istud æquiuocum ex nostrorum interpretum intentione generaliter definire minus verebor.

2 DECRETVM igitur in†genere, est deliberatio, seu motus Iudicis cum causæ cognitione citra condemnationem, vel absolutionem. ita videtur definire Batt. in l. Nec quidquam. §. vbi decretum. ff. de Offic. Proconf. & leg. sequuntur Alex. Ias. Claud. Seisel. (licet aliquid addendum esse putet) Vldar. Zas. ceterique DD. in l. Iuste possidet. ff. de acqui. possess. & ista in præsenti satis videtur congrua definitio, seu descriptio, cum generaliter possit omnibus decretis conuenire.

3 SVBSEQVITVR † modo 2. loco declarandum, varias istius verbi (decretum) significationes; Decretum igitur in iure multis varijsq. sumitur modis. [vt latè prosequitur Rebuff. super Concordatis. in Rub. de Conclu. Latera. Concilij. In Gl. in vet. decretis, p. 726. & seq.]

Primo; decretum quandoque ponitur pro sententia definitiua, quando Iudex in causa principali decreuit absoluendo, vel condemnando. l. decreta. ff. de re iudic. l. pen. vers. Decernit. ff. de Iust. & iure. l. Si prætor. in princip. ff. de Iudic. l. 1. de Constitut. Princ. [§. Quod autem. in Authen. de Nuptijs,] & l. 1. in fine C. vt lit. pend. Accurs. in l. Nec quidquam. §. Vbi decretum. ff. de offic. Proconf. & leg. vbi DD. passim. Alberic. in suo Dictionario, in verbo decretum. Iacob. de Beluis. Guido Suz. & Guido Pap. in Tractatu de primo, & secundo decreto, in princ. Io. de Deo in doctrina aduocatorum, partium, & Adsessorum, Cap. 6. num. 1. lib. 4. Iodoc. in sua Praxi rerum ciuilium, c. 148. de decretis, & Ioã. Bellon. in expositione etymologiarum definitionum, & diuisionum iuris vniuersi, in verbo, decretum, Alex. Bald. Troianus in suo pomilego, in verbo, decretum.

Secundo, sumitur decretum pro sententia interlocutoria, idest pro omni actu Iudicis faciẽte ad causam l. cum clericis. C. de episc. & cler. & ibi glo. & ita capitur in d. §. vbi decretum. secundum secundum intellectum Glo. l. sed si per prętorem. §. si cum decreto. ff. ex quibus cau. mai. l. 1. in fine ff. de Adsess. l. 1. §. decretalis. C. de success. edic. §. at ex contrario. vbi Glo. Inst. quibus alien. licet vel non. c. licet. in princip. extra de probat. Angel. in §. si quis autem. in Auth. de hæred. & falcid. Bald. & Ias. in d. §. vbi decretum. Io. de Plat. in l. vlt. in fine. C. de præd. curial. lib. 10. repeten. ad l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn. infecto, Guido Pap. ac reliqui mox supra citati in tract. de primo, & secundo decreto, Iodoc. in sua Praxi d. cap. 148. & Alex. Bald. d. verbo decretum.

Tertio, capitur decretũ pro eo quod

Papa de fratrũ consilio nulla facta consultatione statuit, & in scriptis redegit, vt refert Michael Vrcur. in d. §. vbi decretum. Et animaduertendũ est in proposito quod quandoque Papa solũ motu proprio statuit aliquid, & tũc dicitur cõstitutio; Glo. in procem. in verbo constitutiones; Quandoque statuit ad consultationem alicuius, & tunc dicitur decretalis epistola, siue solus, siue cum Cardinalibus faciat. vt per Glo. in sum. 3. dist. Quandoque aliquid statuit in vniuersali Concilio cum consilio illorum de Cõcilio, & tũc dicitur Canon. Quandoque vero Papa aliquid statuit cum consilio Cardinalium & id dicitur decretum. ita nobis declarat Dec. in rubr. de constituit. in secunda lect. nu. 27. & post eum Augustin. Beroi. in eadẽ Rub. num. 48. & 63.

Quarto loco, dicitur decretum quod statutum est a Summo Pont. vel a Sanctis Patribus ad aliquid definiendum, vnde dicitur liber decretorum. Alberic. in suo dictionario in verbo decretum, Io. de Deo in doctrina aduocatorum, partium, & Adsessorum. cap. 6. num. 2. lib. 4. & sequũtur supra relati in Tract. de primo & secundo decreto.

Quinto, istud verbum decretum significat consensum eligentium in scriptis redactum, 2. q. 1. legum, de elect. Innotuit, refert Michael Vrcur. in d. §. Vbi decretum.

Sexto, dicitur decretum id quod capitulum, vel vniuersitas, seu maior pars ordinat, l. Planè, & ferè per totum. ff. Quod cuiusque vniu. nomine. ff. de decret. ab ord. fac. & C. de decretis decur. lib. 10. per tot. sequitur idem Vrcur. d. §. vbi decretum.

Septimo, ponitur decretum pro electione facta de aliquo, ad aliquod officium per auctoritatem habẽtem. l. item eorum. §. si decurio. ff. Quod cuiusque vniuers. nomine. l. si ad scribarum. iuncta Glo. C. de appellat. Bald. in d. §. vbi decretum, vbi etiam dicit quod Canonistæ vocant decretum, scripturam continentem processum electionis. §. Interim, & §. Quia vero. Auth. de defens. Ciuit. & adde quod decretum ponitur etiam pro confirmatione electionis. vt in Auth. de defens. Ciuit. circa princ.

Octauo, decretum dicitur etiam authoritas Principis in rescriptis beneficialibus interposita. c. Gratiosa. de rescripti. lib. 6. & secundum Azo. istud rescriptum est confirmatorium gratiæ; quia ex hoc princeps insinuat suam voluntatem quæ seruanda est.

Nono, decretum dicitur quælibet ordinatio superioris. l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. fac. in Auth. de Tabell. in princip. vers. & illud quidem. & §. Illud quoque, vers. sed quoniam in Auth. de æqualit. dot. Bald. & Ias. in d. §. vbi decretum, Io. Montholonius in suo promptuario Iuris, in cõmento verbi, decretum, Tom. primo & Ioan. de Grass. in tract. de rescript. vers. decernentes prout est irritum. num. 53. Et per huiusmodi decreta prouidentiss. & iuris religiosissimus Vrbini Dux, cuius & seruus, & subditus sum, solet sæpiss. multas rixas ac quęstiones dirimere, & in eo in quo ius defuit, vel ob variam temporũ mutationem id quod olim rectè statutum erat, hodie in aliquod redundet præiudicium, incomparabili sua quadam prudentia, & diuino quodammodo consilio, per huiusmodi decreta omnibus optimè prouidet, & vulgo appellantur, decreta principis.

Decimo, decretum significat idem ꝙ statutum, l. 1. §. fin. ff. quod quisque iur. ff. de decret. ab ord. fac. & C. de decr. Decur. per tot. Bal. in d. §. vbi decretum, & Alberic. in suo Dict. in verbo decretum. Ex quo infert, hoc esse contra opinionem quorumdam iudicum qui dicunt statutum, & decretũ differre. Ideo cum aliquo in loco vt est Bergomi, non possint fieri statuta nisi de mẽse Septembris, si volunt aliquid ordinare quod sit perpetuum aliquo alio mense, dicunt esse decretum, ne statuto contrauẽtum esse dicatur, quod est dictum Bergo-

menſe quidem, tum quia decretũ idem ſignificat quod ſtatutum, per ſupra dicta, & per id quod voluit Ioa. de Graſſ. in tract. de reſcript. verſic. decernentes prout eſt irritum. num. 54. tum quia eadem ratio prohibitionis, ne poſſint fieri ſtatuta niſi de menſe Septembris, viget etiam in decreto.

Vndecimo, decretũ ſignificat idem ac ſi diceretur, Iudicatũ. l. ſi arbitrium. C. de ſent. ex peric. recit.

Duodecimo, decretum nuncupatur vbicunque conſtitutio dicit aliquẽ admittendum, vel repellendum eſſe. c. 2. verſ. decreuimus admittendos, &c. extra. vt lit. pend. Item ſi decernatur aliquid confirmandum, vel infirmãdum, vel aliquid aliud ſimile, dicetur decretum. l. Hac conſultiſſima. §. pen. verſic. decreuimus infirman. C. de teſtam. ita declarat Bald. in d. §. vbi decretum.

Decimo tertio, decretum dicitur in integrũ reſtitutio gratioſa. l. 1. §. de quo. ff. de poſtul. ſequitur Bald. in d. §. vbi decretum.

Decimo quarto, lex quoque Imperatoris quandoque decretũ appellatur. l. Ius autem ciuile. ff. de iuſt. & iure.

Decimo quinto, appellatur decretũ illa taxatio quæ fit de alimentis. l. Neſennius. ff. de Negot. geſt. & l. 1. ff. vbi pupill. educ. deb.

Decimo ſexto, decretũ ſignificat idẽ quod edictum prætoris. l. decreta. vbi etiam Glo. ff. de re iud. & l. 1. ff. de Tab. exib. ibi: item ſi libellus, aliudve quid ſimile relictum eſſe dicatur, decreto comprendam; ideſt edicto comprehẽdam, vt exponit ibi Accurſ.

Decimo ſeptimo, dicitur decretum illa clauſula quæ additur ad confirmationem gratiæ, ſcilicet decernentis irritum, & inane; quæ clauſula ſemper apponi ſolet in litteris Sum. Pont. c. primo, de conceſſ. præb. in cap. cum dilectus, de iure patro. & c. primo. de Reb. Eccl. nõ alien. & hanc ſignificationẽ ponit Io. de Graſs. in tract. de reſcrip. ver. decernentes prout eſt irritum, nu. 56.

Decimo octauo, ponitur decretum pro quadam cõfirmatione Officij, quæ antequam interponatur, officium decernendum ſua forma carere dicitur, l. Gaius. ff. de excuſat. tut. quam ſignificationem poſuit Bald. d. §. vbi decretum.

Decimo nono, decreto ſignificatur illa compulſio qua hæres compellitur adire, & reſtituere. l. Si libertus, ver. Quid ergo. ff. de Bon. libert. & l. Recuſare in prin. ff. ad Trebell. vbi dicitur, quod ſicut non ſolum præſentes hæredes poſſunt recuſare adire hæreditatem, ſed etiam abſentes: putà per Epiſtolam, vel per Nuncium, ita aduerſus abſentes Hæredes recuſantes adire poſtulat fideicõmiſſarius decretum iudicis, per quod cogat Hæredem adire; & pulchra huius contextus deciſio perpetuò menti tenenda eſt, dum vult quod in interponendo decretum iudicis, non ſit neceſſaria præſentia eius contra quem interponitur,
4 ex quo videtur elici, † Sententiam interlocutoriam parte nõ citata ferri poſſe, eamque eſſe rationem puto, pluribus omiſſis, de quibus per DD. in d. l. Qui recuſare, quia iſta interlocutoria aliquod non poteſt præiudicium afferre, mandat etenim iudex abſenti quod debeat adire Hereditatem ſponte in certũ tempus ſi vellet, alias adiret periculo fideicommiſſarij. Cum nullum igitur abſenti præiudicium per huiuſmodi decretum inferatur, poteſt parte non citata id fieri. l. diẽ proferre. in fine. ff. de Arbitr. & l. Ille a quo. in prin. ff. ad Trebell. Ac-
5 cedit † etiam & alia ratio, quia præſentia eius qui non poteſt actu contradicere, non eſt neceſſaria, vt declarat Caſtr. conſil. 207. Cuman. conſ. 98. in fine. ſuppoſito tutore. Bolognin. conſ. 59. col. 4. verſ. vel & ſecundo, &c.

Vigeſimo, decretum dicitur iuſſus iudicis quo mãdat bona alicuius propter eius contumaciam poſſideri, & iſtud diuiditur in primum, & ſecundum decretum, de qua materia lat. examinant DD. in l. ſi finita. §. idem Iulianus. ff. de

 damn.

damn. infect. & copiosiss. pertractant, Odofred. Iacob. de Belu. Guid. Suz. & Guid. Pap. in tracta. de primo, & secundo decreto, ad quos me remitto.

Vigesimo primo, & vltimo, omissis pluribus huius verbi significationibus, quæ facilè poterunt inter legendũ reperiri; decretum dicitur iudicis auctoritas in alienatione rerum minorum. l. 1. & tot. tit. ff. de Reb. eorum. l. interposita. & per tot. C. de præd. minorum, & hęc tandem est materia de qua latiss. toto hoc tractatu dicturi sumus; Ideo in præsenti plura omitto.

TERTIO principaliter, postquam fecimus diuisionem istius vocis (Decreti) in suas proprias significationes, ne in æquiuocum incideremus, deueniẽdum est modò ad definitionem decreti in specie, & in indiuiduo, quidnam sit decretum quod super alienatione rerum minorum necessariò interponendũ est, & secundum nonnullos ita commodè definiri posse videtur.

6 DECRETVM est † autoritatis iudiciariæ interpositio, super eo quod petitum est, causa cognita facta, citra condemnationem, vel absolutionẽ. quam definitionem tradit Alciat. lib. 2. Paradoxorum, capit. 3. Coras. in l. Nec quidquam. §. Vbi decretum. ff. de Offic. Procons. & leg. & in l. Omne. ff. de offic. adsess. & Iacob. Menoch. in suo elegantiss. tractatu. de remed. recup. poss. remed. 15. nume. 143.

Verùm cum definitio ista nimium videatur generalis, cum competat non solum minori, sed cuilibet in cuius contractu exigatur decretum, ego magis in specie & in indiuiduo ita definirem.

7 DECRETVM est sententia † qua iudex contractum minoris iustum futurum esse decernit, auctoritatem suam legitimè interponendo. quæ definitio videtur optimè colligi posse ex. l. Magis puto. §. Non passim. ff. de Reb. eorum.

8 Dixi (sententia) † vt stet loco generis; differt autem decretum a Sententia definitiua, quod sententia absolutionem, vel condemnationem continet, l. 1. ff. re iud. decretum verò simplicem auctoritatis interpositionem cum causæ cognitione factam; ita declarat Coras. d. §. vbi decretum, & d. l. omne. Vel aliter secundum Innocent. in c. dudum, de reb. Eccl. non alien. differunt, quia sententia condemnationis, vel absolutionis fertur inter aliquos quorũ vnus ab alio aliquid petit. l. in his. ff. de verbor. sign. in l. in summa. ff. de re iud. & l. 3. ff. de sent. & interlocut. decretum autem dicitur quando non a parte, sed a iudice aliquid petitur, & ipse concedit illud cognitione præuia. l. Ob æs. C. de pręd. minorũ. l. 1. ff. de success. edicto, & l. item eorum. §. vlt. ff. de reb. eorum.

Item & alia est differentia, quia decretum debet esse iustum, non solum ex ordine, sed etiam ex causa, quia causa ob quam interponitur, debet esse vera, & a iure approbata, aliàs non valet, secus in sententia definitiua, quia licet sit iniusta, valet, si seruata est sollẽnitas. l. 1. §. item cum contra. ff. Quando appel. sit. l. Cum puta rem. ff. fam. hereisc. ita declarat Castr. in l. Cum hi. §. si prætor. in fine. ff. de transact. quem sequitur Natt. consil. 162. sub nu. 2. lib. 1. & cons. 631. num. 31. lib. 3. Item sententia lata non potest reuocari. l. iudex. ff. de re iud. decretum autem potest reuocari. Abb. in c. 1. de re iud. & Zas. in l. iustè possidet, nu. 8. ff. de acquir. poss.

Sunt & aliæ differentiæ, quas hic omitto. Dixi (contractum) tamquam verbum generale aptum comprehẽdere alienationem, vẽditionem, pignoris constitutionem, donationem, locationem, conductionem, ac omnem denique alienationis actum; l. si donationis. C. quod met. causa. l. contractus. C. de fide instru. l. 1. in princ. & ibi Glo. ff. de Act. & obligat. l. Labeo. ff. de Verb. signific. & contractus nomen generalissimum esse tradidit Rofred. in tract. de libellis part. 7. in constitut. Feder. Imperat. nu. 8. in fine.

Dixi (minoris) ad excludendum contractum

tractum maioris in quo necessariò non requiritur decretum, licet bona sit Cautela si adhibeatur, vt dicam infra. num. 148. Et licet definitio loquatur tantummodo de minore. cum tamen tractatus inscriptio sit, de Decretis, ceterisque sollemnitatibus in cõtractibus minorum, aliarumvè personarũ his similium adhibendis, id ex eo factum scias velim, tum quia infra in vltimo euidentiali tractabitur latissimè de omnibus personis in quorum contractibus decretum exigitur. tum etiã, quia ex resolutione quæ in minoribus fiet, poterit optimè quidem ad alios ipsis similes inferri. dixique potius de minore, in eoque dubitationes omnes infra proponam, quia solùm de minore in iure nostro separati extant tituli; Nã integer & pleniss. quidem in ff. est titulus de Reb. eorum, qui sub tut. &c. & in Codice quattuor separati reperiuntur tituli, de præd. & alijs rebus minorum, &c. Quando decreto opus non est; Si quis ignorãs rem Min. esse, &c. & Si mai. fact. alien. quorum titulorum materia per integrum istũ tractatum veniet diligentiss. discutienda.

9 Intelligoque † minorem in toto isto tractatu, illum, qui nondum 25. annũ complevit, cum minor ætas de iure communi dicatur vsque ad 25. annum l. minor 25. ann. cum l. sequ. & tot. tit. ff. de minoribus 25. ann. vbi tam ex rubro, quàm ex nigro id constat, & tradit Maranta in tract. de Ord. iud. in 6. car. ver. Appellatio. num. 79. Corn. cons. 108. nu. 6. incip. in presenti consultatione, vol. 3. & in proprijs nostri tractatus terminis Rofred. in tract. de Libellis part. 7. in rub. de S. cons. Clementiano, nu. primo. & est textus in. l. Si minor. C. de præd. minorum. l. vlt. C. de his qui ven. ætat. impetr. & est melior textus de iure in l. vlt. C. si mai. fact. alienat. &c. vers. ideoque vbi inquit Imperator, Ideoque præcipimus si per quinque continuos annos post impletam minorem ætatẽ, (& postea subiungit declarãdo) idest post 25. annos. [Et licet minor vltimo die viginti quinque annorum non debeat dici minor cum tangat extremum diem, l. Qua ætate. ff. de Testam. tamen non poterit de suis bonis liberè disponere, cum in minori ætate de momento ad momentum tempora sint computãda, l. Denique. §. minorem. ff. de minor. & sensit Carolus Cottus in Glo. l. 1. de legib. Longob. tit. de Prohib. alien. minor.]

Postremo loco apposui in definitione verbum, legitime interponendo, ad hoc, vt intelligatur de decreto cum causæ cognitione, ceterisque sollemnitatibus, de quibus infra tit. primo in princ. latiss. dicetur. Et hanc diffinitionem ita declaratam satis congruam esse censeo, si quis logicæ amator, aut huius nostræ legalis Philosophiæ nimium subtilis inuestigator eam non admiserit, meliorem ipse sibi inueniat; Nolo siquidem, nec possum plus sapere, quam opus sit sapere; Nam si Iureconsl. in l. Omnis definitio. ff. de reg. iur. omnem definitionem periculosam esse fatetur, quid dicam ipse?

QVÆ de diffinitione, & distinctione dicẽda putauimus, hactenus dicta sunt, reliquũ est, vt causas ipsius decreti nunc
10 explicemus. † Ad vnamquamque rem introducendam quattuor causæ debent necessariò concurrere; efficiens nempè, materialis, formalis, & finalis, Bart. in l. Dictam. C. de cond. ob causam. Bald. in rub. C. de Rescind. vendit. Abb. in Procem. decretorum. colum. penul. vbi has causas Cardinales appellat; Brun. latè in tract. de forma. in princ. eximius præceptor meus Nonius Inst. de testam. in
11 princ. num. 1. † Et dixit Bald. in l. Quæcumque. C. de Bon. quę liber. quod duæ principaliter causæ ad aliquid inducendum requiruntur, quippè causa essendi (vt materialis, & formalis) & causa fiendi (vt efficiens, & finalis) & quæ sit vnaquæque istarum causarum, declarat Maranta in tract. de ord. iud. in 2. part. princ. num. 21. cum seq.

12 Efficiens igitur † decreti causa est, S. cons. Clementianum, intelligo de causa intro-

sa introductiua, & originaria. Nā postquam fuit inductum decretum in esse, causa efficiēs poterit esse ipse iudex, qua de causa nos non quærimus, sed de originaria, vt faciunt DD. dum quærunt quæ sit causa testamenti efficiens, an ius ciuile, an verò gentium, non autem dicant efficiētem testamenti causam esse testatorem, prout re vera dici posset, considerando testamentum postquam est in esse deductum; Est ergo efficiens,
13 introductiua, † seu originaria decreti causa, ipsum S. conf. Clementianum, quod quandoque vocatur oratio. l. 1. ff. de reb. eorum. & l. Orationis. C. de curat. furiosi, factumq. fuit a Tertullio, & Clemente Consulibus tempore Imperatoris Seueri, quod licet appellari posset etiam Tertullianum, dicitur tamen Clementianum ad differentiam alterius S. conf. Tertulliani, vt optimè considerat Rofred. in tract. de Libellis. parte 7. in Rub de S. conf. Clementiano. in princip. cuius S. conf. siue orationis verba sunt hæc.

14 †Præterea Patres conscripti, interdicam tutoribus, et curatoribus, ne prædia rustica, vel suburbana distrahant; nisi vt id fieret parentes testamento, vel codicillis cauerint.

Ita hæc orationis, siue S. Conf. verba refert Vlpian. in l. 1. ff. de reb. eorum. quæ tamen verba secūdum glo. durant a ver. Præterea, vsque ad §. si defunctus, & sic includitur etiam §. si communis. vt sentit glo. fin. d. §. si communis, & Nicol. Vigel. ff. lib. 18. part. 2. capit. 6. in princ. Alberic. verò in d. l. 1. intelligit d. S. cōf. verba esse vsque aduers. Nisi &c. Ego autem vt dixi puto illa esse verba S. conf. quæ supra posui, vt sit integra clausula, quæ comodè diuidi, seu separari minime valet; intelligere etiam vt intelligit Glo. quod durent vsque ad §. si defunctus, videtur siquidem parū conueniens, cum ea sint verba Vlpiani, non S. cōf. Nam compilatores verisimiliter non fecissent separatum §. & sic non diuisissent verba ipsius S. conf.

15 Est tamen † animaduertēdum quod id quod dispositum fuit in prædijs per præd. S. conf. hodie locum habet omnibus in rebus mobilibus quæ seruando seruari possunt. l. lex quæ tutores. C. de administrat. tut. Glo. in d. l. 1. in verbo Suburbana, quā ibidem sequitur Bald. Glo. in l. 2. C. si aduersus vend. & in l. 2. circa finem. C. si aduersus donat. in l. 1. C. si aduersus vsucapion. in l. Titia. ff. de iure dotium. Rofred. in tract. de libellis. part. 7. in Rub. de S. conf. Clementiano. in princ. Bart. in l. Potest. in princ. ff. de Ant. tut. Salicet. in l. 1. nume. 3. in 3. Opp. C. si aduers. vsucap. Ias. in l. mandata. num. 3. ff. de offic. eius. in l. singularia. nu. 14. ff. si cert. pet. in l. 1. §. fuit quæsitum, nu. 30. ff. ad Trebell. & in l. filius familias. §. diui. num. 37. cum seq. in 2. lect. ff. de leg. 1. vbi d. l. lex quæ tutores, alterum tradit intellectū, Ferand. Vasq. de successión. creat. §. 10. in Tit. de testam. pot. Extens. 18. sub num. 72. & latius nu. 74. Moderni Finizanens. de tut. & curat. nume. 125. & istud est quod de nouo induxit Imperator Constantin. in d. l. lex quæ tutores.

16 Vestes autem † detritas, & supernacua animalia absque interpositione decreti vendere permissum est. d. l. lex quę tutores. in fine, & l. 4. C. quando decr. opus non est. sequitur. Nicol. Vigel. ff. libr. 18. parte 2. capitu. 6. Reg. 1. except. 18.

17 Huius S. conf. verba † clarè determinare videntur, quod non solum pupillorum tutores, sed etiam adultorum curatores prohibeantur ex ipsius orationis verbis prædia distrahere; dum dicitur interdicam (tutoribus, & curatoribus) quod videtur etiam expressim probari in l. 1. C. de Præd. minorum, & in l. 2. C. de Cura. furiosi. Contrarium tamē non obscurè deciditur per Vlpian. in l. qui neque. §. 1. ff. de reb. eorum. vbi curatores dicuntur prohiberi non ex verbis S. conf.

conſ. ſed ex mente, & ſententia ipſius, ſequitur Glo. ibidem, & in l. 1. in verbo & curatoribus. ff. eod. & in l. orationis. C. de curat. fur. vbi Salicet. Nec me mouent leges ſupra adductæ quæ tam de tutore quàm de curatore loquũtur, quia dum de curatore verba faciunt, debent intelligi quoad ſententiam, non autem quoad verba. Et ſi non inſubtiliter quiſpiam diceret Vlpian. in d. l. 1. refert verba ipſius S. conſ. quæ tam tutores, quam curatores prohibent, ergo non ex ſententia, ſed ex verbis ipſis curatores prohibentur alienare, tunc reſpondetur, quod dum ibi fit mẽtio de curatoribus, intelligitur de curatoribus pupillorum;

18 quia † & ipſi quandoque curatores habent. §. interdum. Inſt. de curat. & l. curatorem. ff. de aut. tutorum. & ita reſpõdet Ioan. ad d. l. 1. vt ibidem refert Glo. & ſequitur Salic. in d. l. Orationis. Glo. in l. etiam. §. 1. in verbo, ex cauſa. ff. de minoribus. Cõcludendum eſt igitur, tutores ex ipſius S. conſ. verbis prohiberi prædia diſtrahere; Curatores verò ex ſententia, quæ ſententia trahitur poſtea ad curatores furioſorum, prodigorum, & aliarum perſonarum his ſimilium, d. l. Orationis. l. Qui neque. §. 1. in fine. & l. ſi prædia. ſecundo reſponſo, ff. de reb. eorum, per quæ iura ita voluit Ferand. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 10. nu. 72. in ſecunda Ampliation. libro primo.

19 Materialis decreti † cauſa eſt, æs alienum, cauſæ cognitio, ac ceteræ demum diligentiæ, ac ſollemnitates, quas iudex obſeruare habet in creando iſtud decretum, de quibus dicam infra, libro primo, titu. 1. quæ cauſa videtur ſatis poſſe ſuaderi ex d. l. magis puto. §. Ne paſſim.

20 Et parum vrget † ſi dicatur quod decretum, eſt quid ſeparatum ab ipſa cauſæ cognitione, ceteriſq. ſollemnitatibus, vt Cæſares reſcripſerunt in l. ob æs. C. de præd. minorum, & in l. 3. C. ſi quis ignorans &c. ibi, ſine cognitione cauſæ, & decreti interpoſitione; Ergo cum decretum poſſit conſiderari tamquã quid ſeparatum ab ipſa cauſæ cognitione, ceteriſq. ſollemnitatibus, non poterit dici quod cauſæ cognitio, & alia ſint eius

21 materialis cauſa. † Quippe quia iſtud decretum accipitur in genere, & in ſpecie, & vtique ſi in ſpecie accipiatur, verum erit ſupradictas res non eſſe cauſam materialem decreti, verum nos loquimur de decreto in genere, & ſic de proprio ſollemni, & vero, quod conſtat ex cauſæ cognitione, & alijs de quibus latè dicemus infra Tit. primo in princ.

22 Formalis decreti cauſa † dicitur eſſe verborum illa productio, quam iudex ſedendo profert, dicẽdo; Auctoritatem noſtram, ſeu decretum præd. alienationi interponimus, vel alijs ſimilibus verbis vtendo; & pro forma requiri, vt iudex ſedendo decretum interponat, probatur in. §. Si cauſa cognita. l. 3. ff. de bonorum poſſ. l. a procedente. C. de Dilat. & latiſſimè dicam infra titu. primo, requiſito 13. num. 60.

23 Et in hoc puto † decipi quoſdam modernos in rub. de iud. extra, dum volunt cauſam formalem iudicij eſſe, vt iudex ſedendo ſententiam proferat, quippè quod iudex ſedendo ſententiam proferat, vel decretum interponat, nõ eſt cauſa formalis iudicij, ſed benè decreti, ſeu ſententiæ, quæ eſt pars finalis, & poſtrema iudicij.

24 Cauſa finalis quæ † propriè dicitur cauſa, & nũcupatur cauſa omnium cauſarum, ſecundum Bald. in l. generaliter. in ſecunda Opp. C. de epiſc. & cleric. & in Rub. C. de inſt. & ſubſtitut. in princ. Cauſa inquã finalis ipſius decreti fuit, ne minores fraudẽtur. vt reſcripſit Conſtantinus in d. l. lex quæ tutores. verſ. prę cipimus, in fine, ibi (vt fraudi locus non

25 ſit.) † Semper etenim querũt leges fraudibus obuiare, d. l. lex quæ tutores. l. meminerint. C. vnde vi, l. 2. C. de indict. vid. toll. l. Sed Iulianus. §. mutui. ff. ad Macedon. l. 1. §. pecuniã. ff. de Calumn. & in proprijs terminis pulcherrimus eſt verborum contextus in l. magis puto. §. ſi pupillus, ibi (& magis eſt ne poſſit, alioquin inuenta erit alienandi ratio,)

Bald.

Bald.in l.2.quæst.9. C. de rescind. vendit. Alex.in l. Restituta,§. Pupillus. sub nu.2.ff.ad Trebell. Iaf.in l.si constante, num.215.ff.solut. matrim. Corn. in repet. Auth. Sacram. puberum. sub nu.3. vers.& insuper,& consil.69. nu.35. vol. 2.Abb.quæst. 2.incip.stante statuto. sub nu.12. vers. Nam propter fragilitatem, Ferdin.Loaz.in repetit. §. Diui. l.filiusfam. nu.9. ff. de leg. primo. Port. in §. Nunc admonēdi.Inst. per quas person. nob.aquir.Montical.Inst. de reb. corp. & incorpor. in principio, num.140.Iacob.Menoch.de Adipisc.poss. Remed. 3.num.71.Augustin. Beroi. in c.in præsentia. nume. 162. de probat. inquiens.

26 Quod † decretum, & auctoritas curatorum debent in alienatione minorum interuenire vt fragile, & infirmum eius consilium, tutorumque insidijs expositum, suppleatur auctoritate curatoris,& decreto superioris: inuentæ fuerunt igitur sollemnitates ne minores vel sui fragilitate; vel alterius fraude circumueniantur & lædantur. Nam vt imbecillis est ætas, ita imbecille quoque cōsilium. l.1.in fine.ff.de minoribus, & ita inquit Natt.consl.173.num.4. accedo.vol. primo. & aliàs scripsit Bertran. consl.337. nume.10.volum.3.quod minoritatis sociæ sunt fragilitas,consilij inopia, & facilitas captionis, & Arist. quem refert Marcus Anton.Natt.consil.631.nume. 10.in fi. lib.3.inquit. mulier habet consilium inualidum,minor autem imperfectum.

27 Hactenus de ipsius † decreti causis satis dictū esse arbitror, nunc tempus est, vt videamus quomodo differat inter se Decretum, Auctoritas, Consensus,& Licentia, quæ omnia inter se differre sensit glo.in cap.1.in verbo,tractatus,de rebus eccl.non alien. lib.6. Innocent. in cap. dudum. de rebus eccl. non alien. Ioan. de Imola in c. cum nos. de his quæ fiunt a Præl. Bald. quem refert & sequitur Iaf.in l.Nec quidquam.§.vbi decretum. ff. de Offic. Proconf. & leg. idem Bald.in l.si quando. §.1.ff. de Inoff.testam. Castren. in l. Actor a tutore. ff. rem rat. hab.Alexan. in addit.ad Bart.in.§.iussum. l.si quis mihi bona. ff. de acquir.hæred.Mainer.in l. Quo tutela.§.vi factum.ff. de reg. iur. Lanfranc. de Oria.in sua praxi cap.7.nume.14.de confessis, & Rebuff.in cōpendio alienerum eccl.num.52.

28 Differunt igitur ista, † & primo decretū, vt diximus in definitione, est sententia quę cum non proferatur sine causæ cognitione, vt dicemus latè titu. primo in 2.requisito,num.31.debet in scriptis proferri.l.1.2.& 3.C.de sen.ex per. recit.quod sensit Innocent.in d.cap.dudum.num.3.cuius dictum hand verum esse arbitror.Nam d.l.1.2.& 3.quas ipse adducit, loquūtur in sententia diffinitiua, vt apparet in d.l.2.& 3. Nec obstat quod in d.l.3.dicatur,(Nec ad rescissionem perperam decretorum &c.) quia omnino debet ibi accipi decretum pro sententia, vt ex superioribus verbis clarè colligitur; & in iure sæpe ponitur de-

29 cretum † pro sententia,l. decreta. ff. de re iud. decretum quandoque dicitur auctoritas,auctoritas consensus,sine e contra, & multoties tādem reperitur vnum pro altero positum.l.1.C.de pręd.minorum.l.1.C.Quando decr.opus non est.c. cura,de iure patron.Innocen.in d.c.Dudum, & secūdum subiectam materiam interpretantur. vt per Aldobrand. Inst. de Auct.Tut.in Rub. & Tiraq. de legibus conn.b.glo.6.num.6.Adducit etiam Innocen. ad idem probandum l.1. & l. Magis puto.ff.de rebus eorum. & l. Ob æs. C. de præd. minorum.quibus in locis id numquam mihi probabitur; Immò omnes titulos de decretis pertractantes diligentissimè sæpius percurri, & nullibi hoc scripturæ requisitum necessarium fore reperire vnquam potui; & de consuetudine vtique indubiè contrarium seruatur; interponūtur etenim passim decreta sine scriptis,vt sēsit Nat. consil.162.num.12. lib.1. & consl.631. sub num. 31.lib.3. vbi inter alias differentias inter decretum, & sententiam, hanc

hanc esse firmat; quod scilicet sententia proferatur in scriptis, decretum verò si-
30 ne; † Nullusque Contractus regulariter ad sui validitatem scripturam exigit, sed ideo ea fit, vt quod actum est, facilius probetur. l. Contrahitur. ff. de Pignor. l. pen. ff. de fide instrumen. & not. plenè in cap. primo. de Censibus. lib. 6. Roman. consil. 106. & Ant. Gomez. de empt. & vendit. cap. 2. nu. 17..

Verùm propter auctoritatem Innocentij quæ maxima est, bona esset cautela vt decretum in scriptis proferreretur, licet neque de iure, neque ex consuetudine id sit receptum, vt supra vidistis.

31 Est & alia differentia, † siquidem decretum debet interponi ante alienationem. l. magis puto. §. non passim. cum seq. ff. de rebus eorum. l. 3. C. si propter publ. pensit. glo. in capit. primo. de rebus eccles. non alien. in verb. tractatus. glo. in l. Ait prætor. §. permittitur. ff. de Minor. Bald. in §. non passim, & in l. fin. §. sin autem æs alienum. C. de Bon. quæ lib. & in l. cum ipse. C. de contrah. empt. Innocent. in d. c. Dudum. Lanfranc. de Oriano in sua praxi cap. 7. de Confessis nu. 14. Iafred. Lanfran. Decis. 123. Iodoc. Damhoud. in subhast. comp. ex eg. capit. primo. num. 31. Io. de Plat. in l. 1. C. de Pred. Curial. lib. 10. vbi dicit quod non sufficit illud sequi, quia decreti interpositio est futuræ alienationis permissio; & glo. in d. c. dudum. inquit, decretum videtur esse quando Iudex decreuit actum futurum licitè fieri posse; sequitur Rom. consi. 50. in fine, idem in præfat. & Augustin. Beroi. consil. 124. num. 20. lib....

Contrarium tamen, his minimè obstantibus, expressim probatur in l. 1. in verbo, decretum, iuncta glo. C. de Tutor. & Curat. Illustr. ibi (postea per prætorem interponatur decretum.) Bald. in cap. 2. de Feu. sine cul. non amitt. prætor enim (dicit ipse) potest permittere futuram véditionem, & retrò factam corroborare. Alex. in l. sciendum. num. 28. ff. de Verb. oblig. & in Addit. ad Bart. in §. Iussũ. l. si qs mihi bona. ff. de Acquir. hæredit. vbi etiam Ias. Castr. in l. Actor a tutore. ff. Rem rat. hab. notat Bart. in l. Modestinus. ff. de donat. Mandell. cons. 4. nu. 50. & Cæsar Lambertin. in tract. de iure patron. Artic. 16. 1. q. prin. 2. par. 1. lib. num. 12.

Pro qua opinione plurimum etiam facit communis Tabellionũ obseruantia, qui in fine Instrumenti solent illam Clausulam apponere; Quibus omnibus, & singulis D. Iudex suam apposuit auctoritatem, & decretum; & sic apparet variè hac in re scribentes sensisse; Quamobrem dicas tu, quod vtraque opinio vera est; Aut enim decretum apponatur ante, aut post, nihil refert, dũmodò interponatur super omnibus, & singulis super quibus requiritur; secundum Bald. in l. 1. circa finem, C. qui admitti. & in l. si tu. ff. de Magistr. conuen. vbi inquit, quod vtraque practica posset esse bona, quem sequitur Io. de Imol. in cap. Cum nos. sub nu. 6. de his quę fiunt a pręl. sine cons. Cap. Etenim ea quæ incontinenti fiunt, videntur inesse. arg. l. lecta. §. Dicebam, vbi DD. omnes. ff. si cert. pet. & Ias. latè in l. edita. nu. 15. C. de edendo.

32 Et notes quod † quando decretum reperitur interpositum ante contractum, non præsumuntur omnia solemniter acta propter decretum. Alex. in l. sciendum. ff. de verb. obligat. Ruin. cons. 86. num. 6. in fine, volum. 1. Rolan. a Valle cons. 7. nu. 92. vol. 3. & Cæph. cons. 207. num. 91. vol. 2.

33 Iuxta prædicta † dubitant nonnulli, An istud decretum postea ex interuallo interuenire queat; Castr. in l. Actor. ff. Rem rat. hab. credidit decretum ex interuallo interuenire posse. Alexan. in l. Sciendum. num. 28. ff. de verb. oblig. & Iacob. Mandell. cons. 4. num. 50. vbi indistinctè dicit, decretum quodlibet Iudicis posse sequi ex interuallo, quod tamẽ ipse falsum prorsus esse existimo, per l. Magis puto. §. non passim, cũ seq. ff. de rebus eorum. l. 3. C. si propter publ.

blic. pensit. sequunturque omnes DD. 34 supra relati, nec dubium habet. † Ea enim quæ sunt de forma, vel substantia, debent esse cōtemporanea, & simul explicari. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. Card. in Clem. Causam. §. pen. de elect. dicitque Bal. in c. 1. de alien. feud. pater. quod indiuiduum est, quidquid ad solemnitatem exigitur. [& in cap. si quis. nu. 14. de confirm. vtili, vel innut. inquit, decretum non posse confirmare actum ex interuallo, quia decretum est solemnitas necessaria, & solemnitas debet cohærere actui, cui aliàs debet inesse.]

35 Declaratur tamen id, † vt non procedat quoties decretum requireretur ad confirmandum, non autem ad solemnizandum, vel permittendum, tunc etenim potest ex interuallo accedere, l. 2. C. de seru. reipub. manumit. l. si quos. C. de decur. lib. 10. & l. 2. C. de iure fis. eo. lib. quas adducit Bal. in l. Quæcumque. C. de Bon. quæ lib. inquiens quod duæ sunt causæ principales cuiuslibet actus, Causa essendi, quę sub se comprehendit materialem, & formalem, & causa fiendi, quæ comprehendit causam efficientem, & finalem, quando igitur decretum sumitur pro causa fiendi debet pręcedere, quando accipitur pro causa essendi debet in ipso actu interuenire, si verò decretum sumatur pro causa approbandi, seu confirmandi, tunc potest interuenire etiam ex interuallo, quando hoc suadet fauor illius in cuius fauorem exigitur, Bald. in d. l. Quæcumque. in l. 2. C. de seru. Reipub. manum. in l. 1. circa finem. C. Qui admitti. & in c. 2. de feud. sine cul. non amitt. Alex. Ias. & alij DD. passim in d. §. iussum, & ita posset intelligi quod not. Bald. in l. Modestinus. ff. de donat. & Cast. in d. l. Actor. vt scilicet procedat, quando decretum venit confirmando, Roman. consil. 50. idem in præfata. Marian. Socin. consil. 15. visis. lib. 1. & Tiraquell. latè de legibus connub. Glo. 6. nu. 9. & hoc tandem omnes DD. sequuntur, excepto Ioan. de Imol. in cap cum nos. sub num. 6. de his quæ fiunt a prӕl. & c. vbi contrarium de iure verius esse asserit, motus lege, & ratione; lege ex l. Obligari. §. fin. ff. de 36 Auct. tut. & §. tutor. Inst. eo. † Vbi auctoritas tutoris debet in ipso actu statim adesse, & si esset gestus actus per pupillum sine auctoritate tutoris, etiā quod subesset vtilitas pupilli, non posset postea tutor ex interuallo suam auctoritatem interponere.

Secundò, & fortius mouetur ratione. Actus sine decreto non valet. l. 1. 2. & per tot. ff. de reb. eorum, requiritur igitur decretum tamquam causa fiendi, vel essendi, ergo in ipso actu, non ex interuallo interuenire debet, vt sensit ipsemet Bald. in d. l. Quæcumque. His tamen minimè refragantibus, etsi fortiter videantur obstare rectè intuenti, facilis erit respōsio. Nam ideo in d. l. Obligari. §. vlt. & in §. tutor. requiritur auctoritas in ipso actu, nec potest ex interual-37 lo sequi. † Quia consensus tutoris reputatur idem cum consensu pupilli, ideo separari nequit, secus verò est in consensu & decreto iudicis, ita videtur respondisse Bald. in l. cum ipse, versi. extra quęritur. C. de contrahen. empt. Bolognin. consil. 59. Titius suum &c. colum. 3. vers. sed hæc ratio, & Aldobrandin. in d. §. tutor. in figuratione casus, num. 4. Respondetur secundo, quemadmodum tutoris auctoritas non potest ex post sequi, ita nec decretum, ad solemnizandum, & promittendum, sed benè ad confirmandum. Bolognin. (ex mente Baldi) d. consil. 59.

Nono obstat ratio ab Imo. supra adducta. Nam licet actus sit nullus, poterit nihilominus cōfirmari in vtilitatem eius, cuius auctoritas vel decretum, requiritur; & cum actus confirmari possit, non est omninò nullus. Sed dicitur pendere a confirmatione futura, cum possit igitur ita pendere, poterit postea ex interuallo confirmari. Bald. in l. vlt. §. Sin autem æs alienum. C. de Bon. quæ lib. & cap. 2. de Feud. sine cul. nō amitt.

Alberic.

Alberic. in l. Nec quidquam. §. vbi decretum. ff. de Offic. Procons. & leg. & ita consulendo post Castr. & alios respondet Bolognin. d. cons. 59. col. 4. vers. vnde in proposito. † Hinc Bald. decidit quæst. in l. Si quis mihi bona. §. Iussum. ff. de Acquir. hæred. Nam si statuto alicuius Ciuitatis caueatur quod Vniuersitas debeat facere Syndicū cum auctor. potestatis, licet videatur dicendū quod d. auctoritas non possit ex interuallo sequi, per d. l. obligari. §. Tutor. contrarium tamen ipse sensit, quod ista auctoritas possit postea sequi, ea solùm ratione motus, quia Prætoris auctoritas d. casu venit confirmando, quam opin. sequuntur Imo. Roman. Alex. Franc. Aretin. Ias. ac alij DD. * communiter in d. §. Iussū. excepto Ang. qui ibi cōtrariū tenet, cum quo videtur etiam tacitè sentire Imol. in c. cum nos. de his quæ fiunt a præl. vbi sigillatim respōdet omnibus quæ adducuntur a Bald. pro hac communi opin. licet postea fateatur opinionem Baldi sustētari posse in casu in quo loquitur, ratione subiectæ materiæ; Sufficit enim Syndicū cōstitui per Vniuersitatem, & postea confirmari per superiorem. §. Interim. Auth. de Defens. Ciuit. & dum præd. Statutum loquitur de auctoritate, debet impropriè intelligi pro consensu, argum. l. si vno. in princ. ff. locat. Bona tamen (inquit Imol. d. cap. cum nos.) esset cautela ad opiniones euitandas, quod prætor statim post constitutionem, præstet suam auctoritatem non autem ex interuallo. † Et ex his puto decipi Imol. in d. cap. Cum nos, nu. 7. vbi tenet quod si a tutore actor sit constitutus sine decreto non poterit postea actor ex interuallo confirmari per Iudicem, nec per alium inferiorem a Principe; Nam cum sit actus nullus, non potest ex interuallo confirmari. Contrarium namque concluserunt DD. in d. §. Iussum, dum loquuntur de Syndico, & quemadmodum auctoritas Iudicis in constitutione Syndici potest ex interuallo sequi, ita isto quoque casu dicendum

38

39

est in decreto, quod interponitur ad cōfirmationem actoris a tutore constituti: Nam cum veniat confirmando, sine dubio poterit postea ex interuallo sequi, vt supra conclusimus: & sicut dicit ipse, in d. cap. Cura. sub num. 12. dictum Baldi, in casu Syndici verū esse in se, ratione subiectæ materiæ, cum sufficiat Syndicum per Vniuersitatem constitui. ita & isto casu dicendum est, cum sufficiat quod actor a tutore constituatur, l. actor. ff. Rem rat. hab. & l. solent. ff. de tutel. & postea confirmetur, vt voluit Castr. in d. l. actor, & hoc est de natura cōfirmationis, vt possit ex interuallo sequi actum, vt supra dictum fuit.

Huic tamen conclusioni supra communiter firmatæ, quod scilicet decretum regulariter requiratur adesse, ante, vel post incontinenti in ipso actu, non autem ex interuallo, fortiter obstare videntur text. in cap. Si qua, de reb. Eccl. non alien. c. Cum nos, de his quæ fiunt a Prel. & c. Cura. de iure patron. Verum ad d. c. Si qua, & c. Cum nos, respondet Imol. d. cap. Cum nos, & tota difficultas videtur reduci ad d. c. Cura, vbi loquitur Sum. Pont. in actu in quo expresè ius disponit, quod non possit fieri sine consensu Episcopi. c. Quod autem, de iure patron. vbi disponitur negatiuè, adijciendo negationem ante verbum, Potest, & per consequens dicendum, quod ibi agatur de consensu formali, vt per Brun. in tract. de forma, scriptum fuisse recolo, & tamen potest ex post facto ex interuallo interuenire.

40 Quamplures huic † contextui accomodantur solutiones, quas diligenter nota; quia quælibet solutio ad d. cap. Cura. erit declaratio Regulæ sup. formatæ: quod decretum non possit ex interuallo sequi.

41 Primò igitur † respondetur, negando in reb. Eccl. requiri decretum, non etenim hæc decreti solemnitas requiritur in rebus Ecclesiæ, sed alia de qua in c. Dudum, vbi not. glo. Innoc. & Ioan. And. de reb. Eccl. nō alien. quæ quidem respon-

responsio est in se veriss. vt infra in 6. part. huius Praefationis in princ. nu.75. clariss. ostendam, sed id difficultatem non tollit. Nam licet in Ecclesia non requiratur decretum, sed auctoritas debet quemadmodum decretum in ipso actu interuenire, non autem post, praesertim cum nulla diuersitatis ratio reddi possit, & parum, aut nihil in substantia differre arbitror decretum ab auctoritate, ideo declarationes & solutiones quas hic subiciam, vendicabunt etiam sibi locum in auctoritate.

42 Respondetur secundò † d.cap. Cura. procedere de aequitate Canonica, quae non considerat rigorē iuris Ciuilis, exigentis quod in ipso actu interueniat auctoritas, arg.cap.cum dilecti.de Indi.& in hac opinione fuit Marian.Socin.consil.15.colum.14. vers. Vel potest secundo responderi. Tiraquel.de legibus Connub.glo.6.in 5.Fall.num.13. & licet ibi dicat, quod solus Socin.id tenet, tamen hoc idem voluit Ioan. de Imol. in cap. Cum nos. sub nu. 12. de his quae fiunt a Prael. & haec est notabilis declaratio licet de ea dubitent Io. de Imo. & Tiraquell.in locis sup.adductis.

Tertiò respondetur ex mente Baldi, in l.1.circa princ. C. qui admitti, quod quādo requiritur decretum pro forma, & solemnitate actus, quod si actus fiat sine eo, non valet, nec potest ex post facto interuenire, tamen id videtur (inquit ipse) posse limitari, nisi expressè in iure aliud reperiatur dispositum, & ita videtur posse responderi ad d. c. Cura. quod ideo ibi auctoritas ex interuallo accedat, quia ita expressè iure cautum reperitur. in qua opinione videtur tacitè residere Imol. in d.c. Cum nos, cum d.responsionē multoties reassumit praesertim nume.7.& istum intellectum ad d.c.Cura.sequitur Rebuff. in Compen. alien.rerum Eccl.num.15.

43 Quartus d.cap.Cura.est † intellectus, quod ibi auctoritas requiratur per modum simplicis consensus, de cuius natura est, posse sequi actum etiam ex interuallo.cap.Cum nos. de his quae fiunt a Prael. & d. cap. Cura. vbi loquitur de consensu, de quo infra mox latè dicemus, & hanc esse * communem Canonistarum opinionem testatur Imol.d.c. Cum nos.sub num.13.

Verùm neque intellectus iste videtur posse conuenire d. c. Cura. licet declaratio in se vera sit: Nam ibi fit expressa mentio de auctoritate quae auctoritas, siue consensus cum requiratur pro substantia actus, non debet posse sequi.

Quintò respondetur, quod ideo ibi potest sequi decretū ex interuallo, quia ita suadet vtilitas eius in cuius fauorem

44 requiritur auctoritas. † Nam vbi actus vtilis est ei cui debet auctoritas accommodari, tunc potest post actum praestari. l. Cum hi.§. Eam.ff.de transact. & arg. l. Quod fauore.C. de legibus.Bald.in d.l. Quaecumque. Abb.& Felin.in cap. Edoceri, de confirmat.vtili.&c. Io.de Imol. d.cap. Cum nos, sub num.13. Marian. Socin.consil.15.colum.14.versic.Et pro predicta sententia.Tiraquel. de legibus Cōnub.glo.6.in 4.Fall.nu.12. & glo.8. in 8.quaest. Ant. Corsett. in singular. in

45 verbo pupillus; † Ex quo intellectu sumitur singularis theorica, quod vbi in aliquo actu, seu dispositione debet aliqua solemnitas interuenire, habito respectu ad certum finem, quod habito fine, & effectu propter quem introducitur solemnitas illa, licet in actu non interueniat talis solemnitas, nihilominus valebit, & sufficit quod solemnitas ex post facto interueniat, vt notanter id quamplurimis comprobat Corsett. d. Sing.in verbo pupillus.

Et haec quoque declaratio d.cap.Cura, minimè conuenit, vt Imol. animaduertit in d.c.cum nos.

Sexto respondetur, quod ideo in d.c. Cura, interponi potest auctoritas post actum, quia ab initio conuentum fuit inter partes, de quaerenda interpositione

46 decreti, siue auctoritatis. † Quandocumque igitur interponatur decretum, censetur interpositum ab initio, ex quo ab

initio

initiò tractatum fuit de decreto apponendo, per regulam Bart. in l. Modestinus. in princ. ff. de solut. Valet enim actus factus sub conditione si confirmabitur a superiore. Dec. in c. venerabilis, in 2. notab. de confirmat. vtili, vel inutili, quē consulendo sequitur Iacob. Mandell. cons. 4. nu. 51.

Declaratio ista multū est notabilis, quæ licet in se vera esse possit, nō tamen conuenit d. cap. cura. nullum enim ibi verbum de hoc, neque ex dicta ratione ad id decidendum mouetur textus, sed ex alia, vt ibi. Penultimo loco, non ab re dici posset, quod in d. c. cura, consensus de quo ibi venit confirmando, meritò ex post facto interuenire ex interuallo potest, vt suprà conclusimus. Nec obstat si aduersus huiusmodi intelligentiā obijcias, quòd ibi consensus per modum solemnitatis exigitur, qui si non adfuerit in actu, erit nullus, & sic confirmari minimè poterit. Nam respōdetur, quod licet actus possit cassari ab eo, in cuius alienatione decretum requirebatur, tamen cum possit huiusmodi actus confirmari, non dicitur omninò nullus, vt dixi supra, sub nu. 43. Et dato quod actus esset omnino nullus, nec per aliquod temporis momentum in suspenso esse possit, adhuc tamen poterit actus confirmari, saltem quod valeat, Vt ex nunc, licet non Vt ex tunc. arg. l. obseruare. §.
47 vlt. ff. de offic. procons. & leg. †Cum aliquid enim adijcitur contractui, dicitur contractus denuò renouari. l. pacta nouissima, §. Paulus. ff. de cōtrah. empt. & l. iuris gentium. §. adeo. ff. de pact. & istum intellectum sequitur Abb. in d. c. cura. Bald. in cap. edoceri, de confirma. vtil. vel inut. Imol. in cap. cum nos, sub num. 13. de his quæ fiunt à præl. Corset. in suis sing. in verbo minor, el 2. circa finem; idque comprobat quamplures congerens more suo Tiraquell. de legibus connubialibus, glo. 6. nu. 10.

Declara tamē hoc, dummodo is qui priorem actum fecit in eodem consensu permaneat tempore quo decretum, seu auctoritas interponitur, ita declarat Salic. in l. vlt. circa finem, versic. sed qui nō simul. C. ad S. cons. Macedon. Abb. d. cap. cura. & Tiraquell. in præcitato loco, num. 2.

48 Ego autem puto † nouum d. contextui posse accomodari intellectum, quod scilicet in d. c. cura. ideo Episcopus possit præstare cōsensum post actum ex interuallo; quoniam Episcopi auctoritas requirebatur, quia de eius præiudicio agebatur; sed quando alicuius auctoritas requiritur ex eo, quod de eius agatur præiudicio, potest etiam ex interuallo accomodari, vt mox dicemus in declaratione verbi consensus, num. 63. Præiudicium autem non considero ergo ex eo, quia prius Ecclesia erat immediatè subiecta Episcopo, postea per donationem factam loco religioso, fit mediatè subiecta, prout videtur cōsiderasse Imo. dicto cap. cum nos, sub numero 13. Neque etiam cōsidero præiudicium ex eo, quia ibi agatur de mensa Episcopali, nā rectè intuenti isto casu nullum potest considerari præiudicium, vt videtur sensisse Imol. d. cap. cum nos. Preiudicium autem in eo consistere arbitror. Nam cum ius patronatus de quo in d. c. cura. esset penès laicum, poterat quandoque extingui, & ad ipsum Episcopum reuerti; sed cum fuerit translatum in Ecclesia quæ semper viuit. cap. si gratiosa, de rescrip. & Castren. in l. iubemus. in fine. C. de sacrosant. eccl. numquam poterit esse spes quod d. ius patronatus ad Episcopum reuertatur, & propterea in textu redditur ratio: Quia nemo plus iuris in alium transferre potest, quàm ipse habeat, cum igitur in persona laici posset d. ius patronatus extingui, nō debet posse illud in Ecclesiam trasferre, & sic vbi poterat extingui, efficere vt sit perpetuum, cū enim hoc ius ipse non habeat, non potest illud in alium transferre. Et hunc puto esse verum sensum d. c. cura. Cogita tamen.

49 Auctoritas propriè est †assensus autorizabilis competens alicui ratione publici

-biti offici, glo. in c. 1. de reb. eccl. non alien. lib. 6. & ibi Innoc. & in cap. cum consuetudinis, de cōsuetud. Inno. Abb. & alij in cap. quoties, de pact. Et in eo differt a decreto, quia non oportet eam in scriptis præstari, secundum Innoc. in c. dudum, sub nume. 3. de reb. eccl. non alien. qui ad id probandum allegat l. obligari. §. vlt. ff. de auct. tut. vbi (re vera) eius intētio minimè probatur. Nam licet ibi dicatur tutorem non posse auctoritatem præstare per epistolam, non ex eo est, quia non requiratur eā in scriptis prestari, sed ex alio, ne scilicet auctoritas sit remota ab ipso cōtractu, vt considerat ibi Accurs. Benè verū est dictum in se, quod nō requiratur auctoritatem in scriptis præstari, prout etiam in ipso decreto supra conclusimus.

In eo autem differt auctoritas a decreto, quia decretum ante actum præstari potest, & post actum, dummodò incontinenti id fiat, vt supra conclusum fuit. Auctoritas verò solum in ipso actu, aut confestim post, in ipso actu accomodari debet. l. obligari. §. fi. ff. de auct. tut. & §. tutor. Inst. eo. vbi Fab. Ang. Bart. & Aldobradin. Bart. & alij in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæred. Bart. in l. si autē plures. ff. de aqua pluarcen. Angel. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebell. Cast. in l. actor. ff. rem rat. hab. Bald. in l. 1. vbi latè. C. qui admitti. in l. quæcumque. C. de bon. quæ lib. in l. vlt. §. sin autem æs alienum. C. eod. & in l. 2. C. de seru. reip. manum. Mainer. in l. quo tutela. §. vi factum. ff. de reg. iur. DD. in l. fin. §. necessitate. C. de bon. quæ lib. & in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minorib. DD. in c. cum consuetudinis, de consuetud. & c. 1. de reb. eccl. non alien. lib. 6. Innocent. in d. c. dudum. Anch. consil. 337. de efficacia. Rom. cons. 356. circa primum. in 2. dubio. Calcan. cons. 56. in causa dominæ &c. Cors. in suis singularibus, in verbo Minor, el 2. sub num. 4. Lanfranc. de Oriano in sua Praxi, cap. 7. num. 14. de confessis, & hoc tamdem prosequitur Tiraquel. infinitas auctoritates adducens, de legibus connub. glo. 6. in prin.

Prædictorumque ratio est, quia auctoritas requiritur ad substantiandum & solemnizandum actum, vt declarat Aldobran. d. §. tutor, & Bald. d. c. cum consuetudinis, triplicē de hoc rationem reddens. Et prædicta auctoritas quando requiritur, nō sufficit simpliciter consentire, sed debet expresse auctoritas præstari, l. 1. §. mutus. ff. de tutel. Aldobrandin. d. §. tutor, nu. 14. & Pet. Duen. reg. 65. Et nota, quod quælibet declaratio supra tradita in decreto potest accomodari in auctoritate, parum enim in substantia decretum ab auctoritate differre animaduerti.

50 Consensus autem † est plurium, seu multorum volūtas ad quos res pertinet simul iuncta, vt per Innocent. & Ioan. And. in capit. 1. de reb. eccl. non alien. lib. 6. not. Bart. & alij in l. si quis mihi bona. §. iussū. ff. de acqu. hæred. [Barb. in c. cum consuetudinis. nu. 61. de consuetud. pulchrè Beroi. c. 1. nu. 41. de constitut. & Fab. de Monte de empt. & vendit. q. 5. princ. num. 47.] In eoque differt ab auctoritate, & decreto, quia consensus potest interuenire in ipso actu, ante, vel post, incontinenti, vel etiam ex interuallo. l. fi. ff. ad Maced. l. 1. §. prodest. ff. quorum legat. c. cura. de iure patro. hoc etenim est de natura ipsius consensus, secundū Bart. & alios in d. §. iussum. Bal. in l. 1. C. qui admitti, & in l. si pater. C. de spons. Alex & Ias. qui de* communi testatur, d. §. iussum, inquiēs, quod omnes DD. communiter cum Bart. pertranseunt, excepto Cum. in d. §. iussum, & hanc esse * communem opi. Canonistarum refert Imo. in cap. cum nos, sub num. 13. colum. pen. circa finem. de his quæ fiunt a præl. Main. in l. quo tutela. §. vi factum. ff. de reg. iur. Lanfranc. de Oriano in sua praxi, cap. 7. num. 14. de confess. sequitur Tiraq. de legib. connub. glo. 6. in princ. Hincque verificari potest quod sup. diximus, nu. 44. Quod syndicus ab vniuersitate creatus poterit

postea

postea confirmari per superiorem, cuius auctoritas requiritur loco simplicis consensus, secundum Imo. d. c. cum nos, sub num. 12. Item in alio differt consensus ab auctoritate, quia cõsensus potest adhiberi per epistolam, facit text. in l. 1. §. fin. vbi Bart. nu. 4. ff. de contrah. emptio. Bar. d. §. iussum, Bar. de Cap. sing. 89. & Boer. in suis singularibus, in verbo, auctoritas, nu. 8. Auctoritas verò non, vt per prædictos, & dixi supra, sub nu. 49. vers. & in eo.

Limitatur præd. regula per Bald. in l. 1. C. qui admitti, Alex. Ias. ac cæteros communiter * in d. §. iussum, duobus modis, quæ duæ limitationes videntur
51 ad idem tendere. † Limitatur inquam primo, quando actus qui præcessit esset nullus, aliquo alio respectu quam cõsensus; tunc etenim non posset per subuenientem consensum confirmari. Innoc. & alij in c. cum consuetudinis, de consuetud. Ant. & Imol. in cap. 3. de his quæ fiunt a præl. & Bal. in l. 1. C. qui admitti. Cast. Alex. & Ias. qui alios adducit, d. §. iussum. Nec mirũ, non debet enim consensus plus posse operari ex interuallo, quàm si in actu ipso præstitus esset. At si consensus interfuisset in ipso actu, nihil profuisset si actus ex alio esset nullus. l. Paulus. cum ibi no. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iuris. & Salicet. in l. fin. C. ad S.
52 Cons. Maced. merito igitur &c. † Limitatur 2. vt consensus non possit accedere ex interuallo, sed contemporaneè requiratur in ipso actu, quando requireretur per modum solemnitatis, & formę, tũc enim talis consensus superueniens non poterit actum aliquo modo conualidare. e. auditis, de electio. & ita declarant Doctores communiter supra in prima limitat. mox citati, & hæc est * communis omnium sententia; solus Marian. Socin. consil. 15. visis, lib. 1. conatur defendere, quod etiamsi cõsensus requiratur de forma, & solemnitate actus, possit nihilominus ex interuallo accedere, multisque mouetur iuribus, & rationibus, quibus omnibus poterit facilè satisfieri ex his quæ diximus ad intellectum c. cura, de iure patron.

53 Ad cognoscendum † autem quando consensus requiratur in modum solemnitatis, & formæ, an potius in viam simplicis consensus; talis videtur posse accomodari Theorica. Aut consensus requiritur in aliquo contractu ex dispositione hominis, seu cõtrahentium; Aut ex dispositione iuris communis, vel municipalis. Primo casu attendi vtique debet forma dispositionis, & conuentionis. l. contractus. ff. de reg. iur. l. diligenter. ff. mand. Imol. in c. cum nos, sub nu. 13. de his quæ fiunt a præl. &c. Secundo casu, quando consensus requiritur ex dispositione iuris communis, vel municipalis, iterum distinguas; Aut in actu expediendo requiritur consensus eius de cuius piudicio agitur; & tunc nũquam dicitur requiri in modum solemnitatis, & formæ; ideo quandocumque accedere poterit. l. filio præterito. ff. de iniusto test. l. si impubes. in fine. ff. de Carbon. edict. c. propositi. cum ibi not. de coniugat. seruorum, cap. 1. de eo qui duxit in matrim. per adult. & ibi Inno. c. quam sit. de elect. & c. cura. de iure patron. secundum intellectum quem dedimus sup. Ant. de Butr. in c. cum consuetudinis, de consuetud. & Dec. consil. 503. n. 5. superioribus diebus, &c.

54 Nec obstat quod † ex quo actus a principio est nullus, non possit tractu temporis firmari. cap. non firmatur. de reg. iur. in 6. l. quod ab initio. ff. de reg. iur. Quia respondetur id procedere ex solo tractu temporis, secus vbi vltra tractum temporis cessat impedimentum, & superuenit causa confirmans; tunc etenim non est absurdum, quod actus ex post facto firmetur, ita declarat Accurs. in l. inter fundum. ff. de seruit. rustic. prædiorum. Bart. in l. si autem plures. ff. de aqua pluu. arc. Dec. in d. l. quod ab initio, vbi latè. Imol. d. c. cum nos, sub num. 13. col. pen. vers. nec obstat, de his quæ fiunt a præl. Marian. Socin. consil. 15. visis, lib. primo.

Aut igitur inquam in actu requiritur consensus eius, de cuius præiudicio agitur, & nunc non requiritur pro forma, & poterit ex interuallo accedere, vt mox diximus. Aut exigitur consensus alicuius de cuius præiudicio non agitur, & tūc iterum subdistinguas. Aut est consensus superioris, & tunc debet interuenire per modum auctoritatis. cap. quidam, 18. quæst. 2. vbi Archidiacon. notat; Auctoritas enim est superioris, Consensus verò inferioris, Innocent. in c. dudum, de rebus eccl. non alien. & Imo. in c. cum nos, sub nu. 4. de his quæ fiunt a præl. Aut est consensus inferioris de cuius præiudicio non agitur, & tunc requiritur per modum solemnitatis, & formæ; & per consequens post actum accedere nequit. l. quid ergo, in princ. ff. de his qui not. infam. & istam theoricam tradidit nobis Bald. in l. 1. C. qui admitti, quam sequuntur Alex. Castr. Ias. & alij, in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæred. Alexan. in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebell. Franc. Aretin. in l. 2. §. voluntatem. ff. sol. matrim. Ant. de Butr. in c. cum consuetudinis, de consuetud. Imol. (licet multum inuolutè loquatur) in c. cum nos, nume. 13. de his quæ fiunt a præl. Rom. cons. 54. visis circa id, vers. & primo. Abb. cōsil. 40. factum in effectu, in 2. dubio, lib. 2. Dec. cons. 503. nu. 5. superioribus diebus. & hanc theoricam latè sequitur Tiraquell. de legibus connub. glos. 6. nu. 5. cum seq. quam notes perpetuò; ex ea enim potest ad plura inferri, & præcipuè ad quæst. Baldi in l. 1. C. qui admitti.

55 Nam si statuto † caueatur, quod mulier non possit hæreditatem adire sine consensu consanguineorum, vtique iste consensus subsequens non poterit confirmare aditionem: nam cū d. casu consensus sit de forma per præd. theoricā, debet in ipso actu contemporaneè adesse, alioquin corruit aditio, Bald. in d. l. 1. C. qui admitti. & in l. quæcunque, C. de bon. quæ liber. quem sequuntur communiter * DD. d. §. iussum. & latiss. id prosequitur Tiraquell. d. glos. 6. num. 8. Et ad similia quamplura optimè inferri potest.

56 Licentia autem † in eo differt ab Auctoritate, Decreto, & Consensu, quia licentia ex sui natura debet actum præcedere. Bart. Castr. Ias. & cæteri * omnes, d. §. iussum. Bart. in l. si autem plures. ff. de aqua pluu. arc. vbi ad id probādum adducit c. licet, extra de regularibus. idque etiam probatur in l. 1. C. de sacrosanct. eccl. & in Auth. licentiam, C. de episc. & cleric.

Ampliatur id satis esse, quod licentia interueniat ante, etiam ex interuallo ab ipso actu, secundum Io. Andr. in c. veteri, de elect. quem sequūtur DD. d. §. iussum. & Bald. in rubr. de exercit.

57 Limitatur autem vno † notabili modo, vt si iuratum esset de non alienando sine licentia superioris, vt in capit. primo, de rebus eccl. non alien. in 6. & adeo immineret necessitas alienandi, vt non posset ab ipso superiore licentia impetrari, tunc sufficeret licentiam sequi; notabile dictum. Abb. in c. fin. in 2. col. de eccl. ædifican. quem sequitur Ias. d. §. iussū, Ripa in l. filiusfamilias, §. Diui, n. 40. ff. de leg. 1. Petr. Gerard. referēs hoc pro valde singulari, singul. vlt. numero 29. vbi ad id plures adducit, pro quo etiam facit quod scribit Roman. sing. 491. quē refert Dec. in rubr. C. qui admitti, in prima lect. sub nu. 6.

Expositis omnibus differentijs, quas inter Decretum, Auctoritatem, Consensum, & Licentiam extare putauimus, instituti nostri ratio postulat, vt singulos referamus casus super quibus necessariò requiritur decretum.

58 Primo igitur requiritur † decretum in alienatione rerum ecclesiasticarum. Innocent. in c. 2. nu. 2. de transact. Salicet. in l. præses. num. 3. C. de transact.

59 Ecclesia † nāque gaudet fauoribus, & priuilegijs minoribus concessis, illisque æquiparatur, l. 2. C. de iure rei pub. lib. 11. Goffred. & Abb. in cap. pen. de iudic. Cæsar Contard. in repetit. l. diffamari,

mari, C.de ingen.& manumiss. nu.52. Grammatic.cons.28.num.7. Roland.a valle cons. 68. nu.23. lib.3. Rom. sing. 118.incip.tu habes, & sing.95. Mattho sil.qui plures congerit notab.44. & Tiraquell. de priuileg. piæ causæ. priuileg.142.

Eademque ratione prohibetur alienatio rerum ecclesiasticarum,qua pupillarium,secundum Ioan. Igneum in l.3. §.si conditioni,num.42. de S. cons. Syllan. Quemadmodum igitur in alienatione rerum minorum requiritur decretum,l.1.& per totũ, ff.de rebus eorum, & latissimè dicemus infra lib.primo, in princ.ita & in alienatione rerum ecclesiasticarum necessariò requiri fatẽdum esse videtur.

60 Hinc est quod † si ecclesia faciat contractum nullum, id est sine solemnitate, habet electionem an velit stare ei, vel rescindere, sicut minor. Matthesil. notab.156.quem refert Io.Ber.Diaz.in reg.219.incip.eccl. in 7. similitud. & in proposito æquiparationis, & similitudinis inter ecclesiam,& minorem, videas per Diaz.d.reg.219.vbi plenifs. per eum 14.similitudines,& 11.dissimilitudines recensentur.

In contrariam tamẽ sententiam passim itum est Innocent. parum sibi constans in c.dudum, de rebus eccl. non alien.Abb.d. c.2. vbi reprehendit Innocent.DD.in c.cum nos,præsertim Imol. num.6.de his quæ fiunt a præl.vbi hanc ✱ esse * communem opinionem asserit, Bertachin. in suo Repertorio,vers.alienatio.num.30.& in Tract.de Episcopo. (vt ipse refert dicto loco) lib.4.Petr. Rebuff.in Tract.de Decimis.quæst.13.nu. 20. [& super concordatis, in rubr. de conclus. Lateran. Concilij, in glos. in verbo, Decretis. pag. 727. vbi de communi opinione testatur.] Petr.a Duen. reg.187.num.19.Ioan. Bernard. Diaz. reg.219.ecclesia, in 7. similitud. & Guglielm.Redoan.de alienat.rerum ecclesiasticarum,fol. 150. nu.7. vbi latè pertractat.

Et parum vrget quod ecclesia gaudeat fauoribus minoribus concessis,eisque æquiparetur;eademque causa prohibita sit alien.rerum eccl.qua minorũ; quia respondetur eos non esse ęquiparatos in omnibus, & per omnia per modum regulæ; ideo non licet ab æquiparatis argumentari, ad not. in l. 1. ff. de leg.primo. & in multis differunt ecclesia, & minor, vt per Bernardin. Diaz. reg. 219. vbi 11. dissimilitudines adfert. Nec valere argum. in alienatione rerum ecclesiasticarũ ad res minorum, scripsit Beroi. in capit. primo, num.44. de reb.eccl.non alien. Ad euitandas verò fraudes in alienatione rerum ecclesiasticarum fuit per aliam viam prouisum,quàm per decretum,scilicet, de Auctoritate,& Cõsensu.Auth. hoc ius porrectum,C.de sacrosanct. ecclef.

61 Quæ † autem solemnitates requirantur in alienatione rerum ecclesiasticarum ponit Rebuff. in Compend. alienat.rerum ecclesiastic. nu.9. cum sequ. Roderic. Suar. allegat. 21. in princ. & nouiss. elegantissimum habes tract. de alienat.rerum ecclesiasticarum per eximium Iureconsultum Guglielm. Redoan.secus tamen est in alienatione rerum minoris, cui de decreto tantũ fuit prouisum. Ecclesiæ verò cum de alijs remedijs cõsultum sibi fuerit, vt diximus, nõ debet dici decretum ei necessarium fore;saluarique posset Innocent. d.cap. 2.dum sentit decretum necessarium esse, quod scilicet acceperit decretum pro consensu,& auctoritate episcopi, vel superioris; Nã episcopus decernit iustam alienationem,illi consentiendo;non autem intelligitur de illo decreto quod requiritur in alienatione bonorum minoris,vt C.de præd.minor.sine decreto nõ alien.cum similibus.

Et cum hac sententia, quod non requiratur decretum in alienatione bonorum ecclesiastic. cõcludunt passim DD. in cap.primo, de reb. eccles. non alien. Innocent.Ioan.Andr.& alij,in d.c. dudum.Mainerius in l. cui ius,nu. 6. ff. de

reg.intr. Felin.cons. 136. Marian. Socin. consil. 15. visis lib. primo. Petr. Rebuff. in Compendio alienat. rerum eccles. num. 52. vbi inquit quod in instrumentis solent notarij ad euitandas opiniones huiusmodi verba apponere; vt puta.

Paulus Marius de Runere episcopus Calliensis Visitator Apostolicus, ad presens hic Perusiæ commorans, dedit licentiam, auctoritatem, & consensum, super talis rei alienatione; quod sequitur Petr. a Duen. reg. 187. in fine.

Aduertendum tamen est, quod per huiusmodi verba, notarij non euitabunt opiniones, an requiratur decretum, prout videntur sensisse Rebuff. & Petr. Duen. Ideoque notarij ad euitandas opiniones, talia in instrumento inserant verba. Talis episcopus dedit licentiam, auctoritatē, & consensum, suumque interposuit decretum.

Et miror equidem quod prædicti omiserint apponere decretum, de quo principaliter intendebant loqui, vt opi-

62 nionum varietatem effugerent. † Et idem cōcludas in alienatione bonorum hospitalis, in qua sufficit si hospitale est ecclesiasticum, quod interueniat solēnitas quę requiritur in alienatione rerum ecclesiæ, in qua non requiritur decretū, ita dicit Card. Zabarella. Clem. quia contingit. nu. 5. ver. illi. de religios. domibus. [An autem in alienatione rerum hospitalium requirantur solemnitates quæ in distractione bonorum ecclesiæ, tradit latè Portius lib. 5. commun. opin. concl. 8.]

63 SECVNDO requiritur † decretū quando decernuntur alimenta pupillis; tunc enim debet decretum iudicis interueni re, & pro modo facultatum, secundumque conditionem, ac ætatem illius cui debentur alimenta decerni, ita rescripsit Vlpian. in l. 1. 2. & 3. ff. vbi pupill. educ. deb. & ibi DD. & Petr. Duen. d. reg. 187. num. 4.

64 TERTIO exigitur † decretū super transactione alimentorum, l. cum hi, la 2. in princ. ff. de transact. & l. de alimentis. vbi DD. C. de transact. Bart. in tract. de alimen. nu. 33. Salicet. in l. 2. nu. 9. C. de pedan. iudicibus, & dicemus latè infra tit. 6. inspect. 11.

65 QVARTO requiritur † decretū in lite facienda super alimentis, d. l. cum hi. §. sed cum lis, ea quippè ratione, quia ex futuris alimentis dependet vita hominis, Bart. in tract. de aliment. nume. 33. Bald. Salicet. & Ias. in l. de alimentis. C. de trāsact. & dicā infra d. insp. 11. ideo non debent posse sine prætore lites exerceri. Requiriturque in tali decreto causæ cognitio, alioquin non valet, d. l. cum hi. §. si prętor, & l. magis puto. §. non passim. ff. de rebus eorum.

66 QVINTO decretum † exigitur cum tutor ob famem consanguineorum pupilli, alimenta præstiterit, veluti si matri, vel sorori, quæ aliter se tueri non possint, tunc etenim tutor autor fit pupillo ad diminuendum, ita mihi probat expresſè textus in l. 1. §. sed non nullos. ff. de tut. & rat. distrah. glo. vlt. in l. vlt. ff. de curat. fur. Socin. in tract. oblationū. libello 9. quæst. 5. vers. sed tamen præd. opinio. Petr. Duen. d. reg. 187. num. 14. & Host. prout refert Imol. in c. constitutus. num. 12. & Anton. de Butr. num. 28. de integr. restitut. scripsit, quod ob necessitatem famis (vt in casu l. 1. & 2. C. de patribus qui fil. distrax.) legitimè interponatur decretum. [quod sequitur Ioan. Faber in suo Breuiario, in l. ob æs.

67 nu. 3. C. de præd. minor.] † Et dixit Rofred. in tract. de libellis. par. 7. in rub. de S. cons. Clementiano, sub nu. 4. ver. item admittūt, quod ob necessitatem famis, licita est minori alienatio, quia est plus quàm quodlibet æs alienum. [Miserimūque est mori fame, eaque mors crudelior est, quàm propter bellum vel pestē, vt dicit Luc. de Pen. in l. 1. C. a quib. muner. vel præst. nō licet se excusare; & multa de miserijs famis tradit Tiraqu. de vtroque retract. §. 26. glo. 1. nu. 21. cū seq. & ī legib. Lōgobardorū pmittit mi nori alienatio pp Famē, vt ī ti. de phib. alien. minor. l. fi. & ibi Carolus Cottus.]

In hoc

In hoc tamen casu decretum minimè requiri, videtur expresse cautum in l.qui filium.ff.vbi pupillus educ.deb.ibi (Et si citra magistratuum decretum.) per quam legem crediderunt Bart. & Nicol.de Neap.in d.l.1.§.sed non nullos. hanc decreti solemnitatem non requiri, & sic quoad hoc correctum esse d.§.sed non nullos. Mihi verò istorum dictum numquam placuit; debet etenim in huiusmodi præstatione quæ fit de alimentis dictis consanguineis, decretum adesse, ne inducatur correctio, quæ semper in dubio euitari debet, glo. in c.cupientes.§.quod si viget. de elect. in 6.l.præcipimus. C. de appell. Et casu quo facienda esset correctio, debet potius fieri de d.l.qui filium, quàm de d.§. sed non nullos, & id duplici ratione, primò, quia d.l.qui filium.præcedit d.§.sed non nullos, ideo potius dicendum est correctam esse legem, quæ antecedit, quàm §.qui subsequitur, cum lex prius posita, censeatur prius lata, secundum Bart.in l.moribus.§.prius.in fine.ff. de vulg.& pup.Ias.in l.1.col.3.& in l.vlt. col.pen.C.qui admitti. Præterea in correctione d.l.qui filium, concurrit minoris præiudicium, cum posset decipi si fieret prædicta alimentorũ præstatio absque auctoritate iudicis; secus verò in d. §.sed non nullos, vbi concurrit fauor minoris, quod interueniat decretum. Sed quoniam correctio admitti non debet, nisi clarè, ac manifestè de ea cõstet, ideo aliter concordanda sunt præd.iura; quãobrem Cin. & Rainer. quos sequitur Bald.in d.l.1.ff.de tutel.& rat.distrah. intellexerunt q̃ d.§.sed nõ nullos, procedat in alimentis, quæ non sint necessariò præstanda, ideo requiratur decretum; Lex verò qui filium, procedat in his quæ necessariò debentur, ideo de decreto nõ curatur. Reprobatur tamen ex duobus intellectus iste, & primò, q̃a in vtroque casu, tàm in l.qui filiũ, quam in §.sed non nullos, necessariò debentur alimenta. Secundo, quia textus non mouetur ea ratione ad ita decidẽdum; Quapropter ipse puto aliter debere intelligi d.l.qui filium. Nam ibi non dicitur quod tutor possit alimenta sine decreto præstare, sed narratur factum tutoris qui alimenta præstiterat sine decreto, & dicit ibi text. eum non teneri iudicio tutelæ, ea fortè ratione, quia constabat expresse iudici, fraudem in ea alimentorum præstatione non adfuisse, ob quam euitãdam inductum fuit decretum, vt dixi sup.nu.24.

68 Et si quispiã diceret † intellectus iste tamquam omninò diuinatiuus reijciendus est, posset facilè responderi, quod gratia contrarietatis euitandæ licita sit diuinatio, secundum Bart. in l.ita stipulatus, la grande, num.27. vers. & si opponis.ff.de verb.oblig. Alex.in l.rei iudicatæ.col.fin.ff.sol.matr.Ias.in l.2.§.prius. nu.23.ff.de vulg.& pupill. & in l.huiusmodi.§.si cui.ad finem.ff.de leg.primo. Riminald. Instit. de donat. in princip. num.189.& in.§.primo, num.54. Inst. per quas person. ius nob. acquir. & Socin. iun. in l. filiusfamilias. §. Diui. nume.124.ff.de leg.primo. verùm quia id procedit quando alio modo congruè contrarietas tolli non potest, aliàs secus, vt per supra dictos, puto aliter, & melius intelligi debere d. contextum, quod scilicet ibi non dicitur posse tutores alimenta præstare sine decreto, sed quod si præstiterint iudicio tutelæ non tenentur.

Et si quæras postmodum, cum non potuerint alimenta sine decreto præstari, cur est quod non tenentur? & tunc ipse respondeo, quod ideo tutor qui præstitit alimenta absque decreto, tutelæ iudicio non tenetur, quia præstitit ea præcedente iussu iudicis, & licet non interuenerit decretum cum suis solemnitatibus, de quibus latè dicam infra titu.primo, in princ. tamen ille simplex iussus iudicis efficit quod istæ expensæ non repetantur, vt constat per rationem ibi redditam; (Cum aliter hæc ei contingere non possent.) cum qua concordat cap. quod q̃s.in fine, de regul.iur. in 6. Quia scili-

ſcilicet nõ poterat aliter iuſſu iudicis ob têperari, niſi expenſæ de quibus ibi fierent; iuſſus enim iudicis excuſat, facitque licitum, quod alias foret illicitum. l. ſi quis in graui. ff. ad S. conſ. Syll. l. furti. §. qui iuſſu prætoris. ff. de his qui not. infam. & ita illum contextum videtur intellexiſſe glo. in d. l. qui filium. in verbo (inſtituerit.) & hunc ego puto veriſſimum d. l. intellectum, ex eo quod iuſſus iudicis habet vim decreti, vt dicemus in tractatu tit. 6. nu. 89.

69 Sexto debet † adeſſe decretum in æſtimatione dotis quæ fit quando filius vel filia mẽtecapti, vel furioſi matrimonium contrahunt, tũc enim iudex ſecundum perſonarum qualitatem vnà cum ſuis cõſanguineis dotem decernere debet, l. tam dementi. C. de epiſcop. aud. l. ſi furioſi, vbi not. Bald. in princ. C. de nupt. & Petr. Duen. d. reg. 184. vbi loquitur generaliter in omni contractu filijfam. patrem furioſum habentis.

70 Septimo exigitur † decretum iudicis in conſtituendis dotibus filijs habentibus patres ab hoſtibus captos, vel a latronibus oppreſſos, ſecundum quod reſcripſit Vlpian. in l. profectitia. §. ſed ſi proponas. ff. de iure. dot. dictam dotem profectitiam eſſe determinans.

71 Octavo neceſſariũ † eſt decretum quando delata eſt hæreditas filiofam. maiori infante, pater verò recuſat illi conſentire, cum enim tutorem non habeat, nec habere poſſit, & licet patrem habeat, habeat tamẽ recuſantem, ſequitur vt poſſit adire iudicem cuius decreto valeat hoc ius conſequi, iuxta textum in l. ſi infanti, in fine C. de iur. delib. & ita (ad contrarietates multas euitandas) declarat Silueſt. Aldobr. in §. neque tamen, nu. 17. Inſt. de aut. tut.

72 Nono neceſſarium † eſt decretum in alienatione rerum furioſi, ad inſtar alienationum rerum pupillarium, vel minorum. l. orationis. C. de curat. furioſi. vbi Salicet. l. qui neque. §. primo. & in l. ſi prędia minoris. ff. de rebus eorum. ea-

73 que huius dicti poteſt eſſe ratio, † quia omnia priuilegia minoribus conceſſa, furioſis etiam tributa eſſe cẽſentur. glo. in d. l. orationis. vbi Bart. Bald. Salicet. & alij, Bald. in l. iubemus. in 3. q. C. de ſacroſanct. eccl. & in l. vlt. circa princ. C. quib. cauſ. in integr. reſtitut. in l. 2. C. ſi a pupillo, in l. infanti. in 3. q. C. qui admitti. & in l. 2. §. ſi a pupillo, in fine. ff. pro empt. Bart. Bald. & Imola in l. qui neque. ff. de rebus eorum, vbi Bald. dicit quod omnia iura loquentia de tutoribus, habent locum in curatoribus, & omnia beneficia pupillorum conceduntur furioſis, & prodigis, Alexand. d. l. ſi infanti. Bart. & Bald. in l. Marcellus. de fideiuſſ. Bald. in c. 2. de benefic. fratris. &c. quam opinionem conſulendo ſequuntur Barbat. conſ. 42. vol. primo. Bald. conſ. 347. nu. 1. vol. 3. Petr. Anch. conſil. 5. circa finem. Roland. de Curt. conſ. 123. nu. 68. ad cauſ. vltim. volunt. Nicol. Euerard. in ſua cent. in loco a minoribus ad furioſos, mentecaptos, ſeu dementes, &c. Nicol. Vigel. ff. libro 18. par. 2. cap. 6. reg. prima, except. 7. & Iodoc. Damhouder. in titu. de tutorum & curat. mun. cap. 8. num. 2.

74 Decimo requiritur † decretum in alienatione rerum mentecapti, fatui, frenetici, lunatici, & alterius cuiuſcumque iudicio, ac diſcretione carentis. glo. in §. furioſi. Inſt. qui teſtam. fac. poſſ. inquiens, quod quæ dicuntur de furioſo habent locum in mentecapto, glo. in d. l. orationis, Bald. in l. humanitatis. verſic. venio ad quartum. cap. de nupt. & latè Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vendit. in 4. quæſt. princ. verſic. decimo quæro. nu. 22. cum ſeqq.

Idque probatur in l. tam dementis. C. de epiſcop. aud. vbi furioſus, demens, & mentecaptus ſimul ponuntur, & coniunguntur, & clarius deciditur per Vlpianum in l. ſi prædia. ff. de rebus eor. ibi, idem ſi furioſi, prodigi, vel cuiuſcumque alterius; qui autem ſint mentecapti, frenetici, & alij huiuſmodi generis homines, ponit Fab. de Mon. in præcit. loco.

Et ex

75 Et ex his potest dici † requiri decretum etiam in contractu illius qui sit amore captus, cum amans æquipararetur ebrio.glo.est singularis in §.vlt. Inst. de successs.subl. & ibi DD. quod tamen reprobat Eman.Soarez.in addit.ad Ant. Gomez.de contractibus.cap.14. de restitut.minorum,in littera H.cum nullibi id iure, aut ratione probetur; & glo. d.§. vlt. intelligi debet secundum eum, cum contractus cum ea, vel eo celebratur cuius amore quis exardescit; quam tamen reprobationem ipse non admitterem ita de facili, sed crederem indistinctè, quod quotiescumque celebratur vẽditio, seu aliquis alius contractus ab eo qui maximo sit amore captus, cuius causa appareat manifestò ipsum nõ integri animi iudiciũ habere, quod facilè liquere poterit ex actibus ab eo inutiliter, paruaque cum eius existimatione gestis, dictos contractus esse ipso iure nullos absque decreti interuentu; & id siue cum eo, vel ea celebretur contractus cuius amore quis exardescit,siue cum alio, cum amans æquipareatur furioso,vt per Tiraquell.de pœn. causa 4. Iacob.de Nigr.in l.1.in princ.nu.63.ff. de verb.oblig. Ant.Bauer.in §. item furiosi.Inst.quibus non est permiss.fac.testam.Bald.in l.precibus.col.6.vers. quidem ego.C.de impub.& alijs substitut. vbi scribit,Philosophicum esse, non muliebre huiusmodi affectum, intra debitos limites carcerare, Amor etenim furoris est species, teste Plat.in Fedro. & dixit in Mercat.Plaut.Homo ex amore insanit. & Terentius in Eunuco.

Hei me miserum sentio,
Et redet, & amore ardeo, & prudens, sciens,
Viuus videnſque pereo,nec quid agam scio.

Et perbellè cecinit Hermic. Aegl. 5. dicens.

Omnis amans æger,captusque insanus, & amens
Dulcis amor calor est animi, vis maxima mentis,
Eripit hic hominum sensus,pereuntie & ipse
Iudicium, extinguitque animum mortalibus illum
Molis vita caret, sed luxus & ocia gignunt.

Ex Socr.lib.3.Plat.de Repub. voluptate (inquit) venerea nulla vehementior,nullaque furiosior. & Cicero lib.4. Tusculan. qq. Maximè (ait) admonendus est quantus sit furor amoris, omnibus enim ex animi perturbationibus est profectò nulla vehementior;multaque siquidem alia possem in proposito ex humanioribus in medium afferre,quę, tum ex longa humanarũ litterarum intermissione non facilè recolor,tũ etiam quia quilibet humanarũ litterarum studiosus poterit facilè per se ipsum quamplura ad id videre, missa facio; apud nos est textus in c.cum in iuuentute, de præsumpt. qui hunc affectum furorem vocat,est etiam text.in §.illud,in Auth. quibus mod.naturales effic.leg.vbi hæc amantium affectio furor nuncupatur. Quemadmodum igitur in contractu furiosi requiritur decretum, ita & in contractu eius qui sit captus amore, quod licet apud neminem scriptũ repererim, verissimum tamen arbitror ex rationis identitate.

76 Vndecimo debet † interuenire decretum in alienatione rerum prodigorum.Bald.in l.qui neque. ff. de reb. eorum.Io.Sichard.in l.si curatorem.nu.6. vers.præterea.C.de in integr.restit. minorum, vbi declarat æquiparationem prodigi,minoris,& pupilli. est text. in l. his qui.§. Diuus. ff. de tut. & curat. dat. ab his.est melior text.de iure in l. si prædia.ff.de reb.eorum.Nec mirum; nam quemadmodum priuilegia omnia minoribus concessa competunt furiosis, & mentecaptis,ita etiam & prodigis.Euerard. in loco a minoribus ad furiosos, mentecaptos.

77 An autem prodigus † sit prohibitus alienare sine decreto anteq̃ ei interdicatur alienatio,& notoriè cõstet eum prodi-

prodigum esse, videas plenè disputatū per Salicet.in l.1. C.de curat. fur. Bart. Ias.Rip.& ceteri DD.omnes latiss. in l. is cui bonis.ff. de verb. obligat. Aretin. Inst.de curat. §. furiosi. in fine, & Roman.in suis singularibus, singul. 226. & ibi addit. qui alios quamplures congerunt.

78 Duodecimo interuenire† debet decretum in procuratore dando furioso.l. de creationibus.C.de episcop.aud. l.vlt. §. sin autem testamentum. C. de curat. fur. Quod ampliatur etiam si fuerit curator a patre furiosi testamento datus, d.l.vlt.§. & siquidem parens. debetque præd. curator in ciuitate apud Vrbicariam Præfecturā, in prouincijs verò apud Præsidem eius deduci, ibique præsente etiam tam viro religiosissimo locorum Antistite; quàm tribus Primatibus, iurare se rectè, & cum vtilitate furiosi agere, & neque prætermittere ea quæ furioso vtilia esse putauerit, neque admittere quæ inutilia esse existimaue-

79 rit d.§. & siquidem parens. † Quid autem si daretur curator sine Episcopi, & Primatum præsentia, an valeat? & vtique videtur dicendum quod non, quia licet interuenerit decretum, tamen cum huiusmodi curatoris datio deficiat in forma, quæ est quod detur curator presente Episcopo, & tribus Primatibus, d. §.& siquidem, ea omissa corruit actus. Quibus tamen minimè refragantibus, substineri posse, curatoris dationem a Prætore factam sine Episcopi, & Primatum præsentia sentiunt * communiter scribentes, ex duobus præcipuè. Primo, omissio solemnitatum quæ de consuetudine non seruantur actum non vitiat. l. 1.in fine.ff.de ventr.inspic. cap. primo. de treg.& pace.& faciunt not. per DD. in l.de quibus.ff.de legibus. Atqui consuetudo non seruat vt Episcoporum præsentia, ac trium Primatum exigatur in datione curatoris furiosi, sed solum Iudicis decreto contenta est, ergo &c. monentur præterea per textum expressum in.§. furiosi. Inst. de curat. fur. vbi soli Præsidi hoc permittitur, liberque Institutionum factus est post Cod. vt ex Proœm. Institut. apparet, ergo illi tamquam posteriori standum est, & ita per prædicta voluit Bart d.l.vlt. §. sed cum antiquitas.& ibi Salic.qui etiam ipse de consuetudine testatur, & pro hoc consuluit Bart.cons.144. Iudex communis Assisij,lib.1.

In proposito tamen monitum te esse volo, quod d. §.furiosi, opinionem hanc communem haud quicquam adiuuat, quia d.l. vlt. §. sed cum antiquitas, quæ istorum præsentiam necessariò requirit, cum sit vna de quinquaginta decisionibus in Codice insertis, quas post librū Institut. factas esse dubitari minimè cōtingit, ergo d. l. vlt. §. sed cū antiquitas, tamquam posteriori standū est, vt ipsemet Bart. fatetur. Quod autem d. l. vlt. sit de quinquaginta decisionibus, potest dupliciter probari. Et primò cōsiderando quod ibi Imp. Iustinianus recenset multas ambages iuris antiqui, & profitetur se velle omnem obscuritatem, & inextricabilem circuitū tollere, ob quod solum quinquaginta illæ decisiones fuerunt additæ Codici; Omnes præterea, aut saltem pro maiori parte decisiones illę collocatæ per compilatores fuerunt in fine titulorum Codicis, vt testatur Cagnol.in l.vlt.post princ. C. de pact. vbi omnes dictas decisiones refert, inter quas enumerat d.l.vlt. prout etiam facit Benincas.Inst.de act.in fine operis; vnde communis sententia ex d. §. furiosi, nihil iuuatur, sed benè eam ex primo argumento seu ratione supra considerata, verissimam arbitror.

80 Decimotertio desideratur† decretum Iudicis in contractu filijfam. loco consensus patris furiosi, stāte statuto ꝙ filiusfam. contrahere nequeat sine consēsu patris, Bald. i l. si furiosi. C. de nupt. & in rub.C.de contrah.empt.ad finem.

Item si pater haberi nō posset, Iudex supplet, sed debet in instrumento fieri mentio quod pater haberi non possit, Bart.in l.3.in fin.C.de in int. rest.

Deci-

81 DECIMOQVARTO exigitur † decretum in dando actore tutoribus impeditis, l. decreto. ff. de administrat. tuto. l. solet. ff. de tutel. l. actor. ff. rem rat. hab. & ibi glo. l. curatorem. C. qui dare tut. vel curat. poss. l. neque, C. de procurat. l. si actor. C. de appell. & ibi glo. & §. vlt. Inst. de curat. & Rober. Maran. in repetit. l. si actor. nu. 3. ff. de procurat.

82 Duplexque est modus † constituendi actorem, vnus per Iudicem petente tutore, vel cur. d. l. decreto, & §. vlt. Inst. de curat.

Alius est modus vt constituatur per tutorem, vel curatorem cũ decreto Iudicis, d. l. si actor, & vterque modus est bonus, secundum Bar. in d. l. actor. Salicet. in d. l. neque, num. 3. & Castr. d. l. actor, inquiens hanc esse * communem opinionem, Aldobrandin. in. §. quod si tutor, num. 22. Inst. de curat. Et licet vterque modus sit bonus, resultãt tamen diuersi effectus ex modo constituendi, vt per Castr. d. l. actor. Aldobrandin. autem d. §. quod si tutor, nu. 23. tenet quod ijdem effectus resultent ex vtroque modo, & diuersitas practicæ videtur potius verbalis, quam effectualis, ideoque putat vtroque casu idem statuendum.

83 DECIMOQVINTO † necessarium est decretum in curatore qui datur bonis, l. 2. in princ. ff. de curato. bon. dan. Bart. in l. actor, in fine. ff. rem rat. hab. Contrarium tamen videtur probari in l. vlt. ff. de curat. bon. Nam dum ibi dicitur (si debitor foro cesserit, & creditores priuato consilio coierint, & elegerint vnum per quem bona distrahantur) apparet manifestò posse curatorem dari ab ipsis creditoribus absque alio decreto, quod videtur sensisse glo. in l. actor. circa fin.

Bart. huius contrarietatis timore, in dicta l. actor, in fine, distinguendo hæc iura concordare contendit. Nam (inquit ipse) aut curator datur bonis absentis, & tunc datur decreto Iudicis, dicta l. 2. aut datur bonis alicuius qui cessit bonis, & tunc vtique potest a creditoribus dari, l. vlt. ff. de curat. bon. dan.

Quę tamen Bart. distinctio apud me non est tuta; credo equidem, quod siuè detur curator bonis absentis, siuè præsentis, requiratur decretum saltem confirmatorium; Eaque potissimum ratione moueor, quia generaliter in omni tutore, vel curatore requiritur decretum, etiam quod fuerit a parente in testamento datus, cui satisdatio ob testimonium parentũ remittitur, l. vlt. §. & siquidem. C. de curat. fur. & dicam infra num. 86. Ergo multo magis debet exigi decretũ in isto curatore qui ab extraneis bonis debitorum datur. Et d. l. vlt. quæ videtur aliqualiter obstare, debet necessariò intelligi, quod ibi creditores elegerint curatorem, sed tamen prædictus curator fuerat a Prætore confirmatus, & ita intelligit d. contextum glo. in d. l. vlt. in verbo (vnum.) & ita, ni fallor, intelligenda est d. l. Quãdo etenim in vno dubitatur, in ceteris præsupponuntur termini habiles, l. qui testamento, ff. de testam. cap. 1. de æta. & qualit. At ibi non dubitatur an Iudicis decretum requiratur, sed præsupponitur, solaque dubitatio est, an creditor qui postea venit, possit reuocare curatorem, quem alij creditores communi consensu elegerunt. Per hæc igitur indistinctè concludendum esse arbitror in curatore qui datur bonis semper decretum exigi; Decipiturque glo. in eo quod dicit in l. de creationibus. C. de episc. aud. dum ibi firmat quod curator qui bonis datur nõ teneatur iurare, contrarium namque manifestò deciditur in Auth. quod nunc generale. C. de curat. furiosi.

84 DECIMOSEXTO † requiritur decretum in tutore, vel curatore dando pupillis illustrium personarum. l. 1. C. de tutor. vel curat. illust. vel clariss. person. l. vlt. §. sed siquidem. C. de curat. fur. l. curator, iuncta glo. ff. de curat. fur. Bart. Bald. & Salic. in d. l. 1. [Petr. Rebuff. super concord. dat. in rub. de conclus. Lateran. Concilij, in glo. in verbo Decretis. versic. sexto.

Ex quo

85 Ex quo † notari potest quod facta nobilium cum maiori solemnitate tractari debent, quàm plebeiorum. d.l. vlt. §. sed cum antiquitas. vbi Salic. id notat. Aliudque etiã colligitur ex d.l.1. Quod alius nominatum cõfirmat, alter ei administrationem decernit, vt ibi patet, cum confirmetur a sententia præfecturæ, administratio verò decernatur a prętore, quod dictum mirabile esse inquit Salicet.in d.l.1.circa fin.

86 Decimoseptimo exigitur † decretum generaliter in omni tutore, & curatore, licet non sint Illustrium, sed aliarum personarum.l.3. ff. de aut. tut. l. 2. C. quando mulier tut.offic. fungi poss.l. vlt. C. arbitr. tut. & §.vlt. in Auth.vt hi qui oblig.se prohib.res minorum.Bart. in l.legitimos.num.3.ff.de legit.tut. Salic.in l.vlt.§.illo proculdubio,num.4. & in l.tutores, nu.17. C.de administr.tut. Port.Inst.de satisdat. tut.in princ. nu.3. & de legit.agnat.tut.in princ.vers.& primum. Roland.in tract. Flos testamentorum,in tit.de tut.in testam. vel codicill. dan.n.10.Papiens. in forma libelli quo agitur ad rem ra.tut.§.in suo vltimo, numero 19.Cassaneus in consuetud.Burg. tit.Des en fans de plu fieure &c.§.7.vers.Et aussi le pere,numero 2.fol.223.& Corn.cons.164.lib.4.

Ampliatur id procedere etiam in tutoribus,vel curatoribus testamento datis, qui licet testamento non dentur, dati tamen confirmatur decreto prætoris,vel præsidis.Inst.de cura.in prin. facit l.2.C. de confir. tut. & quod ibi not. Formáque talis confirmationis tradit Specul.in tit.de curat.§.cum autem, vers. quod autem.

87 Animaduertẽdum tamen † est,quod istud decretum non requiritur in constituendo tutore,vel curatore,sed in decernenda administratione. Namque non possunt tutores, vel curatores administrationem suscipere nisi a prætore decernatur.l.vlt.§.& siquidem.C.de cura.fur.Bart.d.l.legitimos, nu.3. & Port. d. princ.num.3. Alciat.in l. de quæstione, num. 12. C. de transact. Et propriè decretum isto proposito est præstare tutori quasi possessionem administrationis, secundum Bart. d.l. legitimos, num.4. Roland. d. tract. Flos testamentorum, d.num.10.eod.tit.de tut. in testamento vel codicillo dan.Papiens.in præcit. loco,num.19.

Solet namque Iudex decernere administrationem tutelæ, seu licentiã administrandi dare, idque dicitur decretum, d.§.vlt.in Auth. vt hi qui oblig. Et in simili dicunt Canon. quod licet aliquis sit institutus in beneficio, nõ tamen accedit ad administrandum nisi ponatur in quasi possessione administrationis,c.2.in princ.de institut.Innocent.in c.proposuisti, in prima glo. de concess. præb. Declaratur autem id quod † supra dictũ est in omni tutore decretum requiri,nonnullis modis.

88

Primò non procedere quando testator concesserit administrationem ipsi tutori, potest siquidem testator decernere, vt tutor sua auctoritate incipiat administrare,Bart.d. l.legitimos, & Roland.in præcit.loco.

Declaratur secundò, in patre sui filij legitimo administratore, qui habet plenam administrationem actu,& habitu in rebus filij, licet eã non recipiat Iudicis decreto,nec inuẽtarium faciat,Bald. in l.cum oportet.§.nõ solum.C.de bon. quæ lib. quem sequuntur Moderni Amerini in tract.de patria potestate,effectu 12.num.8.

Declaratur tertiò,in his quæ dilationem non recipiunt; Nam tunc potest tutor quid expedire sine decreto. l. vlt. C. de tut. vel curat. qui non satisded. Bart. in d.l.legitimos,in fine,Bal.& Angel.in l.procuratore. C. de procurat. & Alex. cons.144.vol.5.

Declaratur quartò, quãdo tutor administraret principaliter ad cõmodum & vtilitatem ipsius pupilli,Bart. d.l.legitimos,in fine.

Vereor tamen ne decipiatur Bart. in hoc, ex eo quod habetur in l. si fundus, &

dus,& not. DD. in l. magis puto. §.si æs alienum. ff. de rebus eorum. Nec leges quas Bart. adducit probāt, & quoniam de hoc in tract.tit.8.inspec.17.sum latè dicturus, pro nunc ita simpliciter pertranseo.

89 DECIMOOCTAVO exigitur † decretum in constitutione salarij quæ fit tutori,vel curatori, licet etenim salarij incapaces prorsus sint, iustis tamen de causis quandoque eis legitimè præstatur,iudicis tamen interueniente decreto, iuxta l.a tutoribus.§.vlt.vbi glo.Bart.& ceteri scribentes.ff.de administr. tut. Guido Pap.in suis decis.quæst.68.& latè Iodoc.Damhouder.in pupillorum patrocinio,in tit.de tutorum & curatorū munere,c.1.nu.7.& latius nu.18.[Salarium autem deberi tutori,consuluit D. Lucas de Pretiosis, nobilis Calliensis, qui fuit sua tempestate vir doctissimus, de quo honorificè meminit Corn.consil.4. lib. 1.Barth.Soc. cons.245.lib.2. vbi appellat eum Doctorem præstantiss. & Petr. in Tract.de duob.fratrib.6.part. princ. quæst.23.num.24. vers. vndecimo. vbi dicit eum esse Doctorē excellentiss.consuluit.inquam d. Lucas consil. 114. per tot. In contrarium tāmen super eodem casu consuluit Benedict. de Barzis consilio 115. inter cons. ad caus. vltim. volunt.]

90 DECIMONONO requiritur † decretum in inuentario. l. tutor. qui repertorium,vbi glo.ff.de administrat. tut. & l. chirographis.ff.eod.glo.in l. tutores, la 2. C. eod. Bart.in §.hinc nobis, nu.7.in Auth.de hæredit.& falcid. Bald. in l. si tutor tuus,nu.1. C.in quibus caus. restitutio in integ.non est necess.& latius dicam infra tit.6.inspe.6.

91 VIGESIMO interuenire † debet decretum in reuocando tutore, vel curatore. Eadem enim solemnitas requiritur in dissoluendo,quæ in faciēdo. Contractusque resolutio eius naturæ iudicatur,cuius est contractus. l. nihil tam naturale.ff.de reg.iu.l.prout quisque,ff.de solut. l. ferè.ff.de reg.iur. l. 1. C. de mutat.nom.l.si vt ꝓponis,C.de nup. Alud. ecōtra.C.de repudiat. Bart. in l.ab emptione, & ibi alij DD. ff.de pact. in l. in summa.in princ.de cond.indeb. & in l. & ideo,ff.de condict.furt.Bald.in l.præses.nu.5. C. de trāsact. Alex. in l. 1. sub nu.8.ff.solut. matrim. Barth.Socin.in l. si quis arbitrati.nu.32.ff.de verb.oblig. Ias.in l.mandata.nu.5.ff.de offic.eius.l. quod iussit.nu.12. ff. de re iudic. & in l. quemadmodum. ff. de acquir. possess. Roman.sing.3. & cons.394.num.3.Decisio Pedemont. decis. 52. Euerard. in loco a contractu ad distractum, vbi ad plura vtilia infert. Tiraquell.de legibus connubialibus.glos.5.nu.12.Pinell.in l. 1.par.3.sub nu.54. vers. nec videtur. C. de bon.mater.vbi latè pertractat de intellectu l.si ad resoluendum.C.de pręd. minorum.Petr.Duen.d.reg.187. num. 18. & nouiss. nouissimi Fiuizanens. in tract.de tut.& curat.nu.196.

Quam regulam notes, quia ad multa quotidie ex ea inferri potest, prout

92 inferunt DD.supra relati, † infert Dec. d.l.nihil tam naturale, quod quemadmodum in probando testamento requiruntur septem testes, ita quoque in eius reuocatione, l. cum proponeretur, vbi glos.ff.de leg.2.Dec. Cagnol. & alij, in d.l.nihil tam naturale.

Hinc putat Socin.iun. in l. stipulatio hoc modo concepta, numero 100.ff.de verb. oblig. posse defendi statutū prout extat Padue,quod mulier non succedat neque ab intestato,neque ex testamento:nam(dicit ipse)potestas testandi, vel declaratio qui possit testari, dicitur iure ciuili inducta.Din. & alij in cap. indultum.de reg.iur.in 6. sed vnum ius ciuile potest alterum tollere, per regulam d.l. nihil tam naturale, & §. sed naturalia, Inst.de iure naturali,gent.& ciuili, merito &c.

93 Declaratur præd. regula † per DD. eam procedere,quando in conficiendo actu aliquid de necessitate requiritur, & ita puto intelligi id quod notat Bart. in l. actor. ff.rem rat.hab.& in l.neque, C.de

C.de procurat.dum vult,quod tutor ita demum possit reuocare procuratorem a pupillo constitutum cum sua auctoritate, si fuerit constitutus in casu in quo poterat per solum tutorem constitui, & ita intelligit Bald. & Salicet. in d. l. neque, quos licet Alex.reprehédat,tamen puto melius eos loqui,quam ipse faciat; Nam ideo possunt reuocare,licet nó interueniat pupillus, quia in cóstituendo etsi interfuit, non tamen erat necessarius.

Et hinc aliàs dicebam,quod constitutio quædam, quã ipse fieri curaui, dum almæ Sapientiæ nouæ consiliarius essem, quæ facta fuit per Reuerendum priorem claustralem,& magnificos cósules mercãtiæ, cum cósensu atque consilio excellentissimorum Doctorum D. Philippi Matthioli,Ioan.Pauli Lancellotti,Marci Antonij Eugenij,& Rainaldi Rodulphi, dicti collegij mercantiæ meritissimorum consultorum, ne scilicet, Vltramontani in ipsorum ingressu vllum omnino afferant præiudiciũ Italis supra numerum existentibus: posset per prædictos priorem, & consules reuocari, absque consensu prædictorum consultorum, ex eo,quia illorum cósensus non erat necessarius, cum sine dictis consultoribus possint prædicti constitutiones facere.

Declaratur hæc regula & alijs modis per DD.in d.l. nihil tã naturale, per Roman. sing. 3.nu.3.& Euerard. in loco a contractu ad distractum.

94 Vigesimoprimo necessarium † videtur esse decretum, cum ciuitas, villa, vel castrum constituit syndicum,l. nulli. & quod ibi not. ff. quod cuiusque vniuers.nomine,glos.in c.cum causam, extra de iuram.calumn.Speculat.in tit.de syndico,§.1.vers. quid si vniuersitas, & vers. vlt. vbi allegat, pro,& contra ; & tandem videtur inclinare quod requiratur decretum,Din.quem sequitur Bart. in l.1.C.de seru.reipub. manumitt. Ad idque probandum adducitur l.2. C. de decr.decur.lib.10.

Verùm ibi decretum, seu auctoritas magistratus requiritur in congregando vniuersitatem, sed actus postea debet disponi per ipsam vniuersitatẽ, & non per magistratum, vt probatur d. l. 2. & ibi Bart. & ita respondet Abb. in c. primo,num. 5.de syndico;ideo si aliàs vniuersitas esset congregata citra dispositionem magistratus, tenerent gesta per vniuersitatem duntaxat,quia magistratus requiritur in congregando,vt possit singulos coercere, sed ex quo congregata est,non est curandum qualiter sit congregata. Item pro hac opinione adducitur l.1.& 2.C.de seru.reipub.manumitt. vbi in actu a ciuitate gesto iudicis requiritur decretum; Respondeas, quod ibi tractatur de alienatione immobilium, meritò requiritur decretũ, vt mox subijciam infra nunu. 95. & ita respondet Bart.in d.l.nulli.n.7.& in l.actor. nu.9. ff.rem rat.hab. Superiori igitur contraria est opinio,quod in constituendo syndico non requiratur decretum. glos. in d.l.actor.& ibi Bart.nu.8.Guglielm.de Cun. in d. l. nulli. & ibi Bart. licet dicat tutius esse,si interuenerit decretum,Angel.Aretin.& Fab.§.vlt.Inst.de curat.testantes hanc sententiam * communem esse,Rebuff.in l.cum te,nu.primo,C.de probat. & ibi in Apostillis Celsi ad ipsum,Innocent.in c. vlt. extra de procurat.Abb.in c. 1.nu. 5.de syndico. DD.in c.cum causam,de iuram.calumn.& Roland.a Valle,cons.90.num. 5.lib. 1. quæ sentẽtia lege,& ratione probatur. Lege, in l. itẽ eorum. §. si decuriones.ff.quod cuiusque vniuers. nomine. vbi id indubiè deciditur.

Ratione autem, quia ea quæ requiruntur ad constitutionẽ alicuius actus, requiruntur ad destructionem illius, vt mox supra diximus,nu.91.Sed in reuocatione ipsius syndici sufficit solum decretum decurionum, non autem requiritur decretũ magistratus, d. l. item eorum,§.quod si actor.meritò,igitur,&c. Et cum hac * communi opinione pertranseundum esse censeo,quam tamen intelli-

intelligas quando constituitur syndicus ad ea quæ pertinent ad vniuersitatem tantum, secus si pertinerent pariter ad vniuersitatem,& superiorem, cap. edoceri, & quod ibi not. extra de rescript. Abb.d.l.actor.nu.8.& Abb.latè d. cap. primo.nu.5.

95 VIGESIMOSECVNDO interponi † debet decretum in alienatione rerum immobilium ciuitatis,l.vlt.C.de vend. rebus ciuit.lib.11.vbi omnes DD.notant, & Iacob.Menoch.consf.80. num.22. & 27.lib.primo.[Petr.Rebuff.in d.l.vlt.& & super concordatis, in rub. de cõcluſ. Lateran.Concilij,in glos. in verbo, decretis,pag.728.verſ.secundo.Lancellot. Conrad. lib. 1. cap. 10. de decurionib. num.95.]

Namque venditiones ciuitatis sunt celebrandæ præsentibus omnibus, seu maiori parte curialium, honoratorum, & possessorum ipsius ciuitatis, cuius res sunt vendendæ,qui tenentur iurare venditionem fore vtilem ciuitati, hocque peracto,interponitur decretũ venditioni, in vrbe a principe, in alijs verò locis a præside, & in ciuitatibus quæ non recognoscunt superiorem,vt sunt respub. Venet.Ianuenſ.& similes,interponitur decretum a consilio penes quod residet o-

96 mnis potestas,† cum huiusmodi ciuitatum consilium vices Imperatoris gerat. Bart.quem cęteri sequuntur in d.l. vlt.

Cui solemnitati ciuitas renunciare nequit,arg. l. 1. & 2. C. ne fideiuſſ. dot. dent.& l.nemo potest.ff.de leg.1.& Roland.a Valle,consil.90.nu.4.lib.primo. Quod tamen intelligas non procedere in ciuitatibus quæ haberent ius condendi statuta; nam tunc posset municipalis solemnitas seruari omissa forma d.l.vlt. Bart.Luc.de Pen.& Ioan. de Plat. in d. l.vlt.

97 Et notes perpetuò † vnum singulare in alienatione quæ fit de re ciuitatis, quod soluto debito actori, seu syndico ciuitatis,etiam quod hoc cõstet per apocham actoris, seu syndici ipsius ciuitatis, non tamen ex hoc ciuitas præsumitur locupletata, nisi expreſsè probetur, & sic apocha ad liberationem non sufficit.glo. vlt.in dicta l. vlt. & in l.prima, C.de solut.& liberat.deb.ciuit.sequitur Luc. de Pen.in d.l.vlt.in fine, extẽdens id etiam ad minorem, & ecclesiam, quod equidem est notatu dignum.

98 VIGESIMOTERTIO necessariũ † existit decretum in venditione prædiorum decurionum,& curialium,l.1.& toto tit. C.de præd. decur. sine decr. non alien. lib.10.[Petr.Rebuff. super concordatis in loco mox supra relato,pag.728.verſ. tertio.Lancellot.Conrad.lib.1.c.10.de

99 decurionibus,nu.95.]† Scitu tamen dignũ est,ac lex mirabilis adest, vt inquit Iustinianus, qua istis decurionibus qui vendere prohibentur, donare, permutare, vel quilibet alius actus sine decreto celebrari permittitur, vt voluit expreſsè text.in l.vlt.C.eod.Ex quo colligitur contrarium ad vulgatissimam regulam l.non debet, ff. de reg. iur. & c. cui plus.de reg.iur. in 6. qui enim vendere prohibitus est, quod est minus, potest donare,ac alios actus exercere,quod est plus; Fatiganturque scribentes in reddenda ratione huius dicti, & varij varias rationes afferunt.

Prima affertur ratio per glos. in d. l. non debet,quam approbat Din. in d.c. cui plus, quod ideo decurionibus permittitur donatio, & quilibet alius actus præter venditionem, quia facilius vendunt,quàm donent, cum nemó præsumatur iactare suum.

100 Hinc mulieri † non est necesse interdici donationem, quia ad illam rarissimè accedit, cum sit auarissima, vt scripsit Vlpian.in l.sed si ego.ff.ad Vell.semper enim paratæ sunt ad accipiendum, rariſs. ad dandum, secundum Azonin sua Summa.C.de præd.curial.lib.10.

101 † Et hac ratione lex concessit patri ius in vitam filij, non autem in bonis, licet hoc sit minus, quia verisimiliter existimauit facilius patrem de bonis dispositurum,ea vendendo, donando,vel aliter disponendo,quàm de vita filij; meritò

ritò facilius ademit patri ius respectu bonorum, quàm vitæ, quia in vitat cessat ratio prohibitionis, quæ respectu bonorum militat, ita sensit Hipolit. Rim. Inst. per quas person. ius nob. acquir. §. primo. nu. 12. hanc rationem pluribus comprobando. [Quod autem pater possit filiū vendere ob famis necessitatem, tradit glos. quam Doct. sequuntur, ad l. cum qui. §. an pater. in verbo, palam est. ff. de furt. Cagnol. in l. non debet, nu. 5. ff. de reg. iur. Boer. in additio. ad Din. in reg. in argumentum, in littera A. de de reg. iur. in 6. Ascan. Clement. plura ad id congerens in Tract. de patr. potestate, effect. primo. in princip. Hippolit. Marsil. sing. 101. Gerard. sing. vlt. vbi quamplura ex necessitate concessa recenset, quæ aliàs non permitterentur. Marian. Socin. in c. si quis propter. nu. 10. de furt. Barth. Soc. regula 174. incip. homo liber. Alciat. lib. 2. de verb. significat. Tiraquell. in tract. de vtroque retractu, tit. primo, §. 26. glo. prima, num. 21. & seq. intelligens id verum in fame, secus in quauis alia necessitate.]

Alia redditur ratio per Bald. in l. 2. C. pro empt. quod ista sit quædam extraordinaria legalis prohibitio venditionis, quæ ad cæteros contractus non extenditur. Eaque potuit esse ratio, quia tractatur de odio, secus si de fauore tractaretur, secundum Guglielm. de Cun. in l. si mater, C. de institut. & substitut.

102 Tertia redditur ratio, quia † vbi prohibetur venditio respectu pretij, tunc prohibita vēditione, non censetur prohibita donatio, ita d. l. vlt. intelligunt Petr. & Cin. in l. vlt. C. de rebus eccle. non alien. & Abb. in c. 1. in primis verbis, de his quæ fiunt a præl.

Altera adfertur ratio per Angelum, in l. cum hi. §. si cui. ff. de transf. quem refert, & sequitur Ioan. Crot. in l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 118. ff. de leg. primo. & Ias. l. fi. nu. 57. C. de iure emph. quod ideo decurio prohibitus vendere, potest sine decreto donare, quia si possent curiales vendere sine decreto, & pretium recipere, haberent occasionem recedendi a curia, cum sint consecuti quantitatem pecuniæ aliò expectabilem, quæ ratio cessat in donatione. Et sic ibi donatio non continetur venditionis appellatione, ex eo, quia sit facta mentio de pretio, sed quia est diuersa ratio. Ego vero eam esse verissimā rationem arbitror, quia quoties sumus in genere prohibitiuo, id quod non reperitur prohibitum censetur permissum. arg. l. nec non. §. quod eius. ff. ex quib. caus. mai. glo. fin. in l. Magistratus. ff. ad municip. at hic sumus in genere prohibitiuo, vt patet, & solum vēdere prohibentur decuriones, ergo cæteros omnes contractus præter venditionē celebrare poterunt, & hanc puto verissimam d. l. rationem, vt apertè ex textu colligitur ibi, quoniam, &c. & hoc forsan voluit sentire Bald. in l. 2. C. pro empt. si autem quæras rationem rationis, tunc subintrat prima ratio supra assignata.

Corrigitur tamen dispositio d. l. vlt. dum permittit donationem, & alios actus, venditionem tantum prohibens, per nouellam constitutionem Iustiniani, constit. 38. dum ibi dicitur, tam venditiones, quam simplices donationes, & omnis denique actio q̄ alienationē immobilium rerum curialium continet, decreto cum obseruatione ibidē interponenda subiaceat.

103 VIGESIMOQVARTO exigitur † decretum in alienatione rerum vniuersitatis. Capic. decis. 4. num. 9. & 29. [Bald. in c. Imperatorum, num. 8. de iuramen. calumn.] Corn. cons. 189. num. 3. vol. 3. & cons. 145. n. 2. vol. 1. Ripa respons. 213. sub nu. 2. Rolan. a Valle cons. 90. n. 22. lib. 1. & Claud. Seisel. in l. 1. §. si autem, ff. ad Trebell. inquiens decretum superioris requiri in alienatione rerū, quando ageretur de graui præiudicio vniuersitatis, secus in alijs actibus, quia tūc sufficit decretum vniuersitatis, nec requiritur superioris, & multa alia tradit in materia vniuersitatis.

104 VIGESIMOQVINTO requiritur † decretum

cretum in datione in solutum, quam facit minor, l. si minor 25. C. de præd. minorum. sequitur Iacob. Menoch. de arbitr. indic. lib. 2. cent. 2. casu 171. nu. 50. & dicam in Tract. lib. 2. tit. 6. num. 121. non solum enim in datione in solutum quæ fit a minore, sed etiam in ea quę fit a maiore quandoque decretum exigi-
105 tur. † Datio etenim in solutū duplicis generis est. Alia est quæ fit quādo debitor sponte creditori dat rem pro aliquo debito, & ista propriè appellatur datio in solutum, vt rescripserunt Cæsares in l. pretij, C. de rescind. vendit. in l. cum a quo, C. de solut. in l. si prædium, C. de euict. & Vlpian. in l. eleganter, in prin. & quod ibi not. ff. de pignorat. act. Et in hac datione in solutum non requiritur decretum, nisi fiat a minore, vt diximus. Altera verò est datio in solutum quando assignatur iudicialiter res debitoris, creditori habenti eam obligatam: nam tunc res illa adiudicatur creditori decreto iudicis præcedēte, l. vnica, C. de præt. pign. & quod ibi Bart. not. l. a diuo Pio, §. si pignora, & ferè in omnibus seq. ff. de re iudic. & Alex. cons. 52. sub nu. 1. viso themate, lib. 1. vbi inquit quoddā statutum, de quo ibi, potius intelligendum de datione in solutum quæ facta est sine decreto, quàm de illa in qua interuenit decretum iudicis; & de differentijs dationis in solutum necessariç, & voluntariç, latè pertractat Dionys. Pontan. de consuet. Blesen. artic. 81. f. 310.
106 Vigesimosexto necessarium † est decretum in bonorum possessione adipiscenda, l. vlt. §. nos itaque, C. de cura. fur. & olim opus erat petenti bonorum possessionē adire prætorem, & solemnibus verbis petere, ipse verò prætor decernebat, & hæc dicitur decretalis, l. 1. §. decretalis, ff. de successorio edicto. & quod sic prætori liceat conceditur edicto prætoris mortui, & dicitur edictalis, l. 3. §. proinde, ff. de success. edic. Sed hodie per Cōstant. vtraque solēnitas est sublata, & sufficit dicere coram iudice, se velle bonorum possessorem esse, nec est opus vt ea decernatur a prętore, l. vlt. C. qui admitti. declarat gloss. in l. vlt. §. nos itaque, C. de curat. fur. & hæc est ordinaria materia C. qui admitti.
107 Vigesimoseptimo requiritur † decretum vbi officium iudicis imploratur, l. nec quidquam, §. vbi decretum, ff. de offic. Proconf. & leg. Petr. Duen. d. reg. 187. nu. 6. & Main. in l. omnia quæcunque, nu. 28. ff. de reg. iur.
108 Vigesimooctavo exigitur † decretum in adiudicatione dominij quæ fit contra contumacem, quo iudex mādat bona alicuius propter eius cōtumaciam possideri, & istud diuiditur in primum, & secūdum decretum, de quo per DD. latè in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. infecto. & dictum fuit supra in penul. significatione istius verbi, decretum, sub nu. 5.
109 Vigesimonono exigitur † decretum in arrogatione, quādo scilicet quis Imperatoris, vel Principis auctoritate adoptare vult eos, easvè, qui, quævè sui iuris sunt, quæ species adoptionis dicitur arrogatio, vt per Imperat. Inst. de adopt. in princ. illa igitur Imperatoris, vel Principis auctoritas, dicitur decretum, sine quo arrogatio non valet, secundum Bald. in l. 1. nu. 1. & nu. 7. C. de iure aur. annul. ad quod adducit l. 2. C. de adpt. subditque d. nu. 7. quod sicut non potest Imperator interponere decretū arrogationi inter non subditos, ita nec in legitimatione, quē sequitur Dec. consil. 155. colum. 2. vers. confirmatur hoc, & Roland. a Valle consil. 88. num. 17. lib. 1. & nouissimè Lancellot. Conrad. in Templo omnium iudic. lib. 1. cap. 1. de Imperat. §. 4. de præst. & pot. Imperat. vers. tertio, nu. 20.
110 Trigesimo interponitur † decretum in integrum restitutione, quæ conceditur minori, vt eleganter respondet Modestinus in l. etiam, §. vlt. ff. de minoribus, vbi, cum in integrum restitutionis decretum, non euocatis creditoribus interpositum proponatur, eis mini-

mè nocet. Et de hac in integrum restitutione minorũ elegantissimus infra paucos dies edetur tractatus ab ingeniosissimo I.Cons.D.Sfortia Oddo.

111 TRIGESIMOPRIMO requiritur † decretum in venditione quæ fit per subhastationem, l.si quos, C. de rescind. vendit. vbi glos. l.1.& 2. C. si propter pub. pensitat.& l.1. C.de fide instrum. libro 10. & de subhastatione in alienatione rerum minorum dicam in tract. lib.1. in princ.num.64.

112 TRIGESIMOSECVNDO † necessaria est interpositio decreti in remittenda parte debiti per maiorem partem, quando minor pars dissentit: nam licet in his quæ sunt communia pluribus vt singulis, factum plurium alijs non præiudicet, adeo, quod si essent centum nonaginta nouem, non possent illi vni præiudicare. l. per fundum. ff. de serui rustic. præd.l.vlt.ff.comm.præd.glos.in c.cum omnes, circa medium, de constitut. extra. Tñ hoc fallit fauore liberationis, interueniente tamen decreto iudicis, alioquin remissio non valet. l.iurisgentium. §.hodie. ff.de pact. & ibi Guglielm. de Cun. Alber. Bart. Bald. Castrens. cæterique DD. communiter, * Roman. sing. 110. & ibi addit. latiss. Collegium Perusinum consil. 213. vers. & quod tunc, incip. Simon & Iacob. inter consilia Angeli, Iacob. Machelli patrociniorum forensium, patrocin. 56. num. 4. vbi materiam hanc egregiè pertractat, & Ariminens. in tractat. de cessione bonorum. 21. & 22. quæst. princ. [Petr. Rebuff. super Concordat. in rubr. de Conclus. Lateran. Concilij, in glos. in verbo, decretis. versic. decimosexto.]

Limitatur id, vt procedat quãdo tractatur de remittenda parte debiti, secus si de toto. Roman. d. sing. 100. quod incipit creditores. Alex. Ias. & cæteri, d. §. hodie. Ariminens. d. tract. de cess. bonorum, 22. q. princ. nu. 3.

Idque clarè probatur in l. apud Celsum, in princ. ff. de doli except.

Limitatur secundo, vt non possit agi contra debitorem, sed benè poterit agi contra fideiussorem, non obstante remissione maioris partis. Cremens. sing. 22. & Matthesil. notab. 105.

Quamplures declarationes referuntur per DD. in d. §. hodie, quas poteris per teipsum videre.

113 TRIGESIMOTERTIO exigitur † decretum quando maior pars creditorum vult concedere debitori quinquennalem dilationem; minor verò pars contradicat, vel interesse nolit. Ad huius enim quinquennalis dilationis concessionem respectu minoris partis absentis, vel contradicentis requiritur decretum iudicis, ad hoc vt dicta concessio valida sit. Ita deciditur per Iustinianum in l.vlt. C. de cess. bonorum. Collegium Perusinum d. cons. 213. post prin. Iacob. Machell. d. patrocinio 56. nu. 4. & seq. & Ariminens. d. tract. de cess. bonorũ. 21. q. prin. sub nu. 6. Ampliatur, posse per maiorem partem creditorũ quinquennalem dilationem concedi, etiã in præiudicium creditorum bona hypothecata habentium, qui bonorum hypothecatorum possessorem possunt semper conuenire, d. l. vlt. Alex. d. §. hodie tamen, num. 2. ver. istud tamen, & Ariminens. d. quæst. 21. num. 7. secus verò superiori casu, cum non possit maior pars creditorum in præiudicium habentiũ hypothecam remittere partem debiti. l. rescriptum, & ibi glos. in verbo, hypothecas, ff. de pact. Alex. d. §. hodie, nu. 10. vers. limitatur etiam. Et ea inter istum, & superiorem casum potuit esse differentiæ ratio, quia in casu remissionis debiti, funditus extinguitur ius creditoris, ideo nõ debet posse remitti in præiudicium habentium hypothecam; secus verò in concessione quinquennalis dilationis, cum ex ea non extinguatur debitum. l. rescriptum. §. vlt. cum duabus legibus seqq. ff. de pact. & Iacob. Machell. in præcitato loco. Declaratur id, quando creditor dissentiens haberet debitorem cum iuramento obligatum: Nã tunc alij eo inuito, non poterunt dictam dilationem conce-

concedere. Eueraldus in loco a vi, energia, seu efficacia iuramenti, nu. 31. vers. tamen hoc fallit.

114 TRIGESIMOQVARTO † requiritur decretum in illa compulsione, qua hæres compellitur hæreditatem adire, & restituere; quãdo enim heres recusat adire, fideicõmissarius decretũ iudicis postulat, quo hæres adire cõpellitur, l. si libertus patrono, ver. q̃d ergo, ff. de bon. libert. l. recusare, ff. ad Trebell. & dixi supra in 19. significat. istius verbi, decretũ, sub nu. 3. quod etiã firmauit Alex. Bald. Troian. in Pomilego, in verbo, decretũ.

115 TRIGESIMOQVINTO exigitur † decretum in donatione facta per minorem 25. ann. quę sine interuẽtu decreti prorsus est inualida. Bertrand. consi. 188. nu. 14. incip. nouissimorum, vol. 3. per l. si prædium. & quod ibi DD. notant, C. de præd. minorum. Socin. sen. cõs. 130. col. 1. lib. 1. Hipp. Rimin. Inst. de donat. §. 1. nu. 201. & Iacob. Menoch. de arbit. iudic. cent. 2. lib. 2. casu 171. nu. 46. sed miror equidem quod tam grauissimè fuerint in hoc ita allucinati grauissimi isti viri: Quomodo enim põt decretũ in donatione requiri, si minor donarę nõ potest? l. vlt. §. cũ aũt, C. si maior fact. alien. & latiꝰ dicã infra tit. 2. lib. 1. in princip.

116 Et ideo solẽnitates quæ † de iure cõi requirũtur in alienatione quę fieret titulo oneroso, minimè prouisum est a iure, quod ille solemnitates adhibeantur in donatione, cum de iure cõi nõ possit fieri donatio etiam cum decreto. d. §. cum autem. iusta etenim causa ad donationem adptari non potest, ita consi[l]uit Alex. consi. 116. incip. visis, & consideratis, sub nu. 3. ver. vnde omissis, lib. 1.

117 TRIGESIMOSEXTO debet † interueni re decretũ in insinuatione quæ fit de donatione excedente summã quingentorũ aureorũ, l. pen. C. de donat. §. alien. Inst. de donat. Specul. in tit. de instrumẽtorũ edit. §. porrò, ver. donatio. & ibi Io. Andr. Gugliel. de Cun. in l. illud, C. de sacrosanct. eccl. Bald. in rubr. C. qui admitti. & dicam latè in tract. tit. 6. insp. 7.

118 TRIGESIMOSEPTIMO † requiritur decretum quando minor vult compensationem obijcere, vt rescripsit Gordianus in l. 1. C. si mai. fact. alienat. ibi (in compensationem deduci) quod adeo verum est, vt etiã si sit debitor alternatiuè ad speciem, vel quantitatem, opponatur exceptio compensationis ad debitum simplicis quantitatis, d. l. 1. & ibi

119 Bart. Bald. Salicet. & alij. † Modusque procedendi super illa exceptione talis est, vt is cui opponitur exceptio, eligat vtrum velit quãtitatem restituere, an pretium; & si elegerit quantitatem, facta erit compensatio; si verò eligat speciem, non fiet compensatio, cũ speciei ad quãtitatem compensatio non procedat. l. si debeas, ff. de cõpensat. not. glos. & DD. in d. l. 1. Notandum tamen est in proposito, quod ex eadem instantia sine noua petitione condẽnabitur ad speciẽ, licet solũmodo fuerit opposita exceptio compẽsationis, quæ est valida, ex quo sequitur, ꝙ exceptio habet vim actionis, vt nobis declarat Bald. in d. l. 1. ꝙ quidem est notatu dignum. An aũt, & qñ compensatio procedat de quantitate ad quantitatẽ, vide latè per Bernar. Diaz. reg. 98.

120 TRIGESIMOOCTAVO requiritur † decretum in delegatione per minorem facienda, quando ea ex aliqua iusta causa fieri peteretur, ꝙ licet non fuerit a Legulatoribus excogitatum, nec etiam a Doctoribus tactum, id tamen probari posse arbitror, arg. l. magis puto, §. si æs alienum, ff. de rebus eorum. Idque declarationem recipit in re quæ seruãdo seruari nõ põt, quia ea sine decreto delegari valet, ita declarat Bart. (exemplificando in pecunia) in l. potest, nu. 3. ff. de auct. tut.

121 TRIGESIMONONO interponi † debet decretum quãdo extrahitur exemplum de exemplari, ꝙ si non fuerit extractum cũ decreto iudicis, nihil probat. l. 2. vbi gl. & DD. ff. de fide instrumentor. & in Auth. si quis in aliquo, C. de eden. vbi DD. examinãt. Bart. in l. tutor qui repertorium, nu. 9. ff. de administr. tut. quem ibi cæteri sequuntur. Salicet. in l. tutores,

res, C. de administrat. tut. Ias. in l. nec quidquam, §. vbi decretum, circa principium, ff. de offic. Procós. & Legati. Petr. de Anchar. in cap. Albericus, num. 9. de de testibus, & attestat. Anchar. in suis quæst. fam. quæst. 49. per totam. Moderni Pariens. de consuetud. feud. tit. 1. §. 5. nu. 26. Card. Zabarella, cons. 72. Corn. cons. 24. nu. 24. lib. 4. Dec. cons. 33. nu. 1. Paris. cons. 115. num. 4. vol. 4. Socin. iun. cons. 2. volum. 2. & nouiter Franc. Burs. cons. 36. nu. 18. lib. 1. Et quando huiusmodi exemplum extrahitur, debet citari pars quæ potest prætendere interesse. DD. in d. Auth. si quis in aliquo. Bart. cons. 156. visa. Bald. cós. 10. lib. 3. & consil. 52. lib. 5. & alij sup. relati. Numquid autem in publicanda scriptura priuata per notariũ, requiratur decretum iudicis? Hostiens. qui fuit auriga dubitationis huius, in c. fi. col. 2. ver. sed quid si partes, de fide instrum. tenet partem affirmatiuam, & eũ sequitur ibidem Ioan. Andr. col. 3. post medium, vers. sed quid si partes. Butr. nu. 5. Ancharan. nu. 5. & Abb. nu. 6. Imola verò n. 5. & post eum Felin. sub nu. 4. sentiũt iudicis decretum necessarium non esse quando vtraque pars consentit, vt tabellio scripturã priuatam faciat publicam. Quam sanè sententiam satis iuridicã arbitror, si enim partes in id consentiunt, non video ad quid requiratur decretũ; & de hoc non multi sunt dies, fuit in Rota dubitatum, licet nihil fuerit postea resolutum.

122 QVADRAGESIMO necessarium † est decretum in manumissione seruorum per minorem ex causa faciẽda, l. etiam, ff. de manumiss. vind. & §. eadem, Inst. quib. ex caus. manumitt. non lic.

Tandem in omni actu per quem minor transfert dominium, vel ius vsusfructus, vel iura quorumcũque redituum, decretum requiritur. l. sed si pecunia, §. si ius, ff. de reb. eorum, & ibi DD.

123 QVADRAGESIMOPRIMO debet † necessariò interponi decretum in alienatione immobilium minoris, vel aliarum rerum quæ possint seruando seruari, l. 1. 2. & tot. tit. ff. de rebus eorum, l. 1. & tot. tit. C. de præd. minorum, l. lex quæ tutores, C. de administrat. tut. quibus omnibus in locis id passim per DD. traditur Io. Ign. in l. 3. §. eleganter, nu. 209. de Senatus cons. Syllan. Tiraq. in tract. de priuileg. piæ causæ, priuileg. 110. Pinel. de bon. matern. in l. 1. parte 3. num. 31. dicemusque latissimè in principio primi libri. Et hæc tandem, (ne conteram tempus) est materia huius nostri celeberrimi tractatus, de qua plenis s. per integrum hoc opus tractabimus, in quo licet omnes quæstiones principaliter de minore pertractent, ad omnes tamen personas ei similes optimè inferri potest, & quare potius de minore, quam de cæteris fiat expressa mentio, diximus iam sup. in definitione, sub nu. 8.

124 QVADRAGESIMOSECVNDO & † vltimo in omni contractu exigitur decretum iudicis, seu petitur vt confirmetur; cõfirmare enim nil aliud est, quàm decretum interponere, l. vlt. vbi not. Bart. C. de præd. cur. Luc. de Penna, & Ioan. de Plat. in l. si quos, nu. 2. C. de decurionibus, lib. 10.

Semper est vtile, bonamque esse cautelam, (inquiunt scribentes) vt in omni cõtractu interponatur decretum. Bart. in l. 2. num. 3. C. de præd. decur. lib. 10. Bald. in l. iubemus, in princ. versicu. ego tamen. ff. ad Trebell. Ang. post glo. ibi, in l. si stipulatus, §. si lancem, ff. de solut. & in q. quæ incipit, Astensis miles. Dec. in l. bonorum, la 2. in 2. lect. num. 39. C. qui admitti. Fabian. de Monte, in tract. de emption. & vendit. 5. quæst. princ. in tit. de solemnitatibus in alien. rerum minorum, num. 102. & 103. Petr. de Rau. tradens id pro valde singulari, sing. 132. incip. partes. Lancel. Conrad. in Templo omnium iudic. libro 1. capit. 1. de Imperat. §. 4. de præstantia, & potent. Imperat. versic. 3. numero 20. Iodocus Damhouder. in subhastat. compend. exeg. capit. 2. numero 27. Dec. consilio 209. incipiente, in casu proposito, in princip. vsque ad num. 3. & Mantua consil.

consil. 197. circa principium, volum. 1.

Quinimmo Bertach. in Repertorio, in verbo, decretum iudicis, versi. 85. firmauit, quod decretum iudicis requiritur de necessitate in omni contractu alienationis immobilium, aliàs non valet contractus, præterquam in donatione propter nuptias, ad quod adducit Bart. in Auth. hodie. C. de præd. curial. cuius Bart. dictum reperire non potui, nec credo quod Bart. id vnquam dixerit; benè verū est secundum Bart. in l. 2. num. 3. C. de præd. decur. lib. 10. & firmarunt omnes supra relati, bonam esse cautelam vt in omni contractu auctoritas iudicis interponatur, sed quod id requiratur de necessitate, non admitterem, & licet Bertachin. in præcitato loco dicat, quod regulariter consuetudo contrarium seruat, quippè quod nō requiratur decretum in contractu maiorum, tamē ego crederem quod tam de consuetudine, quàm de iure communi regulariter in contractibus maiorum non requiratur decretum; hæc etenim confirmatio, seu decretum, volūtarium est, non necessarium, secundum Innocent. in c. de confirmationibus, extra de

125 confirmat. vtil. vel inut. † Auctoritasque iudicis in cōtractibus qui dependent a mera voluntate contrahentium nihil operatur, vt notissimum est; Quod tamen declaratur, nisi de voluntate partium fiat confirmatio cum cognitione causæ, quia tunc plurimum operatur auctoritas iudicis; cap. primo, in fine, de transact. nam in casibus in quibus dubitatur an quis possit petere contractum infringi, tunc pars petendo contractum confirmari, non poterit amplius talis contractus rescindi. Bart. & Io. de Plat. in d. l. si quos, & operatur hæc confirmatio inter alia, vnū mirabilem effectum, vt neuter contrahentium possit dicere se fuisse deceptum vltra dimidiam iusti pretij. Ioan. de Plat. in d. l. si quos, ver. & operatur, & licet per decretum non excludatur remedium l. 2. C. de rescind. vendit. vt videbimus in Tract. lib. 3. in titu. de virtute, & effectu decreti, numero 4. tamen id procedit, quoties ab initio interuenit decretum, quod non facit cessare restitutionem, secus quando contractus nullus ex consensu partium cōfirmatur, ex his quæ mox subijciam in alio effectu, & sic magis operatur confirmatio actus inualidi, quàm operetur decretum.

126 Alius huius decreti, † seu confirmationis mirabilior est effectus, quod licet exceptio iurisdictionis intelligatur semper reseruata gl. in Clem. prima, de sequestrat. possess. & fruct.

Si quis tamen petat confirmari sententiam quæ transitum fecit in rem iudicatam, post sententiam talis confirmationis, nullus poterit dicere eam nullam, nec ex capite quod is qui eam tulit non erat iudex, licet exceptio iurisdictionis intelligatur semper reseruata, glos. in d. Clemen. prima, nec ex vllo alio capite poterit nullam dicere; Namque si ille qui confirmat est iudex, talis sententia confirmationis transit in rem iudicatam, & dat robur primæ sententiæ, vt de cætero contra eam nihil possit opponi. capit. primo, de transact. Ita dixit notabiliter Innocent. in capit. primo, de confirmat. vtil. vel inut. quem sequitur Ioan. de Plat. in dicta l. si quos, circa finem, quod est valde singulare.

127 Secundo, non procedit id † quod diximus, auctoritatem iudicis nihil facere in his quæ dependent a mera voluntate contrahentium, quando esset talis superior qui sua auctoritate confirmare posset, vt Princeps, vel Papa confirmans ex certa scientia, quia tunc contra talem contractum nihil potest opponi, argumen. capit. quia diuersitatem, de concessione præbend. vbi glos. ponit tres effectus confirmationis, & ita tradit Ioan. de Plat. in d. l. si quos, quæ dicta notes perpetuò, quia sunt singularia, licet hic videantur obiter aliqualiter posita.

Optimum igitur erit semper curare, vt in

vt in omni contractu interueniat decretum, nam vltra effectus supra relatos, excludit omnem metum, & doli præsumptionem. l. 2. C. de prædijs curialium. l. si is qui spontaneas. C. de decurionibus. libro 10. Bart. in l. 1. sub nu. 4. C. de præd. decurion. lib. 10. Bald. in l. iubemus, C. ad Trebell. Angel. post glo. in l. stipulatus, §. post lancem. ff. de solut. Fabian. de Monte, in tractatu de emptione, & vendit. 5. quæst. princ. in titu. de solemnitatibus in alienat. rerum minorum, nu. 102. & 103. Marcus Anton. Natta cons. 631. num. 26. lib. 3. Mantua cons. 197. num. 1. vol. primo. Roland. a Valle cons. 90. num. 2. cum seq. lib. primo. Cephal. cons. 207. nu. 16. lib. 2. Hippolyt. Riminaldus cons. 42. num. 56. & num. 81. lib. primo. quo fit, vt quando in aliquo contractu interuenit iudicis decretum, contractus dicatur palàm, & bona fide fieri, secundum Bart. in l. frater a fratre, num. 50. versic. 3. quæro. ff. de condict. indeb. Imola in l. prima, §. fuit quæsitum, col. 3. ff. ad Trebell. Alex. in l. transactione, C. de transact. Ias. in l. pacta nouissima, num. 9. vers. quarto facit. C. de pact. & Hippolyt. Riminaldus cons. 5. nu. 180. lib. primo, intelligens id procedere quando decretum fuit ritè, & solemniter interpositum.

Operatur etiam decretum iudicis, vt errorem iuris probare non oporteat, vt scripsit Hieronym. Gabrielius cons. 33. nu. 7. lib. primo.

Sunt denique multi alij effectus quos, interuentus decreti operatur, de quibus cum infra in tractatu lib. 3. tit. 7. sim latè dicturus, hoc in loco ita simpliciter pertransire sum contentus.

Et ex his sint expedita omnia quæ Præfationis loco veniebant dicenda.

TRACTATVS
DE DECRETIS,
CÆTERISQ. SOLEMNITATIBVS
in Contractibus Minorum, aliorumq. his similium, adhibendis,

LIBER PRIMVS.

De Officio Iudicis in interpositione Decreti,

TITVLVS PRIMVS.

D. OCTAVII SIMONCELLI
CALLIENSIS V.I.D. ET EQ.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Minori non licere immobilia, & ea quæ seruando seruari possunt, absque decreto distrahere.*

2 *Alienabiles sunt cunctæ res, nisi specialiter alienari prohibeantur.*

3 *Alienationis prohibitio est exorbitans, & quasi iniqua. Declaratur nu.4.*

5 *Dispositio qualibet de alienatione loquens, non intelligitur de necessaria.*

6 *Arbitrio prætoris multa tribuuntur in decreti interpositione.*
Arbitrium tamen, non liberum arbitrium ei conceditur, nu.7.

8 *Arbitrio iudicis quæ simpliciter committuntur, appellari ab his potest, si male arbitratur, secus si libero arbitrio.*

9 *Inuectio contra iudices decretis solemnitates ob auaritiam non seruantes.*

10 *Contractus ferè nullus est, qui de iure subsistat, vbi requiritur decretum, ob difficillimam solemnitatum obseruantiam.*

11 *Auctor tractatum istum de decretis, cum summis vigilijs vigintiquinque mensium spatio confecit.*

12 *Iudex indebitè decretum interponens, punitur in publicatione bonorum, & dignitatis amissione.*

13 *Alienationis verbum, quadrupliciter sumitur.*

14 *Extensio fit etiam in materia odiosa, vt obuiam eatur fraudibus.*

15 *Iudex quattuor considerare debet in alienatione rerum minoris.*

16 *Requisita quamplura in alienatione rerum minoris, necessaria fore.*

17 *Legitima, & necessaria causa, inter principales solemnitates in decreto requisitas, connumeratur.*

18 *Causam per libellum allegare non sufficit, sed perfectè coram iudice probari debet.*
Probationes autem recipiendæ sunt ante decreti interpositionem, nu.19

20 *Iudex interponens decretum non præcedenti-*

dentibus probationibus, pro tali decreto non præsumitur.

21 *Decretum ex falsa causa interpositum, est ipso iure nullum.*

Ampliatur etiam si subesset causa ex qua interponi potuisset, quæ tamen non fuit allegata, nu. 22.

Ampliatur etiam, siue causa sit expressa in decreto, siue non, dummodò ex actis constet, nu. 24

Ampliatur tertiò, siuè causa esset falsa ipso iure, siue per exceptionem, numero 25

Declarantur prædicta, non procedere quando de illa causa esset plenè cognitum, num. 26

23 *Tutorem habenti tutor dari nequit, si tamen sit aliquis casus, quo dari possit, non tamen exprimitur causa ex qua poterat dari, sed alia datio non valet.*

27 *Obreptum cum est prætori, remanet actio pupillo.*

28 *Offensus ex decreto obreptitio, semper potest contra illud venire, etiam quod fuerit præsens, & non appellauerit.*

29 *Decretum obreptitiè interpositū, numquam transit in rem iudicatam.*

30 *Decreti interpositio si ex necessaria, & legitima causa petatur, iudex verò eam denegat, valet alienatio absque decreto.*

31 *Causæ cognitio necessaria est in decreto, quæ si omittatur, vitiatur actus.*

32 *Decretum iudicis, vel auctoritas prætoris, cum requiritur in aliquo actu, semper intelligitur cum causæ cognitione.*

33 *Causæ cognitionem in decreto non interuenisse præsumitur ex breuitate temporis.*

Ampliatur dupliciter, nu. 34.

35 *Aes alienum subesse requiritur vt ad decreti interpositionem iudex accedere possit.*

Ampliatur etiam si distractio vtilis esset ipsi minori, si nō subsit æs alienum, non valet. d. num. 35. versic. Quod adeoque.

Nec sufficit vt subsistat æs alienum, sed requiritur etiam, quod creditores effectualiter instent, nu. 36.

Etiam si in instrumento dicatur creditores instasse, non tamen probatur ipsa instantia, nu. 37.

Ampliatur etiam, non sufficere, vt æs alienum de futuro speretur, sed necesse est, quod de præsenti immineat, numero 38

Declaratur modò id, quando ære alieno vsurarum modus carendum suaderet, num. 40.

Item quando esset iuratum, nu. 41.

39 *Decretum super incertis quæ adesse, & non adesse se habent, fundari, minimè valet.*

42 *Assertioni partium dicentium imminere æs alienum, nec extare alia bona mobilia, ex quibus solui possit, non creditur.*

43 *Iudex aliquem inuenire debet, qui se instruat de bonis pupilli.*

44 *Iudex quærere debet, an pecuniam pupillus habeat, & num aliæ res mobiles extent, præter prædia, quæ distrahi valeant.*

Alioquin alienatio erit nulla, circa quod errauit Corn. nu. 45.

Ampliaturque id, vt nec etiam detur restitutio in integrum, nu. 46.

Declaratur id non procedere vbi notorium est, non extare alia bona mobilia, num. 47.

48 *Notorium quid sit, quotuplex, & vnde dicatur.*

49 *Iudex curare debet, vt vendatur res minus damnosa pupillo.*

50 *Iudex curare debet, vt minor possessio, vel minus vtilis alienetur.*

51 *Iudex animaduertere debet, an magis expediat pupillo prædia pignorare, vel vendere.*

52 *Iudex obseruare debet, ne plus accipiatur sub obligatione prædiorum, quam quod opus sit ad soluendum æs alienū.*

53 *Filiofam. permissum est studiorum causa sumere mutuum, vsque ad probabilem modum, & non vltra.*

Duo

adiecto pacto pignoris donec soluatur pretium, venditio valet, non autem obligatio.

96 *Decreti interpositio sub conditione, an valeat. Distinguitur tandem nu. 97.*

98 *Iudex debet declarare causam, cur minor alienet, nec sufficit ab eo licentiam habere, nisi causa declaretur.*

99 *Iudex an debeat aliquid recipere pro decreti interpositione.*
Communis opinio quod possit.
Quæ tamen duobus modis limitatur.

100 *Notarij practica in interpositione decreti.*
Notarius debet omnes solemnitates quæ in decreto interuenerunt, vna scriptura separata comprehendere, numero 100.
Et si notarius in instrumento scribat appositum fuisse decretum cum debita causæ cognitione, ei non creditur, nisi de solemnitatibus scriptura separata appareat, num. 101.
Immo nec etiam iudici creditur.

102 *Assertioni eius qui non potest actum liberè facere, non statur.*

103 *Solemnitates quibus partes renunciare nequeunt, non probantur per simplicem assertionem notarij, vel iudicis.*

104 *Tractatus, seu separata scriptura, de solemnitatibus in contractibus minorum, de consuetudine non seruatur.*

105 *Notarius an debeat decretum apponere, seu scribere in principio instrumenti, an verò in fine.*

106 *Notarius quomodo debeat contractum alienationis rerum minoris extẽdere.*

107 *Notarij propter confecta instrumenta rerum minoris sine decreto alienari prohibitarum, puniendi sunt.*

SApientis iudicis est (vt inquit Cicero) meminisse se hominẽ; cogitare tantum a Populo Romano sibi esse permissum, quantum commissum, & creditum sit, & non solum potestatem datã, verum etiam fide habitã esse meminisse; quod Ethnici dictum si Christianorum iudicũ mentibus esset infixũ, nõ ita de facili (vt quotidie fit) minorum, similiumvè personarum bona dissiparentur; Qua de re cum inter omnes constet fragile esse, & infirmum huiusmodi ætatum consilium, multis captionibus suppositum, multorum insidijs expositum, auxilium eis S.conf. Clementianũ, (quod quandoque vocatur Oratio) vt respondit Vlpian. in l. 1. ff. de rebus eorum, & rescripsit Imperator Gordianus in l. orationis. C. de curat. fur. pollicitum est, & aduersus captionis opitulationẽ S.conf. edicit.

PRÆTEREA, PATRES CONSCRIPTI, INTERDICAM TVTORIBVS, ET CVRATORIBVS, NE PRÆDIA RVSTICA, VEL SVBVRBANA DISTRAHANT; NISI VT ID FIERET PARENTES TESTAMENTO, VEL CODICILLIS CAVERINT.

Optimus igitur, ac diligẽs prout quilibet debet esse iudex, pro claro, atque comperto habere debet, esse in iure nostro regulam tritissimam, & ab omnibus passim *communiterque receptam:
1 Non † licere minori, seu eius tutori, vel curatori immobilia, & ea quæ seruando seruari possunt, absque iudicis decreto distrahere, vt per prædictum S. conf. rescriptum fuit in d. l. 1. l. magis puto. §. non passim, & toto titu. ff. de rebus eorum. l. prædia. & toto tit. C. de præd. & alijs rebus minorum sine decr. nõ alien. l. vlt. C. si maior fact. alienat. sine decr. fact. rat. hab. l. lex quæ tutores, C. de administrat. tutor. l. secunda. C. de curat. fur. l. suggerente, C. de offic. eius qui vic. alter. obt. l. secunda. ff. de offic. eius. l. prima. §. primo. ff. de tut. & rat. distrahen. l. Titia, ff. de iure dotium. Azo. in sua Summa C. de præd. minorum. Accurs. in l. 2. C. de fideiuss. minorum. in l. 1. C. si aduers. vsucap. in l. 3. C. quib. non obst. longi temp. præscript. & in l.

in l.de ætate.ff.de minoribus.Iacob. de Arena in l.pro emptore, §.& a pupillo, num. 1. ff.pro empt.Bart. in l.nulli,nu. 7.ff.quod quisque vniuersit.nomine. in l.potest,in princ.ff. de auctorit. tut. in l. curatorem habens,C.de in integ. restitut.minorum,& in l.2.nu.1.C.de præd. decur.lib.10. Bart. Bald. Castr. Salicet. & alij in l.1.C.si aduers. dot. DD. l. lex quæ tutores, C.de administrat. tut. in l. magis puto,& toto tit. ff. de rebus eorū. in l.1.& toto pariter tit.C.de præd. minorum. Alberic. in rubr. ff. de rebus eorum, (vbi quodam eleganti epilogo omnia quæ in toto illo titulo disposita sunt,in vnum congessit.)Bald.in l.nulla. in fine.C.de iure dot.Salicet. in l. 1. nu. 4.C.si adu.vendit.pignorum. in l. 2.C. de fideiuss.minorum.in l.vlt.nu.3. vers. oppono quod etiam. C. in quibus caus. restit.in integr.non est necess.in l. 1. nu. 3. cū seq. C.si aduers. vsucap. & in l. curatorem habens.C.de in integr. restitu. minorum.Bart.Socin.Ias.Dec.& Ioan. Mar.Rim.in l.mādata, ff.de offic. eius. vbi latiss.pertractant,Ias.in l.singularia. num.19.ff.si cert.pet.in l.præses.in prin. C.de transact.in l.qui Romæ.§.cohæredes,nu.19.ff.de verb. obligar. & in Authen.sacramenta puberum.C.si aduers. vendit.circa princ.Ant.de Petrut.in repetit.l.1.effectu 8.iuramenti. num.130. ff.de iureiur.Bald.nouell.in repetit.l. 1. num.369.& 371.ff. soluto matr. Ferdinand. Loaz. in repetit.l. filiusfamilias, §.diui.num.16.ff.de leg.primo.Plot. in repetit.l.si quando,num.198.vers. scias ergo,C.vnde vi.Nicol.Vigel. ff. lib. 18. par.2.de rebus minorum sine decr.non alien. cap.6. in princ. vbi format regulam cum infinitis exceptionibus, & replicationibus.Illustriss.ac Reuerendiss. Cardin. Alban. in subtilissimis pariterque copiosissimis lucubrationib. i Bart. ad l.magis puto.§.si pupillus,in lect. Nicol.de Neap.ff.de rebus eorum. Io. de Plat. in §. nunc admonendi. versic. sed res immobiles, Inst. quibus alien. licet, vel non,& ibi Aretin.nu.4. (vbi 12. copulatiuè requiri in alienatione rerum minorum asserit,quæ si non adfuerint, alienatio erit ipso iure nulla.) Sebastian.Monticul. Inst. de rebus corporalib.& incorp.in princip.nu.113. 140.& 141.Din.in c.non est obligatorium,circa medium,de reg.iur.in 6.Innocen. in c.dudum,nu.2.rebus eccl.non alien.firmissimamque hanc iuris regulam amplexi sunt consulendo Bart. cons.70. incip. Reuerendiss. domine,circa princ.& consil.162.incip.in quæstione prædicta, per totum,lib. primo. Bald. consil.108. vol.1.& cons.258.nu. primo, volum.5. Stephan.Bertrand.cons.22.nu.2. vol.2. & cons.40.in princ.non puto. volum.3. Ancharan.cons.338.num.2.visa copia. Cuman.cons.109.col.2.Castr.cons.106. incipiendo a secundo, & cons. 161. nu. 2.vol.2.Alex.cons.117.viso processu, in princ.lib.5.Ioan. de Imol. consil.98. in in quæstione quæ vertitur. & consil.99. vbi pleniss.de hac materia.Bartholom. Socin.cons.130. visa facti contingentia, volum.primo, quod est repetitum in secundo volum.cons.235.idemque voluit cons.139.in princip. præsentis consultationis.vol.2.Ias.cons.40.col.2.& consil. 48.in casu consultationis.volum.primo Dec.cons.39.iuridicam esse.& 556.viso consilio.Corn.cons.36.sub num.5.videtur prima facie.volum. primo.cons. 36. in princ.in hac consultatione.consil.69. nu.35.cons.186.nu.17.vol.2. consil.11. in præsenti.cons.71. num. 9. quod non valeat alienatio.consil.108.circa princ. in præsenti consultatione. & cons. 109. circa principium, videtur prima facie. cons.207. num. 2. videtur prima facie. vol.3.Paris.cons.98. 99. & 100. volum. primo.& cons.85.volum.3.Hieronym. Grat.respon.91.nu.62. lib. primo. Gozadin.cons.78.nu.11.Signorol. de Homod.cons.214. nu.5. in quæstione quæ vertitur.Rubeus Alexandr. consil.138. Anton.de Prato veteri consil.70. num. 105.& 108. inter cons. Baptistæ Martianesij.Grammatic.cons.15.circa prin. & cons.28.num.13.Curt.iun.cons.163. nu.20.

nu. 20. & 22. Neuizan. consil. 85. per totum, vbi egregiè hanc materiam pertractat. Natta consil. 162. per tot. libro primo, vbi perpulchrè, & consil. 631. lib. 3. Cranetta in respon. pro genero, num. 198. & 421. August. Beroi. consilio 124. nume. 17. cum seq. consil. 182. & seq. vol. primo. Roderic. Suar. in suis allegat. & consil. allegat. 20. nume. 7. Aemil. Ferret. respons. 43. num. 1. Roland. de Curt. consil. 127. num. 61. cum seqq. ad causas vltim. volunt. Roland. a Valle consil. 33. & consil. 99. latè, perbellèque materiam hanc pertractans, libro primo, consil. 54. num. 5. & 30. lib. 2. & consil. 7. vbi latè, lib. 3. Cephal. consil. 207. num. 18. & seq. egregiè ac subtiliter id examinans, lib. 2.

Idque varijs in locis sequuntur scribentes. Speculat. in titu. de cess. act. in princ. nu. 19. vers. nam cessio. Roffred. in tract. de libellis. part. 7. in rub. de S. consil. Clemētiano. Bertachin. in suo Repertorio, in verbo, Alienatio. versic. 50. Marian. Socin. in tract. oblationum, libello 9. in 5. quæst. Fabian. de Mon. in tract. de empt. & vendit. 5. quæst. princ. in tit. de solemnitatibus in alien. minorum rebus, per tot. in 5. quest. princip. in fine, & in 4. quæst. princ. vers. nono quero. num. 19. Stephan. de Feder. in tract. de interpretat. iur. par. prima, num. 67. Pileus Glossator antiquissimus in suis qq. q. 33. nume. 4. Cæsar Lambertin. in tract. de iure patron. 3. artic. 5. q. prin. 1. par. 1. libri. Ioan. de Deo, in libro qui vocatur Doctrina Aduocatorū Partium, & Assessorum. lib. 4. cap. 7. nu. 9. Albert. Galeott. in sua Margarita, cap. 4. nu. 5. Constantin. Harmenopulus in Promptuario Iuris Ciuilis. lib. primo. titu. 12. vers. quoties, & lib. 5. titu. 11. de alienatione, in principio. Practicus Papiensis in forma libelli in act. reali, in glos. iure dominij, vel quasi, nume. 4. & 30. & num. 7. in glos. varijs ac legitimis. Euerardus in loco a pupillo ad ecclesiā, &c. nume. 3. in loco a minoribus ad ecclesiam, vel piam causam, nume. 9. versicu. duodecimo. Practica artis notaria. Petr. de Vnzola, in rubr. ex tribus consistunt contractus, per tot. Iodoc. Damhouder. in Praxi rerum ciuilium, capit. 148. de decretis. nu. 3. & in Pupillorum Patrocinio, tit. de tutorum & curatorū mun. ç. 10. nu. 24. ac etiam in subhastat. compend. exeg. cap. 2. vbi latissimè. Ant. Gomez. de contractibus, cap. 14. de restitutione minorum, nu. 13. Tiraqu. de Priuileg. piæ causæ. priuileg. 100. & in titu. Res inter alios acta, mihi pag. 8. insignis modernus Iacob. Menoch. de Arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. casu 171. vbi latiss. per totum illum casum, & in tract. de Remed. recup. possess. remed. 15. nume. 104. cum sequ. Ferand. Vasq. de success. creat. tit. de testamen. pot. §. 10. num. 72. lib. primo, latè hanc materiam pertractās. Thom. Ferrat. pleniss. caut. vlt. Moderni Fiuizanens. in tract. de tut. & curat. nume. 122. cum pluribus seqq. doctiss. Alphan. in suis Collectan. collectan. 20. in princ. Constitutiones Aegidianæ, lib. 5. capit. 25. Afflict. decis. 229. & 249. fuit in Concilio, per tot. Franc. Mar. in Decis. Parlam. Delphina. quest. 478. in princip. parte prima, & Benintend. in Decis. Bononiensib. decis. secunda, per totam: qui omnes præcitati àdfirmant, minore non posse sine decreto alienare immobilia, neque res q̃ seruando seruari possunt, latissimèque in genere de materia pręsentis huius nostri tractatus pertractant.

2 Et licet alienabiles sint † cunctæ res communi iure, nisi specialiter alienari prohibeantur, secundum Ign. in l. 3. ver. item fine, num. 12. C. de S. consil. Syllan.
3 cum † prohibitio alienationis sit exorbitans, & quasi iniqua, cum rerū suarum liberam administrationem tollat, l. non vsque. ff. si a parēt. quis fuer. manumiss. l. testamento Centurio, ff. de manumiss. testam. Imperatorique Constantino id visum est in l. in re mandata. C. manda ti. Ias. in rub. de leg. primo, nume. 18. Socin. iun. & alij, in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. eod. idem Socin. in l. Gallus. §. & quid

& quid si tantum, num. 47. ff. de lib. & posthu. & conf. 112. nu. 21. vol. primo. Barth. Soc. cõs. 227. vol. 2. Dec. cõs. 377. nu. 5. conf. 513. nu. 6. & conf. 639. nu. 8. Paris. consil. 32. nu. 16. & conf. 95. num. 10. vol. primo. & Franc. Bursat. conf. 13. nu. 2. libro primo, vbi alios adducit.

4 Tamen in casibus a iure, seu † statuto prohibitis, vt in casu minorum qui liberè distrahere prohibentur, non dicitur esse iniquitas, vt rescripserunt Cæsares in l. dudum, in fine, C. de contrah. empt. & vendit. quod Cæsarum rescriptum ita intelligit Accurs. in d. l. non vsque, in verbo, (Alienationem,) qui vult iniquum esse non habere liberam suarum rerum alienationem, in casibus, & modis solitis, vt in fundo dotali, & similibus, quam declarationem sequitur Augustin. Beroi. conf. 173. nu. 15. vol. 3. & Hieronym. Alban. ad præsens inter purpuratos fulgentissimum sydus, de immunit. eccl. num. 56. vers. respondeo. Cuius exceptionis ratio fundatur super facilitatæ ætatis minorum, quemadmodum prohibitio fundi dotalis, ne alienetur, fundatur super fragilitate sexus muliebris, vt sensit Port. in §. nunc admonendi, sub numero 6. Inst. quibus alien. licet, vel non. idque eò maximè in minore locum habere debet, cum non solum d. prohibitio sit in minorum fauorem inducta, sed concurrat & aliud, quod non est perpetua, sed temporalis prohibitio, meritò odiosa nuncupari nequit.

Sed quoniam multis in casibus concessa est minoribus alienat. præsertim cum ex necessaria alienatur causa; quæ-
5 uis † etenim dispositio de alienatione loquens, non intelligitur de necessaria, l. 1. C. de præd. minor. secundum communem intellectũ DD. in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de leg. primo. Socin. sen. conf. 90. lib. 4. Paris. conf. 98. n. 79. lib. primo. Illustris præceptor meus Tob. Nonius consil. 28. nu. 9. Ioannes Sichard. in Cõmentar. l. hac edictali, num. 9. C. de secũd. nup. Franciscus Zoanettus in tract. de empt. & vendit. sub pacto reuendit. nume. 8. Roland. a Valle, consil. 21. num. 16. lib. primo. Tiraquel. de legibus connub. glos. 8. nu. 20. & in tract. Retract. titu. primo, §. 1. glos. 14. nu. 2. Valentin. Forster. in tractat. de success. ab intest. in titu. de vsufructu quem parent. hab. in bonis liberorum præmortuorum, lib. 3. in declaratione tertiæ conclus. vers. verum communis, vbi in proprijs nostris terminis loquitur, prout & Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. libro 2. cent. 2. casu 171. nu. 72. & Roder. Suar. in l. 1. in tit. de las Azras, sub nu. 63. vbi in propria nostra materia loquitur, adducens d. l. 1. C. de præd. minorum; ideo inductum fuit decretum iudicis, ne sub prætextu æris alieni, aut alterius casus concessi fraudetur minor, vt supra in præfat. nu. 24. dictum satis fuit.

Ad cuius decreti interpositionem, iudices non passim, & ex abrupto non seruatis seruandis accedãt, sed quibusdam necessarijs requisitis interuenientibus, eorum auctoritatem, & decretum in-
6 terponant, † licet etenim multa in decreti interpositione arbitrio prætoris tribuantur, l. magis puto, §. non passim, ff.
7 de rebus eorum. † tamen sciendum est, iudici concedi tantum arbitrium, non autem liberum arbitrium, d. l. magis puto, §. si æs alienum, Petrus Loriotus de iuris apicib. tract. 6. de tutel. axiom. 77. incip. vltimo. Aliudque est concedi arbitrium, aliud liberum arbitrium, vt sensit Bart. d. §. nõ passim, glo. in Clem. prima, in verbo (Oneramus,) de iure patron. Geminian. in c. 2. §. vlt. de iuram. calumn. in c. 1. de confess. & in cap. primo, de sent. & re iud. in 6. Bald. consil. 184. in princ. ad intelligentiam, lib. 2. Imol. conf. 98. Roland. de Curt. consil. 123. nu. 60. ad caus. vltim. volunt. Illustriss. ac Reuerendiss. Cardin. Alban. in Lucubrationibus in Bart. ad d. l. magis puto, §. non passim.

8 Hinc postea † videmus qđ in his quæ simpliciter arbitrio iudicis cõmituntur appellari potest, si malè arbitratur, vt voluit Abb. in c. cũ sit Romana. de appell.

quem

quem ibidem sequitur Dec. sub nu. 17. secus verò esset si libero arbitrio, vel voluntati iudicis aliquid committatur, quia tunc appellari non potest. Innocent. in c. vlt. de Ferijs, Abb. in Clemen. sæpe, in vers. valeat, de verb. significat. Alex. post alios quos congerit in l. 1. col. pen. ff. de leg. 2. quæ omnia requisita hic recensere necessarium fore duxi, ad hoc vt iudex securè, ac sine vllo conscientiæ periculo, libentique animo ad huius decreti interpositionem accedere valeat, nec
9 faciat † prout hucusque moderniores iudices soliti sunt, q̃ statim, atque minor, seu eius tutor, vel curator ad eos accedit simplici eorum assertioni credunt, nec aliquid aliud aliter inquirere curant, dummodò modicã illam pecuniarum quantitatem eis ex statutis, seu consuetudine debitam consequantur, & rarò videbis decreti interpositionem denegari, metu amissionis emolumẽti pro decreto constituti, & apud iudices plerosque inferioris solum valẽt decreta eiusmodi ad commodum bursale, nouit Deus si præter vectigal hoc, aliud iudices eiusmodi quærunt, vt rectè animaduertit Aimo. Crauetta de antiquit. tẽp. par. 2. in princ. num. 18. & contra iuniores iudices exclamant moderni Fiuizanens. in tract. de tut. & curat. sub nu. 128. dum inquiunt, quod iuniores assessores malè solemnitates debitas obseruãt ob auaritiam, & auiditatem citò lucrandi præmium, nam sibi ipsis videntur mille anni, quod lucrentur sportulas decreti interpositi, & ideo statim, & antequàm notarius finiat rogitum instrumenti, respondent ita facere, & interponere decretum, prout positũ fuit, absque etiam cognitione causæ: Vtinã id verum non esset; nam non ita de facili deciperentur minores, vt quotidie fit; immò quod peius est, sæpe iudices fraudis, ac deceptionis minorum sunt participes, & vt cum minore contrahenti morem gerant, remque gratam faciant, interponunt decreta, quorum animæ impossibile est, quin a diabolo quotidie vexentur, nisi incomparabilis Redemptoris nostri misericordia, infinitam, ac inuiolabilem eius iustitiã superet, quibus commodè adaptari potest id quod ad nostram memoriam scriptum reliquit Innocent. de miseria hominis, inquiens. IVDICES mali non attendunt merita causarum, sed pecuniarum merita, non iura sed munera, non iustitiam, sed pecuniam, non quod ratio dictat, sed quod voluntas affectat, non quod lex sentit, sed quod mens cupit: Non inclinant ad iustitiã animum, sed iustitiam declinant ab animo, non vt quod licet, hoc libeat, sed vt liceat, quod libet; quod dictum Innocent. adeò verum existit, vt
10 audeam hoc vnum firmare, † nullum contractum, nullam venditionem, seu alienationem hodie fieri, quæ de iure valeat subsistere, & interponatur decretum a quouis satis perito, & in hac legali Philosophia plurimum experimentato, non tamen (nec mediocri etiam studio) efficere poterit, quin ego profitear me facilè posse quemcũque minorum contractum subuertere, non quod putem me alios doctrina seu experientia antecellere, (quia fateor me omnium minimum, ac inexpertem) sed quia non potest id assequi vnius, duorum, triumvè dierum, nec etiam vnius mensis spa-
11 tio, prout † ego profiteor longo vigintiquinque ferè mensium studio, continuisque vigilijs, ac laboribus assecutum fuisse, ita vt admirari prorsus desistam, si Plot. in repetit. l. si quando, num. 197. vers. dicam, asserat se maiorem bonorum suorum partem in minori ętate distractam recuperasse, cum non fuerint omnes iuris debitæ solemnitates obseruatæ. Id namque facilè euenit, non solum ex iudicum malitia, lucrique auiditate, sed etiam ex ignorantia, cũ impossibile ferè sit in tam breui temporis spatio posse in minorũ alienatione omnia iuris solemnia obseruari: Attende igitur hęc a nobis summis vigilijs, summoque labore in vnum congesta, & facillimè in tam breui temporis interuallo,

poteris

poteris ea omnia assequi, quæ de iure in huiusmodi alienatione necessaria sunt, ex quibus satis minorum facilitati consultum erit, dummodo iudices non sint tales, quales supra a nobis ex Innocent. descripti fuere, sed sequantur iudicē ab Ambrosio descriptum, 3.q.7. iudices, in hunc modum inquiens. BONVS iudex nihil ex arbitrio suo facit, & proposito domesticæ voluntatis, sed iuxta leges & iura pronunciat, statutis iuris obtemperat, & æquitatis: Non indulget propriæ voluntati, nihil preparatum, & meditatum de domo defert, sed sicut audit, ita iudicat, & sicut se natura habet, decernit, obsequitur, legibus non aduersatur, examinat, causæ merita non mutat: Discite iudices sæculi quem in iudicando tenere debeatis affectum, quam societatem, quam sobrietatem, quam sinceritatem; quod si obseruaueritis ò iudices, non solum animam ab æterna damnatione eripietis, (quod super omnia curandum est.) (Si namque pro huius sæculi causis sumus soliciti, quanto ęquius pro animarum salute summopere prospiciendum, & nō vulgari studio est elaborandum?) sed etiam bonorum amissionem effugietis, quorū bonorum causa tantoperè laboratis, sæpissimeque animam ipsam in maximo ponitis periculo.

12 Iudex enim indebitè † decretum interponens punitur, secundum Barg. in Tract. de contractibus vetit. in 13. combinat. vers. plus dico, vbi in fine colum. 4. refert Salicet. in l. iubemus, §. his quoque, in prin. C. de sacrosanct. eccl. qui in vehitur contra iudices interponētes decretū indebitè super contractibus, quod puniantur in publicationē bonorum, &. dignitatis amissione, quos refert, & sequitur Neuizan. consi. 21. nu. 10. eosque teneri ad restitutionem damnorum, & expensarum patti aduersæ, firmarūt Fritizanens. in Tract. de tut. & curat. sub num. 128. & est optimus verborum contex. in d. l. iubemus, §. his quoque, (qui licet loquatur in ecclesia, idem tamen dicendum est in minore, cum ipsa minori æquiparetur, vt supra in præfat. nume. 59.) quod iustissimum æquitatique congruum plurimum esse arbitror. Diligenter igitur iudices animaduertant, (vt & temporalem, & æternam (quod magis intereſt) euitēt pœnam,) quonam pacto, & quibus solemnitatibus rerum minorum alienationem celebrare debeāt. Et dum dicitur minori alienationem absque decreto prohibitam esse, intelligitur de alienatione tamquam de

13 voce generalis. † Nam siue sit alienatio proprijssima, vt in venditione, donatione, & similibus; siue sit alienatio propria, vt quando vtile dominium transfertur, vt in feudo & emphyteusi perpetua, siue sit alienatio impropria, vt quando non aliquod dominium, sed solum vsusfructus transfertur; siue tandem sit alienatio improprijssima, vt quando solum ius pignoris transfertur, taliter tamen, vt nō sit verisimile dominum luiturum; quas alienationis significationes tradit Bald. in Auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. eccl. & c. 1. §. aut si libe ratio. quib. mod. feud. amittatur. Socin. iun. in l. cū filiosfamilias, §. Diui. in prin. ff. de legat. primo. Aug. Beroi. in cap. 1. num. 61. de in integr. restitu. Bertachin. in suo Repertorio, in vers. alienatio, sub num. 40. Fabian. de Mon. in tract. de empt. & vendit. in vlt. quæst. 4. q. principalis, nu. 5. vbi latiss. de omnibus significationibus verbi (Alienatio.) & nouiss. Guglielm. Redoan. in tract. de alienat. rerum ecclesiasticarum, fol. 3. num. 2. in Rubr. de significatione verbi (Alienatio,) vbi infinitas propemodū huius verbi significationes recenset. Ad quamcumque igitur alienationis speciem, minorum tutores, & curatores accedant, debet decretum iudicis cum omnibus solemnitatibus mox infra recitandis a-

14 desse; † cum non solum in materia fauorabili, vt est præsens hæc nostra; sed etiam in odiosa fiat extensio, quando agitur vt obuiam eatur fraudibus. c. si ciuitas, de sent. excommunicat. lib. 6. glos.

vlt. in

vlt.in c.quamquam,de vsur. lib.6. Dec. consi.398. in fine, refert & sequitur Aimo Crauetta, in quæst.de indemnitate mulierum. nu.9. quã ponit post Tract. de antiquitat.tempor.

Cum simus igitur in materia fauorabili,vt notiss.est,debet S.consi. siue Oratio ad quamcũque alienationis speciem extendi, cum decreti solemnitas sit solum inducta ad obuiandum fraudibus, iuxta ea quæ latiss. tradidimus supra in pfat.in causa finali ipsius decreti, n.24.

15 In omni inquisitione † iudicis quattuor sunt consideranda circa alienationem rei minoris, nempè,Quid, Quando,Qualiter,& Quomodo,vt docet nos Bald.in d.l.magis puto,§.in primis, sub quibus comprehẽditur exactissima diligentia qua iudices in hac minorum alienatione vti debent, quæ possunt rectè colligi ex d.l. magis puto,§.non passim, cum seq. Omnia igitur quæ iudex obseruare habet in decreti appositione hic particulariter ad ipsorum iudicum commoditatẽ, ac minorum vtilitatem, recensere, valde necessarium fore sum arbitratus.

16 Tria requiri in † alienatione prædij minoris, de forma contractus censuit Grammatic.consil.137.num.14.scilicet tutorum auctoritas, causæ examinatio, & decretum iudicis, & quartum postea requisitum addit, nempè subhastationem, quæ tria necessariò requiri voluit etiam Sebast.Monticul. Inst.de reb.corporalib. & incorporalibus,in princ.numero 113.

Octo requisita, ad hoc vt S.consi.Clementiano satisfiat, ponit Rofred. in tract. de libellis, part.7. in Rubr. de S. consi.Clementiano,nu.1. cum sequent.

Nouem requisita recenset Matth.de Afflit. in Constitut. Siciliæ, de restit. minorum,num.24.& decis. 249.fuit in consilio.

Decem concurrere debere in alienatione rei minoris referunt addition. ad Bertachin.in vers. Alienatio bonorum, part.prima,& decẽ ferè qualitates concurrere oportere dicit Iacob. Philipp. Port.consil.19.nu.80. lib.1. quæ tamen ea sint non recenset.

Duodecim, vel plura copulatiuè requiri,quæ si obseruata non fuerint,alienationem non valerè censuit Aretin. in §.nunc admonendi,nu.4.Instit. quibus alien.licet,vel non. Quamplura requisita posuit Bald. in quodam cõsilio quod impressum non habemus, transplantatum tamen est, de verbo ad verbum in Summa Tãcredi,in fine, impressa in Ciuitate Vrbini, refert etiam Fabian. de Mon.in tract. de empt. & vendit. 5. q. prin. vbi ipse quattuor alia addit requisita. Refert Bertachin.in verbo, venditio qualiter, num. 21. & nouiss. multas solemnitates enumerat Neuizan. consi. 85.per tot.ac etiam Rub.Alexand.consil.138.circa princ.Multaq.requisita recenset Illustriss. ac Reuerendiss. Card. Alba.in lucubrat.in Bart.ad l. magis puto, §.si pupillus,in lect. Nico. de Neap. ff.de rebus eorum. Plura,ac varia in decreto requisita adfert Iodoc. Damhouder.in subhastat.compend.exeg. cap.2. nu.10.Quamplura tandem recenset Iacob.Menoch.de arbitrar. iudic.cent. 2. lib.2.casu 171.per tot.& in tract. de remed. recup. possess.rem.15. num. 106. cum seqq.

17 Et inter principales † qualitates ac solemnitates in decreto requisitas legitima, & necessaria causa connumeratur Ant.de Petrut.in repetit.l.1.effectu 8.iuramenti, nu.130.ff.de iureiu. Neuizan. consil.85.sub num.1. Roland. a Valle, consil.7.num 20.vol.3. Cephal. consil. 207.num.28.in fine,libro 2.Fabian. de Mon.in tract.de empt. & vendit. in tit. de solemnitat.in alien.minorum rebus, 5.quæst.princ.sub nu. 95. Practica artis notariat. Petr. de Vnzola in rub. ex tribus consistunt contractus,num.2. Constantin. Harmenopul. in Promptuario iuris ciuilis. libro 5. tit. 11. de alienatione,ver.iubet constitutio. Afflict.in Constitut.Siciliæ, de restitut.minorum, nu. 24.&decis.249.& Senat.Pedemon.decis.167.

cis.167. Requiritur igitur in decreto necessaria causa secundum Dec.cons.556.
18 viso consilio, nu.3. † quam causam non sufficit per libellum allegari, sed perfectè coram iudice probari debet. l. minorum, C. de praed. minorum. vbi Alberic. qui dicit id hodie parum seruari, cum interponatur decretum nulla probata causa, quod ipse valere non putat. Ioan. de Plat. in l. 1. C. de praed. curial. lib. 10. Alfons. Aluarez in Speculo Sum. Rom. Pontific. Imperat. ac Regum, capit. 80. vers. nunc. Ipseque crederem omninò quod posset rescindi contractus, si non fuerit expressè probata causa, licet decretum, & aliae solemnitates interuenerint. Roman. in sing. in vers. alienatio, & ver. prohibitus. Bertachin. in Repertorio, in vers. alienatio. & causam debere probari voluit Ias. in l. nec quidquã, §. vbi decretum, num. 80. ff. de offic. pro-
19 cons. & leg. † Quae iustae, & necessariae causae, probationes sunt recipiendae ante decreti interpositionem, secundum Afflict. decis. 249. Paris. consil. 85. num. 27. libro 3. Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. cent. 2. lib. 2. casu 171. sub nu. 23. inquiens contra hoc sensisse Roland. a Valle consil. 33. num. 10. lib. primo. verum Roland. non modo id numquam dixit, sed nec cogitauit quidem, immo contrarium expressè ibi firmat, prout etiam facit consilio 99. numero 22. lib. primo.

20 Ideo est, quod si † iudex interponat decretum non praecedẽtibus probationibus, & examinationibus causae, pro tali decreto praesumendum non est. Paris. d. consil. 85. nu. 28.

21 Et si ex falsa causa † interponatur decretum, erit ipso iure nullum. l. magis puto, §. si aes alienum, ff. de rebus eorum, l. Seiae, ff. de tut. & curatoribus dat. ab his, l. cum verò, §. subuentum, ff. de fideicommiss. libert. & rescripserunt Caesares in l. & si praeses, vbi glos. Bart. Bald. Salic. & alij, C. de pred. minorum. Bart. in l. iustè possidet, ff. de acquir. possess. & in l. si is ad quem, ff. de acquir. haeredit. Castr. in l. cum hi, §. si praetor, ff. de transact. Franc. Aretin. in l. certi condictio, nu. 2. ff. si cert. pet. Iacob. de S. Geor. in l. hoc edicto, in 1. lect. num. 10. ff. quod quisque iur. Benedict. Plumbin. in l. iuxta, ff. de manumiss. vind. Alex. in l. qui Romae, §. duo fratres, ff. de verb. obligat. Ias. d. l. si is ad quem, num. 15. Matthesil. in l. 2. nu. 6. C. si ex falso instrum. Mainer. in l. non est nouum, §. quoties, ff. de regul. iur. Dec. in cap. licet causam, num. 166. de probat. Aldobrandin. in §. si quis autem, num. 9. Inst. de excusat. ✱ tut. vbi dicit hanc esse * communem opinionem. Alexan. cons. 39. nu. 9. vol. 6. consil. 147. num. 1. & cons. 207. num. 7. volum. 7. Cuman. cons. 115. nu. 6. Corn. cons. 132. num. 12. volum. 2. Dec. consil. 351. num. 6. Guido Pap. consil. 61. nu. 1. Paris. cons. 12. nu. 63. & cons. 89. nu. 59. vol. primo. Ruin. cons. 160. nu. 27. vol. 2. & consil. 46. nu. 3. vol. 5. Natta consil. 631. num. 31. lib. 3. Roland. a Valle consil. 7. num. 85. vol. 3. vbi hanc conclusio- ✱ nem * indubitatam, & communem appellat. Cephal. consil. 272. nu. 82. lib. 2. Hippolyt. Riminald. consil. 5. nu. 209. & num. 214. lib. primo. Alfons. Aluarez in Speculo Sum. Rom. Pontific. Imperat. ac Regum. cap. 80. vers. nunc videamus, car. 475. Anton. Nicell. de concord. glos. concord. 71. num. 395. Petr. Duen. reg. 185. in princ. Guglielm. Pap. sing. 792. Benintend. decis. 2. num. 2. & Boer. decis. 141. circa finem.

22 Ampliatur prẹd. concl. etiam † si subesset vera causa, ex qua decretum interponi potuisset, & valuisset, quae tamen non fuerit allegata, sed falsa, super qua sit fundatũ decretum: Nam adhuc non valebit. l. tutor si petitus, & l. Seiae egressae, ff. de tut. & curat. dat. ab his. Petr. Duen. d. reg. 185. nu. 2.

23 Hinc est, † quod licet habenti tutorem tutor dari non possit, l. cum iure, C. qui pet. tut. poss. & §. interdum, Inst. de curat. si sit aliquis specialis casus, in quo possit dari, vt in sex casibus enumeratis a Speculat. lib. 1. de tutore, §. genera-

D liter

liter etiam, nume.8. tamen si exprimitur alia causa propter quam detur, quæ de iure non deberet admitti, talis datio est nulla,& inualida,etiam si interueneit iudicis decretum, d.l.tutor si petitus, & ibi Bart. Parif. consil.85. in princip. volum.3. & consilio 68. volum. 4. Nicol.Moron. de treg. & pace, quæst. 72. part.1.

24 Ampliatur scdò,siue causa†sit expressa in decreto,siue nõ, dũmodò ex actis constet,vt sensit Accurs.in l.2. in verbo, palam,in fine,ff.quando prouoc. nõ est necesse.Bart.d.l.Seiæ. Cuman. consilio 115.nu.6.& Alexand.consil.207. nu.7. volum.7. vbi dicit hanc esse * communem opinionem,& Petr. Duen. d. reg. 185.num.3.

25 Tertiò ampliatur,siue†causa esset falsa ipso iure, siue per exceptionem. Ideo decretum interpositum propter debitum quod potest excludi per exceptionem,non valet, secundum Innocent. in c.præterea,num.4.de citationibus. Roman.consf.454.num.9. & Petr.Duen.d. reg. 185. num.1.

26 Declaratur præd.concl.† vt non procedat quando de illa causa esset plenè cognitum, & de veritate causæ disputatum.Angel.in l.vlt. ff. de iureiur. & in l. ius pluribus,ff.de iust. & iure. Alex. in l. is cui, nu.15.& ibi addit. ad eum, ff. de verborum obligat.Franc.Aretin. in l. si putas,ff.de petit.hæred. & in l.certi condictio,§.quoniam,ff.si cert.pet.Felin. in c.licet,col.2.ver.fallit secũdo,de probat. Cæsar Donus consf.85.nu.54.inter consf. Baptistę Martianesij lib.primo,& Petr. Duen. d. reg.185. in secunda limit. vbi & alias declarationes refert, quas poteris per teipsum videre.

27 Si autem fuisset †allegata iusta causa,quæ tamen vera, & iusta minimè esset,& sic quãdo esset Prætori obreptum, remanet actio pupillo.l.1.& l.magis puto,§.manet, ff.de rebus eorũ, quod non displicuit Cæsaribus in l. & si præses, C. de præd.minorum,vbi DD.id adnotãt. Azo.in Sum. C.de præd. minorum,nu. 7.Angel. Aretin.in §.semel,num.2.Inst. quibus alien.licet,vel non,vbi latè. Nicol.Vigel.ff.lib.18.part.2. cap.6. reg. 1. excep.3.versf.secunda. Roffred.in tract. de libellis,part.7.in Rub.de S.consf.Clementiano,sub num.4.ver. & est hoc,inquiens,quod si obreptum sit Prætori,quod subesset æs alienum,& non subesset,venditio esset ipso iure nulla, adeo quod posset minor rem illam directa actione vendicare, & habere actionem personalem tutelæ contra tutorem; & rursus sub nu.5.versf. septimum, & in Rub. Constitutio Federici Imperat. in fine. Mantua, Locorum communium iuris, lib. 2. loco 26.ad l.cum verò, §.subuentum,ff.de fideicommiss. libert. vbi pulchrè in proposito. Corn. consf.207. nu. 2.& 3.videtur prima facie, vol.3. Natt. consil.162.nu.2.lib.primo.& consf.631. nu.31.in fine, lib.3. Aemil. Feret. resp. 43.num.2.& pleniss. Neuizan. quem loco omnium allego consf.85.nu. 8. Conceditur que etiam iudici, quod possit ex officio reuocare decretum quod deceptus interposuit. Ioan. Andr.in c.consultationibus,de offic.deleg. Bald.c.1. col. 5. de mil. vas. qui cont. est. quos sequitur Hipp. Marsil. in tract. bannitorum, in verbo, iudice,nume.33.

28 Offensusque ex decreto † obreptitio, semper potest contra illud venire, dato quod fuerit præsens & nõ appellauerit, Abb.in capit.2. colum.4.de restit.in integr.quem sequitur Parisf.consf.85.num. 45.lib.3.

29 Taleque decretum†ita obreptitiè interpositum numquam transit in rem iudicatam. decisf. Rot. in antiq.343. nota quod licet, quam refert, & sequitur Parisf.d.consil.85.num.42. quod procedit etiam si esset decretum Papæ Innocent.in cap. cum ex litteris, & ibi Abb. super glos. 2. de restitut. in integr. Parisf.d. consil.85. num.44. Nec mirum in proposita materia, decretum namque interpositum ad solénizandum actum, numquam transit in rem indicatam, etiam quod ab eo nõ appelletur. Plot. in repet.

repet.l.si quando, nu.524. vers. diuisio, C.vnde vi.

Et generaliter in quacumque materia decretum obreptitiè interpositum, est ipso iure nullum, l.cum verò, §. subuentum,ff.de fideicom.libert.l.1.§.hæc verba,ff.ne vis fiat ei,cum alijs adductis per Natt. d.consil.162.nu.2.

30 Quid autem si ex †necessaria,& iusta causa petatur interpositio decreti,iudex verò eam deneget, an tūc valeat alien. absque decreto? putarem vtique quod

* sic,ex his quæ not.per Bart.quę*omnes ibi sequuntur in l.si cum dotem, §.eo autem tempore, ff. soluto matrim. cum multis concordantibus ibi traditis per Alex. Quod si statuto caueatur mulierem non posse sine consensu duorum consanguineorum contrahere, si mulier eos requirat, cōsanguinei verò absque iusta causa recusent cōsentire,poterit tunc mulier absque prædictorū coniunctorum consensu contrahere. Salicet.in l.dudum,C.de contrah.empt.Ias. in l.1.num.20. C. qui admitti. Abb. in c. nullus, de præsumpt. Tiraq.de legib. connub.glos.8.num.127.vbi pulchrè in proposito, faciunt not.per Io.de Arno. epitom. 30. & in proprijs terminis nostris Illustriss.ac Reuerendissimus Cardin. Albanus in lucubrationib. in Bart. ad l.magis puto,§.si pupillus, num. 4. ff. de rebus eorum.

31 Secundo debet †diligentiss.causam cognoscere,quæ causæ cognitio si omittatur,vitiatur actus. d. l. magis puto, §. non passim, vbi Bart. l.minoris, secundum communē lecturam quā sequuntur Bart. Bald. & Salicet. C. de prædijs minorum.Bart.in l. prolatā, C. de sent. & interlocut.omnium iudic.& in l.1.C. de præd. curial. lib.10. Iacob. de Aren. Bald.Salicet.& alij in l. actus, C. de ferijs.Bald.in Margarita,Innocent.in verbo contractus,Ias.in l. mandata, nu. 3. ff.de offic.eius,in l.nec quidquam,§.vbi decretum,num.69. ff.de offic. Proconsl. & Legati,& in l.2.num.16. C. de eden. Mainer.in l.non est nouum, §. quoties, sub num.7.ff.de reg.iur.Felin.in cap.ecclesia S.Marię,num.17.de constitut.Feder.de Sen.consil.137.& seq.Castr. consil. 38.num.1.& 2. volum. 2. Alex. consil. 116.visis,& consideratis,sub.nu.1.vers. ergo cum statutum, lib.1.Io. Imolens. consil.98.& seq.Paris. consil.98. num. 6. lib.1.& consil.85.numero 26.lib.3. Dec. consil.556.nu.6.Io.Mar. Rimin. consil.8. nu.21.lib. primo. Thom. Grammatic. consil.137.num.3.& 13. Iacobus Aemilian. consil.133. nume. 2.& 3. August. Beroi.consil.22.num.43.vol.2. Rolan. a Valle consil.33. nu.10. vbi alios adducit, & consil.99.lib. primo, & consil.7.

* nu.65.& 60.vbi hanc sententiam*communem dicit,lib.3.Crauett.in resp.pro genero,num. 147.& Mantua consil. 59. num. 8.lib.2. Io. de Portis consil.49. nu. 6.inter consil. Baptistæ Martianesij, vol. primo.Hip.Riminald.consil.5. nu. 213. lib.primo,& consil.6.nu.79.Speculat. de procura. §.1.ver.quid ergo, & de empt. & venditio.§.4. vers.hoc quoque. Roffred.in tract.de libellis,par.7. in Rubr. de S.consil.Clementiano,sub nu. 5. vers. quintū.Io. Montolonius in Promptuario iuris, in cōmento verbi, decretum, tomo 1. Iodoc. Damhouder. in Praxi rerum ciuilium,cap.148. de decretis,& in subhastat.compend.exeg. cap. 2. nu. 36.Gugliel.Redoan.de alienat. rerum ecclesiasticarum,fol.204.n.30. Anton. Tass.in Notariorum excessus, capit.77. nume.2. Fiuizanens. in tract. de tut.& curat. num.128. Thom.Ferat.caut.vlt. Benintend.decis.2.in princ.Iacob. Nouell.reg.35.num.3.incip.iudex.& Petr. Duen.reg.186.incip.decretum, vbi dictā conclusionē nouem modis ampliat.

32 Et generaliter vbicumque†in aliquo actu requiritur auctoritas Prætoris, vel iudicis decretū,semper intelligitur cum causę cognitione,doctrina Bart. in l. cū hi, §. vult igitur, quam DD. sequuntur, presertim Ias.nu.2.ff.de trans.per quam doctrinam ipse respondi quendam mulieris contractum,in quo secundum formā ciuitatis Perusinæ interuenerat de-

cretum sine causæ cognitione, penitus inutilem esse, & cum obijceretur per statutum non disponi de causæ cognitione, respondebam, quod vbicumque requiritur auctoritas iudicis, semper intelligitur cum causæ cognitione, per doctrinam Bart. d. §. vult igitur. Si quidem ridiculosum esset, ac prorsus inutile de-
33 cretum apponi sine causæ † cognitione quam in decreto non interfuisse præsumitur ex breuitate temporis; namque si fingas Prætorem eadem die detinere curatorem pro alienatione fiéda, & eodẽ instanti interponeret auctoritatem, contractus esset ipso iure nullus. Bart. in l. prolatam, C. de sent. & interlocut. omnium iudic. Bald. in l. 1. C. si aduer. donationem. Alex. & Ias. in d. l. nec quidquam, §. vbi decretum. Angel. in §. tripli, Inst. de act. An. Sicul. in repetit. c. S. Mariæ, de constitut. Anchar. cons. 25. visa quadam petitione, circa medium, & consil. 72. visis diligenter actis, & actitatis. Castren. d. consil. 38. Alex. consil. 359. visis verbis testamenti. Imol. cons. 98. num. 6. Franc. de Cur. cons. 46. super controuersia, colum. 4. vers. & in proposito. Io. Crot. consil. 26. num. 10. Paris. consil. 85. nu. 48. lib. 3. Ruin. cons. 107. nu. 104. volum. primo. & Rolan. a Valle cons. 33. nu. 10. & seq. lib. 1. Corsett. in suis Singularibus, in verbo minor, el primo. Thom. Ferat. caut. vlt. col. 4. Iacobus Menoch. in tract. de recup. poss. remed. 15. num. 140. & sequ. moderni Fiuizanens. in tract. de tut. & curat. sub num. 128. Gulielm. Redoan. d. fol. 204. nu. 31. Decisio. Delphinat. q. 348. nu. 2. Ideoque sanctè ac iustè in multis Italiæ partibus extat statutum, vt in contractu mulierum & minorum, qui sine decreto prohibentur distrahere, non possit iudex, seu quilibet alius magistratus ad d. decreti interpositionem accedere, nisi ante per vnã diem viderit minutam contractus, ad hoc vt omnia transeant cũ cognitione causæ, & id Florentię ordinatũ fuisse testantur Moderni Fiuizanens. de tut. & curat. n. 128. circa finem.

34 Ampliatur ex † breuitate temporis non præsumi decretum interpositum cum causæ cognitione, etiam si notarius in instrumento dixerit, iudicem decretum interposuisse cum causæ cognitione. Castr. consil. 38. super eo quod queritur, lib. 2. quem sequitur Ias. dict. §. vbi decretum. Corn. consil. 71. in princ. volum. 3. Dec. consil. 431. colum. 2. in fine, & consil. 403. col. 4. dicamque latius infra, num. 101.

Secundo notabilius ampliatur etiam si iudex tempore quo interponit decretum dicat, quod in hoc adhibuit causæ cognitionem. Idem Castr. d. consil. 38. Ias. d. §. vbi decretum, num. 70. & 79. & Petr. Duen. reg. 186. in 5. ampliat. vbi & alijs modis ampliat, vt est videre per eum.

35 Tertio, ad † hoc vt iudex ad decreti interpositionem accedere valeat, requiritur subesse æs alienum, alioquin venditio minimè valet. l. magis puto, §. non passim, & §. si æs alienum, ff. de rebus eorum, vbi DD. & rescripserunt Cæsares in l. ob æs, C. de præd. minorum. Dec. in l. mandata, nu. 6. ff. de offic. eius. Io. de Plat. in §. nunc admonendi, Inst. quibus alien. licet, vel non. Vigel. ff. lib. 18. par. 2. cap. 6. reg. 1. except. 31. Plot. in repetit. l. si quando, sub nu. 198. C. vnde vi. Io. de Imol. in c. constitutus, num. 12. de in integ. restitut. Azo in Sum. C. de præd. minorum, sub num. 3. vers. item æs alienum. Roffred. in tract. de libellis, par. 7. in rub. de S. Cons. Clementiano, num. 4. vers. tertium est. Constantin. Harmenopulus in Promptuario iuris ciuilis, lib. primo, tit. 12. vers. rectè minoris, & lib. 5. ti. 11. de alienatione, in prin. Pratica artis notariat. Petri de Vnzola in rub. ex tribus consistunt contractus, num. 2. Petrus Loriottus de iuris apicibus, in tract. de tutel. axiom. 77. incip. vltimo. Iacob. Menoch. de arbitr. iud. cent. 2. lib. 2. casu 171. nu. 5. & in tract. [illegible] d. recup. poss. remed. 15. num. 146. Castr. cons. 105. & seq. in princ. lib. 2. Alex. cons. 116. sub num. 1. incip. visis & con-

& cõsideratis, vers. ergo cum statutum, lib. 1. Io. de Imo. consil. 98. nu. 2. in quæstione quæ vertitur. Corn. cons. 109. circa princ. & consil. 207. nu. 2. videtur prima facie, lib. 3. Augustin. Beroi. consil. 183. lib. primo. Marc. Anton. Natt. consil. 162. in prin. vbi latè, lib. 1. & Rolan. a Valle, qui concordantes adducit, consil. 33. in princ. lib. primo. Curt. iun. consil. 29. habita, par. 1. Port. consil. 19. nu. 80. lib. primo. Præceptor meus vir equidem non penitendæ doctrinę Tob. Nonius consil. 57. num. 1. Hippolyt. Riminaldus consil. 5. nu. 38. lib. 1. Quod adeò verum est, vt etiam si distractio esset vtilis ipsi minori, nõ permittatur, nisi subsistat ęs alienum. DD. d. §. si ęs alienum. Castr. in l. mandata, nu. 2. ff. de offic. eius. & d. cons. 105. in princ. Roland. a Valle cons. 7. num. 26. vol. 3. & latiss. dicam infra tit. 8. lib. 3. nu. 125.

36 Nec tantum † sufficit vt subsistat æs alienum, sed requiritur etiam quod creditores effectualiter instent minorem, seu eius curatorem ad soluendum, d. §. non passim, vers. si modo vrgeat creditor, & l. tutor vrgentibus, ff. de minoribus. Azo. in Sum. C. de præd. minorum, nu. 4. Io. de Plat. in l. 1. ver. sicut ergo minor, C. de pręd. curial. lib. 10. Bertachin. in suo Repertorio, in vers. bona immobilia minoris, & vers. bona minoris. Io. de Imol. d. consil. 98. num. 3. & 4. Paris. consil. 98. nu. 2. lib. primo. & consil. 85. num. 20. lib. 3. & Roland. a Valle d. con-

37 sil. 33. in princ. vbi insuper dicit † quod etiam si in instrumēto dicatur creditores instasse, & petijsse sibi solui, non tamen probaretur ipsa instantia, & petitio, ex quo sunt verba prolata a notario, tamque dicta a curatoribus, & contrahentibus, quod non sufficit; sed debet plenè iudici constare; & iudex debet in hoc causæ cognitionē adhibere an creditor instet, & petat sibi solui, alioquin creditori non soluitur. Dec. consil. 403. Paris. d. cons. 98. nu. 3. Roland. a Valle d. cons. 33. & cons. 7. num. 67. vol. 3. & Plot. in repetit. d. l. si quando, num. 198. Præceptor meus d. consil. 57. numero 2.

38 Secundo etiam id † notabiliter ampliatur, necesse esse quod d. æs alienum de præsenti immineat, & vrgeat, nec sufficit quod de futuro speretur. d. §. non passim, ibi, si modo vrgeat creditor, & d. §. si æs alienum, ibi (Sed ita demum.) & ibi (Si vrgeat ęs alienum,) quod sensit Constantin. Imperator in l. lex quæ tutores, ibi (Nisi hac forte necessitate, &c.) C. de admin. tut.

39 Decretum etenim † super his quę non sunt, licet esse possint, & de futuro sperentur, & sic super incertis, quæ adesse, & non adesse se habent, fundari, & concedi minimè valet, vt Paulo I. Cons. rectè visum fuit, in l. item eorum, §. sed si ita, ff. quod cuiusque vniuersit. &c. faciunt not. per Innocent. in cap. 2. de fide instrument. quem refert & sequitur Augustin. Beroi. consil. 183. vol. primo, vbi notanter consuluit, quod alienatio facta causa dotis, cum non adhuc essent contractæ nuptiæ, nõ valet, nec satis est causam dotis de futuro sperari, ad hoc vt immobilia minoris pro dote de futuro danda, vel constituenda vendi valeant; quod & videtur etiam considerasse Corn. consil. 152. num. 2. lib. 3. & Nicol. Moron. de treg. & pace, quæst. 72. nu. 5. par. 1. Alex. Bald. Troian. in Pomilego, in verbo, decretum.

40 Quod tamen declaratur † quãdo ære alieno vsurarum modus carendum sitaderet, vt clarè deciditur per Vlpian. d. l. magis puto, §. non passim, & in l. Aristo, ff. de iure delib. vbi Vlpianus tã iustam censet causam vtilitatis, quàm æris alieni, seu necessitatis, licet in alijs sit differentia; & id voluit Azo in Sum. C. de præd. minorum, nu. 4. Fabian. de Mon. in tract. de empt. & vendit. 4. q. princip. vers. nono, sub nu. 19. Io. de Imol. cons. 98. nume. 2. in quæstione quæ vertitur. Natt. cons. 631. in fine, lib. 3.

41 Declaratur secundo, † non procedere quando interuenisset iuramentũ, quo casu licet facta fuerit alienatio cum decreto iudicis, nõ subsistente ære alieno, si mi-

si minor iurauit, valet alienatio propter iuramentum. Castr. d. consil. 105. Et an, & quomodo id procedat vide latiss. tit. 8. lib. 3. inspect. vlt. per tot.

42 Nec creditur assertioni partium† dicentium imminere æs alienum, & non extare alia bona mobilia ex quibus solui possit d. æs alienum. Corn. consil. 109. num. 4. videtur prima facie, lib. 3. Petr. Duen. reg. 186. in 4. ampliat.

Assertio etenim facta per personas aliàs prohibitas actum gerere, est suspecta, & ei non creditur. l. quæ testamentum, ff. de probation. & tradit Corn. d. consil. 109.

43 QVARTO antequam † permittatur distractio, necesse est, quod iudex inueniat aliquem qui se instruat de bonis pupilli, nec nimium tutoribus, vel curatoribus credat, sed requirat necessarios pupilli, vel parentes, vel libertos aliquos fideles, vel quem alium qui notitiam rerum pupillarium habeat; vel si aliquem non inuenerit iudex, qui se instruat de his bonis, rationes edi sibi iubebit, vel inuentarium bonorum pupilli, d. l. magis puto, §. non passim. Azo in Sum. C. de præd. minorum, nu. 50. Innocent. in c. dudum, in princ. de rebus eccles. non alien. Iacob. Menoch. in aureo illo libro de arbitr. iudic. cent. 2. libro 2. casu 171. num. 9. Qua solemnitate non obseruata, nulla erit alienatio, vt p Menoch. d. casu 171. num. 9. vbi alios adducit.

44 QVÆRERE quinto † loco debet iudex, an pecuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus quę conueniri possint, vel in fructibus conditis, vel in redituū spe, atque obuentionum. Item quæret num aliæ res mobiles extent præter prædia, quæ distrahi valeāt. d. l. magis puto, §. non passim, & l. 1. §. quod si forte, ff. de rebus eorum. est optimus verborum contextus in l. si quis sepulchrum, §. vlt. & ibi Io. Baptista Asin. vbi alios textus adduci, ff. de religiosis, & sumpt. funerum.

Postquàm verò liquebit iudici, per discussionem bonorum non extare bona mobilia, ex quibus creditoribus satis fieri possit, tunc vtique prætor immobilium alienationem concedet. d. §. non passim. vers. si igitur deprehenderit. Io. de Plat. in l. 1. vers. sicut ergo minor. C. de præd. curial. lib. 10. Io. Andr. in cap. peruenit, vers. in glos. pen. de fideiuss. Carolus Cottus in glo. l. 1. tit. de prohibit. alienat. minor. in leges Longobardiorum, & Andr. de Barulo in Comentarijs dictarum legum, titu. 2. in fine. Bart. Socin. in l. a Diuo Pio, §. si pignora, nu. 5. ff. de re iudic. & in l. qui agnitis, col. 5. ff. de except. Ant. Petrut. in repetit. l. 1. effectu 8. iuramenti, nu. 130. ff. de iureiur. Plot. in repet. l. si quando, num. 189. C. vnde vi. Sebastian. Monticul. Inst. de rebus corp. & incorp. in princ. num. 140. & 141. Castr. consil. 201. visis, & ponderatis, lib. primo. Roman. consil. 325. col. fin. circa primum. Corn. consil. 92. num. 5. vol. 4. Imola consil. 98. num. 5. Paris. consil. 98. nu. 4. & 5. lib. 1. & consil. 85. nu. 23. lib. 3. Dec. consil. 403. nu. 20. quamuis. Neuizan. consil. 85. nume. 10. Augustin. Beroi. consil. 182. num. 4. vol. primo. Philipp. Port. consil. 19. nu. 80. lib. primo. & Roland. a Valle consil. 33. num. 5. lib. primo. Azo in Sum. C. de præd. minorum, nu. 3. & 4. Speculat. in tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum restat, vers. hoc quoque. Fabian. de Monte in Tract. de empt. & vendit. 5. q. princ. titu. de solemnitatibus in alien. minorum rebus, sub nu. 95. Menoch. de arbitrar. iud. cent. 2. lib. 2. casu 171. nu. 2. & de recup. possess. remed. 15. nu. 147. Iodoc. Damhouder. in subhast. comp. exeg. cap. 2. nu. 2. Moderni Finizanens. in Tract. de tutore, & curat. sub nu. 129. Matth. de Afflict. in Constitut. Sicil. de restitut. minorum, nu. 24. & decis. 249. & nouiss. doctissimus præceptor meus Tob. Nonius cons. 57. num. 3. Nullaque erit alienatio rerum immobilium, si fiat quando adsunt bona mobilia, ex quorum alienatione satis creditoribus fieri

45 possit, vt per supra citatos. † Ex quibus puto vehementer decipi Corn. consil. 50. lib. 3.

lib.3.dum defendere conatur,valere alienationem immobilium, licet mobilia extarent;nisi per minorem probaretur damnum vel læsio, moneturque ex eo,quia l.lex quæ tutores,C.de administrat.tut. consulit, non autem præcipit; Loquitur enim contra tot patrum auctoritatem, & contra iura supra allegata,vbi expressim cauetur,nullam esse alienationem immobilium, quando extant mobilia ex quibus possit satis creditoribus fieri.

Immò quod magis est,nõ statur verbis narratiuis instrumenti in quo dicatur alia bona mobilia non extare,Paris. consil.98.num.quinto,vers. non obstat, lib.primo.Roland.a Valle cons.99. nu.6.libro primo. & Plot. in repetit. d. l. si quando, num.189. Sed oportet præcedere iudicis interlocutoriam, qua decla retur non extare bona mobilia. Ita voluit expresè Angel.in Auth.de ecclesi.re rum immobil. alien. quem refert Fab. de Mon.in loco supra citato.& sequitur Roland.a Valle d.consil.33.& cons.99. nu.6.vbi alios adducit.præceptor meus d.consil.57.num.4. Philip. Port. consil. 19.nu.80.lib.primo. Matth. de Afflict. in Constitut.Sicil.d.tit. de restitut.mino rum,nu.24.& Iodocus Damhouder. in subhast.comp.exeg.cap.2.nu.2.

46 Adeòque nulla est alienatio,† quę fit de immobilibus,mobilibus extantibus, quod non est opus restitutione in integrum.Ias.in l.iusiurandum quod ex con uentione,§.pupillus,ff.de iureiur.ex quo Socin.consil.18.col.19.prosequendo or dinem,lib. primo, inquit, quod de tali nullitate semper potest opponi; & tenens possessionem virtute talis decreti, potest accusari,& puniri,adeo, quod nõ erit necessarium intentare aliquod iudicium nullitatis,quia cum lex hoc faciat, non oportet quod petatur a iudice, sed sufficiet in iudicio deducere ius suum;& si opponatur de decreto, poterit replica ri de nullitate; vt pulchrè per Neuizan. cons.85.num. 12. Alex. verò consil. primo,in fine,libro 4.dicit esse tutius peten do se reintegrari ad rem,imò & repetere fructus, secundum Dec. cons.60. col. 2.& Neuizan.d. consil.85. nu. 12. & facit l.vtere, & l. si prædium, C. de præd. minorum.

47 Declaratur notabiliter, † quod licet iudici liquere debeat non extare alia bona mobilia ex quibus creditoribus fieri satis possit, vt diximus, tamen id non procedit, vbi notorium est non extare alia bona; tunc etenim non requiritur aliqua iudicis excussio, sicut non requiritur vbi notorium est debitorem non esse soluendo, vt per DD. in l. decem, ff.de verb. obligat. & in l. vlt. ff. si cert.pet. Neuizan.consil. 3. nume. 17. & Roland.a Valle consil.99. num.12. lib. primo.

Notes tamen quod licet notorium non indigeat probatione veritatis ipsius facti, tamen oportet quod iudici constet ex actis notorium esse, nec sufficit quod allegetur notorium.Cin. & Bald. in l.ea quidẽ,C.de accusat.& alij quamplures quos refert Roland. d. cons. 99. num.16.& in simili not.Bart.in l.edita, sub nu.23.C.de edendo.

48 Quid autem sit notorium, † quotuplex, & vnde dicatur, vide per Salicet. in d.l.ea quidem,num.58. cum seq. vbi notorietatis materiam, ac famæ plenè pertractat.

49 Sexto debet iudex† diligenter curare, vt vendatur res minus damnosa pupillo.d.l. magis puto, §. non passim. Io. de Imol.consil.98. & 99.nu.5. vbi quia fuerunt vendita quædam bona immunia,& exempta a quibuscumque oneribus ordinarijs,& extraordinarijs, cum potuerint vendi alia bona minus dãnosa, consuluit venditionem nullius roboris esse. Roman. cons.321. in casu præsenti, circa princ. Paris.consil.98. nu.9. lib.primo.Rolan.a Valle consil.33. lib. primo.Roland.de Curt.consil. 123.sub num.64.ad caus. vltim. volunt. Fabian. de Monte in tract.de empt.& vendit.5. quæst.princ. tit. de solemnitat. in alien. minorum rebus, sub nu.95. Iacob. Menoch.

noch.de arbitr. iudic. cent. 2. lib. 2. casu 171. nu. 13. & in tract. de Recup. poss. remed. 15. sub num. 147. Iodoc. Damhouder. in subhast. comp. exeg. cap. 2. nu. 2. vers. quarto, &c. Afflict. in Constitut. Sicil. de restitut. minorum, nu. 24. & in decis. 249. nu. 4.

50 SEPTIMO cum † ad prædiorum alienationem deuenitur, debet iudex æstimare, atque diligenti inquisitione facta iudicare, qui fundus distrahi debeat; & curare vt minor possessio, vel minus vtilis alienetur, vt per Vlpianum expressè cauetur in d. l. magis puto, §. item prętor. Luc. de Penna in l. vlt. col. 3. vers. satis quoque, C. de princ. agen. in rebus, lib. 12. Alex. consil. 189. sub num. 2. v io statuto, lib. 1. Natta consil. 162. num. 6. & nu. 8. versic. secundo moneor. Hippolyt. Riminald. cons. 5. nu. 40. lib. 1. Roland. a Valle consil. 33. nu. 7. & cons. 99. nu. 5. lib. primo, vbi quamplures recenset, & Iacob. Menoch. d. casu 171. num. 20. Iniquum etenim esset, quod propter modicam pecuniam exsoluendam, magna possessio distraheretur. Ex quibus facilè apparet, perperam fuisse locutum Corn. consil. 109. nu. 5. vsque ad finem, videtur prima facie, volum. 3. dum audacter firmat, quod ob hoc solum quia fuerit vendita res magis vtilis, cum alia minus vtilis extaret, non potest venditio rescindi, seu pronunciari nulla. Non enim, inquit ipse, consideratur hoc in Oratione diui Seueri, & Corn. sequitur Hieronym. Gabriel. consil. 33. num. 5. vol. primo. Verùm vereor ne decipiantur grauissimi isti viri, cum loquantur contra legem expressam, d. §. itē prętor.

51 OCTAVO cum † multum iudicis arbitrio tribuatur, debet ipse animaduertere an magis expediat pupillo sua prædia pignorare, an potius vendere; & id quod vtilius videbitur exsequi debet, l. magis puto, §. idem prætor, l. si pupillorum, §. si prætor, ff. de rebus eorū. Azo. in Sum. C. præd. minorum, sub num. 4. Andr. de Barulo in Comētarijs in Lōgobardorū Leges, tit. 2. in fine. Roland. a Valle d. consil. 33. nu. 7. & Iacob. Menoch. d. casu 171. nu. 15.

52 NONO vigilanter † obseruare debet Prætor, ne plus accipiatur sub obligatione prædiorum fenoris, quàm quod opus sit ad soluendum æs alienum, ne scilicet propter modicum æs alienum magna possessio distrahatur. d. l. magis puto, §. item prætor, l. & si siue, §. 1. ff. de minoribus. arg. notat. per Doct. in l. alio, ff. de alim. & cibar. legat. glos. Auth. Hoc ius porrectum, in verbo, Onere. in fine, C. de sacrosanct. Eccl. Azo in Sum. C. de præd. minorum, sub num. 4. vers. sed & illud. Afflict. in Constitut. Sicil. de restitut. minorum, num. 24. & decis. 249. versic. quinto. Menoch. d. casu 171. num. 21. Iodoc. Damhouder. in subhastat. compend. exeg. cap. 2. sub nu. 2. versic. quinto, &c. Moderni Fiuizanens. in tract. de tut. & curat. sub nu. 129. versi. 4. &c. Bald. consil. 75. quidam tutor, lib. 1. & cons. 40. quidam tutor. lib. 3. vbi loquitur de tutore qui pro ære alieno florenorum 130. vendiderat domum valoris florenorum 145. & concludit venditionem nullam, si alia exstabant bona quæ vendi potuissent vsque ad concurrentem quantitatem; vel res vendita potuisset pro parte vendi. Dec. cons. 403. quamuis in casu proposito, col. 4. volens, quod vbi vēditur domus maioris pretij, quam subsit æs alienum, venditio non teneat, motus eadem ratione qua Bald. d. cons. 75. licet eum non alleget, Neuizan. cons. 85. nu. 2. Roland. a Valle d. cons. 33. nu. 8. & Natt. cons. 162. in princ. & per tot. lib. primo, vbi melius quam quisquam alius huc vsque in proposita materia loquitur.

Siquidem cum alienatio bonorum pupilli fieri debeat ob necessitatem æris alieni, eatenus fieri debet, quatenus vrget necessitas, & non vltra. l. 1. in fine, ff. de ferijs, per bellèq. Africanus in l. vlt. ff. de exercit. act. ibi, quare & si, &c.

53 Ideo est quod cum sit † permissum filiofam. studiorum causa sumere mutuum, intelligitur vsque ad probabilem mo-

modum, & non vltra, vt sensit Vlpian. in l. item si filiusfamiliàs, in quibusdam verò Codicibus incipit, sed Iulianus, §. quod dicitur, ff. ad Macedonian.

Idque manifestiss. apparet, cum non possit dici venditum gratia æris alieni, quod excedit ipsum æs alienum; sicut nec funeris causa impensũ dicitur, quod impenditur vltra funerandi rationem, l. funeris, in fine, ff. de relig. & sumpt. funer.

54 Namque vbi duo † diuersa circa idẽ concurrunt, illa species prævalet quæ est potentior, iuxta not. per Bart. ad l. Aristo, ff. de donat. & Bald. in procem. feu. col. 7. versi. circa primũ, in q. de feudo, vtrum sit gratiosum; & est optimus contextus verborum in vulg. l. cum quæritur, ff. de statu homin. Si igitur pecunia quæ superest æri alieno, est longè maior, quàm sit ipsum æs alienum, alienatio poterit dici facta magis ex causa volũtaria, quàm necessaria, aliàs si permitteretur tutoribus vendere bona pupillorum prætextu æris alieni, in longe maiori quantitate, quàm ipsum æs alienum suadeat, via esset inducta ad alienationem bonorum pupillarium, legibus interdicta, l. magis puto, §. si pupillus, ff. de rebus eorum.

Putarem tamen ipse, quod tunc demum alienatio quæ superest æri alieno, sit inualida, si sit longè maior, & in magna quantitate excedat, secus verò si in modica, vt videtur sentire Natt. d. consil. 162. nu. 5. versic. si enim, (& melius iudicio meo) quàm senserit Bald. d. consil. 75. vbi in modico excessu quindecim florenorũ duntaxat alienationem nullam esse censuit. Non enim potest ita de facili res vendi pro illa eadẽ quantitate solum, pro qua est æs alienũ. Quapropter id remittẽdum esse arbitror arbitrio iudicis, qui animaduertat, an excessus sit in modica, vel magna quantitate, & qui sit magnus, vel exiguus excessus. Si autem minor non posset commodè, & vtiliter rem vẽdere pro quantitate debiti, tunc poterit iudex alienationem concedere vltra debitum, vt videtur sensisse Carol. Cottus in glo. in verbo, contra rationem, l. 1. tit. de prohib. alien. minor. de legib. Longobardorũ, quod tamen ipse admitterem, dummodò id quod capitur vltra debitum, conuertatur in vtilitatẽ ipsius minoris, non autem consumetur.

55 Decimo ne † tutores sub prætextu æris alieni allegati, pecuniam quam mutuo, vel ex aliquo alio contractu acceperint, abutantur, oportet Prætorem curare, vt pecunia accepta creditoribus soluatur, & de hoc decernere, dareq. viatorem qui ei renunciet pecuniam ad id conuersam, propter quod desiderata est alienatio, vel obligatio, ita sensit Vlpian. in d. l. magis puto, §. ne tamen. sequitur Iacob. de Aren. in l. actus, C. de ferijs. Nicol. Vigel. ff. lib. 18. par. 2. cap. 6. reg. 1. except. 3. vers. septima replicatio. Azo in Sum. C. de præd. minorum, nu. 6. versic. postquam. Rofred. in tract. de libellis, par. 7. in Rubr. de S. consf. Clementiano, sub num. 5. vers. Sextum. & Benintend. in Decis. Bononien. decis. 2. nume. 5. vel etiam aliter, & securior est modus, curet Prætor quod sit præsens creditor qui d. pecuniam recepturus est, vt nos docet Speculat. in tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum restat, vers. hoc quoque, num. 4. & Azo d. num. 6. in fine.

56 Vndecimo diligenter † animaduertat Prætor, ad hoc vt legitimè minor alienare valeat, quod tutoris, seu curatoris interueniat auctoritas, l. 1. in prin. & ibi glo. ff. de rebus eorum, rescripserunt Cæsares in l. neque, & in l. eum qui, C. de auct. præst. glos. in l. 1. §. quod si fortè, ff. de rebus eorum. in l. fin. in verbo, Præsidis, C. de fideiuss. minorum. in l. vlt. C. si propter public. pensitat. & in l. si curatorem habens, C. de in integr. rest. Bald. in d. l. 1. & in Margarita. Innoc. in verbo, Contractus. Salice. in l. fin. nu. 2. C. de fideiuss. minorum. Anton. de Petrut. in repetit. l. 1. effectu 8. iuramenti, nume. 130. ff. de iureiur. Monticul. Inst. de re-

de rebus corp. & incorp. in princ. Reuerend. Alban. in Lucubrat. in Bart. ad d. l. magis puto, §. si pupillus, num. 1. in fine. Alexan. consil. 116. visis, & considera-tis, sub num. 1. vers. ergo statutum, lib. 1. Dec. cons. 556. num. 4. Signorol. de Homod. consil. 214. num. 5. in quæstione vertenti. Thom. Grammatic. cons. 137. num. 14. August. Beroi. cons. 124. num. 18. vol. 1. inquiens, quod defectus auctoritatis tutoris in alienatione rei minoris, reddit actum, seu contractum ipso iure nullum, quoniam illa pro forma requiritur. l. obligari, §. tutor, ff. de aut. tut. §. neque, Inst. eod. & l. cum qui. ibiq. glo. & DD. C. de auct. præst. Roland. a Valle d. cons. 38. num. 9. Azo in Sum. C. de præd. minorum, sub num. 3. vers. item tutoris. Speculat. in tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum restat, versic. hoc quoque. Rofred. in tractatu de libellis, part. 7. in Rubr. de S. cons. Clementiano, sub nu. 4. vers. quartum est. Fabian. de Mon. in tract. de empt. & vendit. 5. q. princ. tit. de solemnit. in alien. minorum rebus, sub nume. 95. Iacobus Menoch. in tract. de remed. recup. possess. remed. 15. sub num. 147. & de arbitr. iudic. d. casu 171. nu. 22. Ferand. Vasq. de successiõ creat. tit. de testam. pot. §. 10. num. 79. Iodoc. Damhouder. in subhast. compend. exeg. cap. 2. sub nume. 2. vers. septimo. & Matth. de Afflict. in Constitut. Siciliæ, de restitut. minorum, num. 24. & decis. 249. Adeòque necessaria existit tutoris auctoritas, vt si pupillus vendat cum auctoritate iudicis, ac etiam tutoris, qui tamen tutor inuentarium non confecit, non valet venditio, vt pluribus comprobat Speculat. lib. 1. de tutore, §. generaliter etiam, num. 6. & 7. quem sequitur Ioan. Faber in suo Breuiario ad l. bonorum, num. 6. C. qui admitti. Nisi tamen iudex sciens illum esse illegitimum pronunciauerit legitimum; Valet etenim tunc venditio tuitione Pretoria, arg. l. 1. in fin. ff. quod falso tut. aucto. & tradit Speculat. d. §. generaliter etiam, nu. 7.

57 Et qui neque † tutores sunt ipso iure, neque curatores, sed pro tutore negocia gerunt, vel pro curatore, eos non posse distrahere res pupillorũ, vel adolescentium, nulla dubitatio est. text. ad litteram in l. qui neque, ff. eod. & facit l. 4. C. de curat. fur. per quę iura id sensit Vigel. ff. lib. 18. part. 2. c. 6. reg. 1. except. 2. & eruditiss. Gabriel. cons. 36. nu. 27. 28. & seq. vol. 1. Ex quo vtique inferri potest, quod licet minor communi hominũ opinione pro maiore habeatur, nihilominus nequeat sine solemnitatibus alienare, vt in simili videtur firmare Tiraquel. de legib. connubiali b. glo. 8. numero 144. cum seqq. vbi quamplura in proposito recenset; & debet vtique veritas opinioni præferri.

Decretum autem iudicis an suppleat defectum nõ interuenientis tutoris, vel curatoris, dicemus infra lib. 3. tit. 7. inspect. 2.

58 Dvodecimo curare † debet prætor, quando pupillarium alienatio celebratur, vt sint præsentes amici, seu consanguinei minoris, & hoc esse necessarium requisitum censuit Bart. d. l. magis puto, §. item prætor, num. 4. per illum textum, idem ibidem firmat Nicol. de Neap.

Tantæque hoc de propinquorũ præsentia requisitum est efficacię, atque roboris, vt sustineatur venditio a minore facta absque decreto, si propinquorum præsentia adfuerit in venditione, & sic eorum præsentia decreti defectum supplet, vt firmauit Bald. consil. 200. in causa ista considerandum est, num. 5. versi. item & quando.

Verum ipse hoc de propinquorũ seu amicorum præsentia requisitum haud necessariũ fore arbitror, ea potissimum ratione, quia nullibi id iure probatur; parumq. aut nihil vrget d. §. item prætor, ex quo prædicti id elici posse sunt arbitrati: nam ibi non dicitur necessariò requiri propinquorum, vel amicorum præsentiam, sed solum disponitur, iudicem instrui debere de fortunis pupilli, nec nimium tutoribus, vel curatoribus,

crede-

credere, ad quam instructionem faciendam requirere debet necessarios pupilli, parentes, vel libertos aliquos fideles, vel quem alium, qui notitiam rerum pupillarium habeat; quam notitiam poterit habere iudex, non solùm a coniunctis, sed etiã a quibusuis alijs, vel etiam instrui poterit per editionem rationũ, vel per inuentarij confectionem; & iste verissimus est (d. §. item prætor,) intellectus, sed quod requisitum istud necessarium existat, ibi non dicitur. Et consensum propinquorum in alienatione bonorum pupillarium, non esse habẽdum tamquam oraculum quoddam, sensit Iurecons. d. l. magis puto, §. requirat. & sequitur Natta cons. 162. num. 22. libro primo. Benè verum est, quod multis in locis extat statutum, vt minor nequeat sine duorum consanguineorum præsentia, & consensu contrahere, alioquin intelligantur dicti contractus dolo, & metu extorti, sintque ipso iure nulli; prout extat huiusmodi statutum in nobilissima ciuitate Callij, quæ est dilectissima patria mea, cuius quidem statutum copiam ponit Bald. consil. 414. factum tale est, lib. 2. tunc autem stante tali statuto, amicorum, & vicinorum præsentia, idem operatur quod cõsanguineorum, vt scripsit Cepol. in Tract. Cautelarum, caut. 221. nu. 8. vbi etiam dicit, quod aliquando loco istorum vocari possunt a Prætore duo, vel tres boni viri, & id passim vidi seruari, vt in defectum consanguineorum eligantur duo boni viri qui sint de aliqua Schola, seu Confraternitate.

Id quoque quod traditur per Bald. d. cons. 200. verũ minimè esse censeo, cum nullibi id iure probetur, quare erubescimus sine lege loqui. l. illam, C. de collat. & §. deinceps, Auth. de nupt. Quinimmò, id videtur esse contra textum expressum qui in proprijs terminis coniunctorũ loquitur d. l. magis puto, §. in primis, vbi lex mandat, quod prætor requirat necessarios pupilli, vel parentes, ad hoc vt perfectè instrui possit, & tamẽ vltra parentum, vel necessariorum præsentiam etiam decretum exigitur. Praterea, etiam pater sui filij bona absque decreto distrahere prohibitus est. l. si pupillorum, §. si pater, ff. de rebus eorum, & l. cum emancipatis, C. de prædijs minorum. quæ iura licet loquantur in patre qui sit administrator filij emancipati, non propterea emancipatio illa affectionem ac dilectionem paternam, quę a natura insita est, auferre poterit vnquã, quod in d. §. si pater, rectè animaduertit Vlpian. dum vult quod interueniat decretum, sed tamen quod pronior debeat esse Prætor ad consentiendum patri; & sic consideratur ibi quædam fiducia, quam lex habet de patre, & nihilominus decretũ exigitur; ex quibus dictum Bald. satis falsum apparet.

59 Est benè verum, quod si † reperiatur interpositum decretum, non autem appareat de causæ cognitione, si fuerit appositum in præsentia attinentium, & amicorum pupilli, asserentium, & affirmantium apud eum qui decretum interponit, d. venditionem fuisse minoribus prorsus necessariam, & vtilem, præsumitur cum causæ cognitione interuenisse, secundum Imol. cons. 99. nu. 6.

Itẽ operatur huiusmodi propinquorum, vel amicorum interuentus, vt faciat cessare præsumptionem metus, vel fraudis. Io. de Plat. in l. prima, vers. sic etiam, C. de præd. curial. lib. 10. Doct. in l. transactionem, C. de transact. Bart. in l. frater a fratre, nu. 51. ff. de condict. indeb. Ias. Inst. de action. §. quadrupli, nu. 63. Bertrand. cons. 4. nu. 32. lib. 3. Sociu. cons. 263. num. 10. lib. 2. Beroi. cons. 50. nu. 54. lib. 1. Cephal. cõs. 261. nu. 7. lib. 2. Tiraquell. in l. si vnquam, versi. susceperit liberos, nu. 238. C. de reuocand. donat. Cepolla caut. 221. nu. 4. & seq. Bernardinus Alphan. in hac legali Philosophia vir equidem peritissimus, in vtilissimis, pariterque doctissimis suis Collectaneis iur. ciuilis, collectan. 217. vbi alios in proposito recenset. Natta consil. 162. nu. 22. & cons. 173. nu. 6. lib. primo.

Iacob.

Iacob. Mandell. consil. ij. nu. 10. Colleg. Aduocatorū Curial. pro Marchia, cons. 150. nu. 24. inter cons. Crimin. diuersorum, Tom. 1. Marc. Mant. in Decis. Delphinat. q. 328. nu. 1. par. 1.

Contra quam præsumptionem probari potest, sed pleniores requiruntur probationes, glos. vlt. in l. trāsactionem, & ibi Bald. & Alex. C. de transact. & in l. non est verisimile, in verbo (præsumptioni,) ff. quod met. cau. quod & firmauit Natta d. consil. 162. nu. 22.

60 Decimotertio his † omnibus supra relatis, diligēter peractis, iudex suū apponat decretum, inquiens: Nos Oct. iudex competēs, dictam alienationem faciendam esse dicimus, diligenti causæ cognitione præhabita. Ideoq. nostrū interponimus decretum, seu auctoritatē; alioquin alienatio erit ipso iure nulla. l. 1. §. 1. & l. magis puto, §. non passim, ff. de rebus eorum, & l. lex quæ tutores, C. de administr. tutorum, glo. in Auth. sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. quam multis comprobando sequitur Fabian. de Mon. in tractat. de empt. & vendit. 5. q. princ. tit. de solemnitat. in alien. minorum rebus, nu. 96. Azo in Sum. C. de præd. minorum, sub num. 3. vers. decretum enim. Ant. de Petrut. in repetit. l. 1. effectu 8. iuramenti, nu. 130. ff. de iureiur. Matth. de Afflict. in Constitut. Siciliæ, de restitut. minorum, nu. 24. Iacob. Menoch. cent. 2. libro 2. casu 171. nu. 25. Iodoc. Damhouder. in subhast. compend. exeg. cap. 2. vers. octauo. Alex. consil. 116. visis, & consideratis, sub num. 1. vers. ergo statutum, lib. primo. Paris. cons. 99. nu. 6. & 10. lib. 1. Roland. a Valle consil. 33. nu. 9. lib. 1. & sequuntur passim omnes latiss. supra congesti in princ. Tractat.

61 Si autem quæras quomodo, † quo tempore, & quo in loco interponēdum sit decretum, animaduertendum est, duplicem esse modum interponendi decretum; quorum primus talis est, quod debeat exponi causa coram iudice per tutorem, quod scilicet, est æs alienum, nec est aliūdè commodum vt possit exsolui; & demum iudex sciat ab agnatis pupilli, si ita res se habet, & postea sic dicat iudex. Cum appareat Titium minorem, debere tantam quantitatē, nec aliundè possit soluere, permittimus rem immobilem vendi: & ideo nostram interponimus auctoritatem, & decretū; & de hoc fiet instrumentum, & postea cū d. instrumēto it tutor, & vēdit: & iste in proposito est optimus practicādi modus; itaque debere de iure fieri, docet nos Iacob. de Arena in l. actus, C. de ferijs, inquiens, quod ita ipse faceret si deberet emere rem minoris, & ita siquidem & ipse facerem, obseruarique faciam si vnquam fuero iudex.

Alius est modus, secundum quem minor cū suo tutore accedit ad iudicem, & ipse, vel tutor, eius nomine petit decretum interponi, & tunc fit venditio; illicoque in ipsa venditione decretum interponitur a iudice dicente: Præhabita diligenti cognitione causæ, & omnibus diligenter examinatis, nostram impartimur auctoritatē, & decretū interponimus, vel similibus vtatur verbis, nō refert; & ita de consuetudine seruabatur etiam secundum tempora Iacobi de Arena, vt ipse refert in d. l. actus; & hodie quoque seruatur. Crederemque ipse, quod vterque pratictandi modus sit bonus, seruarique possit dummodò adsint causæ cognitio, & aliæ solemnitates de quibus supra. Sed primus modus supra traditus magis placet, tamquam securior, minoribusque ac etiam cum ipsis contrahentibus vtilior. Quo verò ad locum, solet decretum interponi in camera seù sala solitæ audiētiæ Domini iudicis; Vel etiam in domo honestæ mulieris, vel minoris, ex iuxta causa, vbi iudex debet sedere, & locum vbi sedet pro tribunali, sibi deputare, Bald. in l. generaliter, §. in omnibus, C. de rebus credit. vbi notat, quod acta possunt ex causa fieri in domo priuata, quia hoc est voluntariæ iurisdictionis, & ita passim vbique seruatur.

Deci-

62 Decimoqvarto iudicis † subscriptio in decreto requiritur, vt sensit Paulus I.C. in l. 1. ff. de offic. assess. & Imperat. in l. 2. C. de adsess. & ibi etiam glos. Salicet. in Auth. si quis in aliquo, nu. 5. C. de eden. inquiens, nō esse absurdum, immò saltem cautelosum, dicere, quod iudex se subscribat; & ita dicit se vidisse in aliquibus ciuitatibus praticari. Fabian. de Mont. in tractatu de empt. & vend. 5. quæst. princip. vers. sequitur videre, sub nume. 95. Matth. de Afflict. in Constitut. Sicil. de restitut. minorū, nu. 24. Iodoc. Damhouder. in subhast. cōpend. exeg. cap. 2. num. 11. vers. addi potest. Roland. a Valle cons. 7. nu. 25. lib. 3. Iacob. Menoch. cons. 80. nu. 60. & de arbitrar. iudic. lib. 2. casu 171. num. 26. vbi alios refert.

Quod subscriptionis requisitum hodie non est in vsu; & pluribus in locis vidi, ac a nonnullis Practicis audiui, iudices passim decreta interponere sine alia subscriptione; Sed melius esset, & saltē cautelosum (vt inquit Salic.) iudicem suam subscriptionem apponere in decreto, vt euitetur difficultas desuetudinis probandæ. Et minor equidem quod cum d. solemnitas minimè sit vsu recepta, neminem inuenisse qui de desuetudine testetur, licet omnes ferè auctores quos hic Perusiæ præ manibus habere potui, diligentiss. perlegerim; Solùm reperi quandam apostillam in l. 1. ff. de offic. adsessorum, quæ dicit, de consuetudine hoc non seruari, ad quod adducit Bart. credo ipse in d. l. 1. vbi dicit, quod de consuetudine non seruatur vt adsessores non possint decretum interponere, licet de iure prohibeantur, l. 2. C. de adsess. & dicam infra nu. 81. non autem loquitur Bart. de isto requisito subscriptionis, vt cuilibet patere poterit.

63 Decimoqvinto debet † iudex quādo suum interponit decretum sedere. In his enim in quibus requiritur causæ cognitio, oportet decretum interponi iudice pro tribunali sedente, alioquin esset nullum, vt sensit Vlpianus in l. 3. §. si causa cognita, ff. de bonorum possess. in l. 2. circa medium, ff. quis ordo in bonorum poss. seruetur, & in l. voluit, §. primo, ff. de interrogat. act. vbi glo. & DD. censuitque hoc idem Hermogenianus in l. naturali, §. si quæratur, ff. de confirm. tut. quod & visum fuit Imperatori in l. a procedente, C. de dilat. & §. sedebunt, Auth. de iudicibus. glos. in l. prolatam, C. de sent. ex breuiculo recitand. Iacob. de Arena in l. actus, C. de ferijs. Bart. in l. nec mandante, §. vlt. ff. de tutoribus & curat. dat. ab his, & in l. 2. in fine, C. de sent. ex breuiculo recitand. Bald. in l. naturali, in fine, ff. de confirm. tut. & in addit. ad Speculat. tit. de ferijs, in verbo tēpore feriatum. Luc. de Pen. in l. vlt. C. de decurion. lib. 10. Ias. in l. sciendum, in fine, ff. de verb. obligat. Aretin. in §. seruus, Inst. de libertin. Barb. in c. ex parte, de foro compet. & in cap. cum dilecti, de empt. & vēdit. Roman. cons. 454. num. 1. Corn. cons. 98. num. 4. vol. 1. Beroi. cons. 22. sub num. 43. vol. 2. Andr. de Alpher. cons. 33. nume. 25. ad caus. vltim. volunt. Roland. a Valle consil. 33. sub nu. 9. & cons. 99. nu. 32. lib. 1. & cons. 7. nu. 22. & 92. vol. 3. Hippolyt. Riminald. cons. 5. nu. 215. libro primo. Speculat. in titu. de ferijs, §. 2. Petr. Rebuff. super concord. de conclus. Lateran. Concilij, in glos. decretis, vers. secundò annullatur. Federicus Schenck. in tract. de sent. & re iudic. num. 28. Franc. de Acceptantibus in tract. de sent. definit. & interlocut. nu. 10. Lanfranc. de Ariano in tract. de interlocut. & appellat. nu. 16. Petr. Rauen. sing. 153. Iacob. Nouell. regula 35. incip. iudex, nu. 1. & Petr. Duen. regula 188. nu. 3.

Ratio autem ea esse potest, quia cum debeat iudex decretum interponere, diligenti causæ cognitione præhabita, statutum fuit, quod illud sedendo interponat; quia sedendo, & quiescendo anima fit prudentior, secūdum Philosophum. Vel etiam dicas oportere iudicem ad suæ maiestatis decorem sedendo sententiam proferre, seù decretum interponere, ita

re, ita vtramque rationem simul iunxit Sebast. Vant. in tract. nullitat. tit. de nullit. ex defectu process. nu. 48. Si autem huiusmodi rationes minus arrideant, poteris aliam videre non inelegantem apud Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 1. quæst. 61. vbi de hoc plenissime pertractat.

64 Decimosexto & vltimo, † his omnibus diligenter peractis, ac vendendi licentia a iudice obtenta, ponitur res vendenda in publicum, & per licitationem, seu subhastationem plus offerenti traditur, alioquin alienatio nulla esset, l. & si fine, quæ in aliquibus codicibus est §. hodie, l. ait prætor, ff. de minoribus, & l. si in emptione, ff. eod. Bart. in d. l. & si fine, & in l. alio, nu. 21. ff. de aliment. cibar. leg. Bald. in l. ordo, C. de execut. rei iud. in Auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. eccl. & in Margarita Innocentij, in verbo contractus. Castr. in Auth. si quis in aliquo, num. 7. C. de eden. Angel. in l. si vteris, C. de fide instrumentorum. Rom. in l. si quis cũ aliter, ff. de verb. obligat. Buticella in l. mandata, super glos. 2. ff. de offic. eius. Cagnol. in l. 2. q. 36. nu. 151. in fine, C. de pact. inter empt. & vendit. Io. de Plat. in §. nunc admonendi, Instit. quibus alien. licet, vel non. Plot. in repetit. l. si quã do, sub num. 198. C. vnde vi. Reuerendissimus Albanus in lucubrat. in Bart. ad l. magis puto, §. si pupillus, in princip. in lectur. Nicol. de Neap. ff. de rebus eorum, qui sub tut. vel cura. sunt. Bald. consil. 184. in prin. ad intelligentiam, lib. 2. ✳ vbi dicit hanc opinionẽ * communem. Alex. cons. 125. visis, & consideratis, col. 4. & consil. 116. visis & consideratis, sub num. 1. vers. ergo statutum, lib. 1. Rom. cons. 321. in casu propositæ. Dec. consil. 556. nu. 4. viso consilio. Calderin. consil. 1. in rubr. de empt. & vendit. Corn. consil. 71. lib. 3. Paris. cons. 98. 99. 100. lib. 1. ✳ vbi dicit hãc esse * communem opinionem. Thom. Grammatic. cons. 137. nu. 15. Cassan. cons. 55. num. 41. Neuizan. cons. 85. in princ. Roland. a Valle consil. 33. nu. 13. & cons. 99. nu. 18. lib. 1. & ✳ cons. 7. nu. 24. lib. 3. vbi de * communi testatur. subtiliss. præceptor meus Tob. Nonius consil. 57. nume. 6. Alberic. in tract. de gabellis, part. 2. num. 2. vers. illud etiam. Negusant. in tractat. de pignoribus, circa finem 1. membri, 6. par. prin. Fabian. de Mon. in tráct. de empt. & vendit. tit. subhast. materia, num. 83. cum seq. vbi enumerat casus in quibus requiritur subhastatio. Iodoc. Damhouder. in subhastat. compend. exeg. cap. 2. num. 1. & 2. vers. sextò, vbi omnia ferè sumpsit a Fabiano de Monte. Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. cent. 2. lib. 2. casu 171. nu. 27. & de recup. poss. remed. 15. sub nu. 147. nouissimi Fiuizanens. in tract. de tut. & curat. num. 129. versi. quinto. Afflict. in Constitut. Siciliæ de restitutione minorum, nu. 24. & in suis Decisionibus, decis. 249.

Et hæc subhastatio fieri debet per viginti dies in rebus fisci, ecclesię, & minorum. Auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. eccl. l. si tempora. & ibi DD. C. de fide instrumentorum, lib. 10. Roland. d. cons. 33. num. 14. & Menoch. d. casu 171. num. 28.

In alijs verò rebus est arbitrarium, nisi aliter tempus esset limitatum a statuto, vel consuetudine. Bart. d. l. licitatio, num. 3. & Roland. d. consil. 33. sub nume. 14.

65 Forma autem † subhastationis talis est, Vt publicè fiat notum voce præconis, vel edicto, quicumque vult emere talem rem, veniat infra tot dies, coram tali, tali loco, ad promittendum, & plus offerenti dabitur: ita nos docet Bart. in l. licitatio, nu. 2. ff. de publican. & vectigalibus, quẽ sequitur Fabian. de Mont. in præcit. loco, vbi plenissimè subhastationis materiam pertractat, & post eum Iodoc. Damhouder. in subhast. cõpend. exeg. Fabianum de Mont. in præcit. loco in totum exspoliãs. Aduertas tamen, quod si fuerit seruata prædicta forma, officialis obligatur ad vendendum plus offerenti, secus si edicto aut a præcone simpli-

ſimpliciter diceretur, Quicumque vult emere, veniat ad offerendum infra talem diem, nec adiectum eſſet (& plus offerenti dabitur.) quia tunc non cogitur plus offerenti dare; ad hoc enim nō ſe adſtringit Bart. & Io. de Plat. in l. ſi tempora, num. 4. C. de fide inſtrument. lib. 10. Iodoc. Damhouder. in ſubhaſt. compend. exeg. capit. 5. num. 5. Et licet formæ agendi videantur nonnullis in locis diuerſæ, tamen effectus finiſq. omnium idem profectò erit, ſecundum Iodoc. de ſubhaſtat. comp. exeg. cap. 2. nume. 5.

Adeoq. hoc ſubhaſtationis requiſitum neceſſarium exiſtit, vt non ſtetur inſtrumento in quo fiat mentio de ſubhaſtatione, niſi alio modo eam interueniſſe appareat. Bart. in l. 1. C. de iure haſt. fiſc. lib. 10. DD. in l. ſciendum, ff. de verb. obligat. & Roland. d. conſ. 33. ſub nume. 13.

66 Superiora tamen † quodam cū temperamento intelligenda ſunt, & primò, quod licitatio requiratur in alienatione rei minoris, procedere de iure Ciuili, ſecus verò de iure Can. & ita intelligunt dictū Bald. in Auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſanct. eccleſ. Moderni in tract. de empt. & vendit. in titu. ſubhaſt. materia, quos ſequitur Roland. a Valle conſ. 99. nu. 18. lib. 1.

Secundò limitatur ſubhaſtationem non requiri in alienatione rerum mobilium quæ poſſunt vendi in foro, vt ſunt frumentum & alia victualia, quę eſſent alienanda. Bald. in l. 1. C. ſi propter public. penſitat. Iodoc. Damhoud. in ſubhaſt. compend. exeg. cap. 2. nume. 7. In huiuſmodi enim mobilium alienatione quæ vendi poſſunt publico in foro, ſubhaſtatio minimè neceſſaria eſt, nec etiam præconia; immò ſi fierent, eſſent fruſtatoria, vt adſtruit idem Iodoc. in præcitato loco.

Quod tamē ſublimitatur, niſi eſſent tales res mobiles in quibus conſiſteret affectio, quia tunc ſine ſubhaſtationis ſolemnitate alienari prohiberentur, vt firmauit idem Iodoc. d. cap. 2. nume. 8.

Limitatur tertiò nō eſſe neceſſariam ſubhaſtationem ſi bona fide fiat venditio, ſecundū Bald. in Auth. hoc ius porrectum, col. 2. verſ. ſed hic quæritur, C. de ſacroſanct. eccleſ.

Limitatur quartò quando res minoris eſt danda pignori: quia tunc ſufficit illi ſingulari perſonæ concedere, quę pignus recipere velit; quod tamen intelligitur fieri iuſtis de cauſis, & Prætoris decreto interueniente. Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. cent. 2. lib. 2. caſu 171. num. 33. Eaq. potuit ſecundum eum eſſe ratio; quia multum non confert, quod vni, vel alteri res tradatur, poſteaquàm intra aliquod tēporis ſpatium luenda eſt.

Contra hanc concluſionem ita communiter firmatam, tenuit Guglielm. de Cun. in l. & ſi ſine, §. quæſitum, ff. de minoribus, aſſerens non reperiri iure cautum in venditione quæ fit de re minoris quando interuenit tutoris auctoritas, & Prætoris decretum ſubhaſtationem requiri; quē ſequitur Bald. & ibidem, & in Auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſanct. eccl. Arnoldus Feronus in Conſuetudinibus Burdegalenſ. lib. 2. tit. 13. de ſubhaſtat. pag. 329. verſ. addūt quidam, & verſ. propone mihi, vbi inquit, quod ſi iudex bona minoris debitoris ſubhaſtari iubet, præter formam ſubhaſtationis, nō requiruntur reliqua ſolemnia, quæ lex exigit in alienatione rerum minorum. de quibus omnibus mox ſupra diximus: Nam ſatis eſt ſi vocetur ad ſubhaſtationem ritè tutor, aut curator, l. vlt. C. ſi propter public. penſitat. & l. 1. C. de præd. minorum. Vel dicit (idem Guglielm. in d. §. quæſitum,) quod etſi admittamus (prout reuera admittendum eſſe arbitror) ſubhaſtationem requiri, non tamen vitiaretur venditio ſine ea a minore facta, ſed benè poſſet petere reſtitutionem in integrum, ſi alius plus offerret, quàm fuerit petitum pro quo res vendita fuit, vt cauetur d. §. quæſitum.

Crede-

Crederem equidē ipse Guglielmum in hoc valdè decipi, dum inquit non reperiri iure cautum, subhastationem requiri in alienatione rerum minorum, cum sit contra iura expressa in d. l. & si fine, & in l. si in emptione, ff. de minoribus. Dum verò dicit, quod & si subhastatio requiratur, non tamen erit nulla venditio sine ea facta, & hoc quoque falsum est, per dicta iura, nec me mouet, quod eis competat restit. si aliquem inueniant qui plus offerat; quia restitutio competit etiam quod interuenerit subhastatio, d. l. & si fine.

67 Animaduertendum† tamen est, non requiri subhastationem in venditione rerum minorum, ex consuetudine, vt testatur Io. de Imola cons. 99. sub num. 7. quem sequitur Cassan. cons. 55. num. 41. stante cōsuetudine. & passim huiusmodi minorū alienationes absque subhastatione & vidi, & fieri percepi. Vnde sequitur doctrina Io. Andr. & Abb. quam refert Dec. in cap. at si clerici, nu. 32. circa finem, vers. & ista communis,

68 de iudic. extra, videlicet, † quoties inter DD. sunt variæ opiniones, dato, quod opinio affirmatiua, vel negatiua esset verior, attenditur tamen opinio illa pro qua est consuetudo, l. si de interpretatione, ff. de leg. t. c. cum dilectus, de consuetud. Et in simili idem not. Imol. in c. 1. de his quæ fiunt a mai. par. Cap. vbi dicit, valere consuetudinem, quod in alienatione bonorum ecclesiæ inferioris non requiratur cōsensus Capituli ecclesiæ cathedralis; quia de hoc inter DD. sunt opiniones. Et dixit Castr. in l. etiā, col. 1. ff. solu. matrim. valere consuetudinē, quod emphyteusis ecclesiastica transeat ad hæredes extraneos: quia de hoc DD. vario modo loquuntur. Item consuluit Abb. consil. 25. in quæstione quæ ad præsens, col. fin. lib. 2. quod quando est aliquod dubium in iure inter DD. standum est consuetudini, quæ est optima legum interpres; quod procedit etiam, si in tali dubio communis opinio esset pro altera parte, vt est in casu nostro, quia altera pars contrā cōmunem præualet propter auctoritatem consuetudinis, vt latè declarat Dec. d. cap. at si clerici, nu. 33. & Roch. de Curte in repetit. c. cum tanto, sect. 6. nu. 16. Antonius Maria Coratius, optimæ spei iuuenis, in Tract. de communi opin. lib. 2. tit. 9. casu 18. nu. 97. vbi quamplures ad id adducit. Ex his igitur concludendum est contra communem opinionem, pro consuetudine, in alienatione rerum minorū subhastationem minimè requiri.

Et ex his omnibus quilibet iudex his tantum perlectis, diligenterq. examinatis, poterit vtique securè ac sine vllo conscientiæ periculo libentique animo ad huiusmodi decreti interpositionē accedere. Verùm quia sunt & alia (vltra solemnitates in alienatione rerum minorum, diligentissimè supra relatas,) necessaria requisita, ideo in præsenti hoc titulo (de Officio iudicis) ea omnia quæ ad ipsius iudicis officium videntur pertinere, breuiter hic recensenda fore duxi, & vt omnia quæ ad iudicem spectāt in hac decretorum materia, ordinatè absoluamus, nonnullæ sunt consideranda inspectiones.

PRIMA INSPECTIO.

69 HACTENVS de officio † iudicis in interpositione decreti dictum sit, satisq. vt arbitror diligenter expositum quænam requirantur, vt legitimè iudex ad decreti interpositionem accedere valeat; sed quoniam, vt iam diximus, supersunt nonnulla quæ ad ipsius iudicis officium videntur pertinere, ideo postulare hic locus videtur, vt de his quoque diligenter dispiciamus.

Quæritur igitur primo loco, quis iudex debeat decretum interponere, an ille cui minor ratione originis subsit, an verò iudex in cuius territorio res sūt situatæ? qua in re varias, ac diuersas reperi opiniones.

Prima est, quod req̄ratur decretum illius iudicis sub cuius territorio sunt res,

res, secundum Iacob. de Aret. quem sequitur Nicol. de Neap. in l. magis puto, §. illud, ff. de rebus eorum. Hippolyt. Riminald. cõs. 5. nu. 207. lib. primo. quod & lege, & ratione clarissimè probatur. Lege, in l. si prædium, ibi, (in qua situm est,) C. de præd. minorum. Ratione autem, quia extra territorium ius dicenti impunè non paretur, l. properãdum, §. fin autem, ff. de iudic. l. extra territorium, ff. de iurisdict. omnium iudic. & l. cum vnus, §. sed his, ff. de bon. auctoritate iudic. possid. Subest enim minor ratione rei, iudici sub cuius territorio res sita est, vt sensit Imperator in l. vlt. C. vbi in rem actio. c. sanè, & cap. vlt. extra de for. compet.

Secunda est opinio, quod sufficiat solum decretum illius iudicis, cuius dominio minor subest. Nam licet res sint in alia prouincia, ad eas nihilominus decretũ iudicis domicilij extenditur. Bart. in l. legitimos, in princ. ff. de legitim. tut. Ias. in l. cunctos populos, in 2. lect. in fine, C. de sum. trinit. & fide catholica. Hippolyt. de Marsil. in l. vlt. num. 100. ff. de iurisd. omnium iudic. Crauetta in l. cum filio, num. 248. ff. de leg. 1. & consil. 264. incip. quidam fratres, num. 9. part. 2. Io. Campeg. super Stat. fem. nu. 206. Roland. in tract. Flos testamentorum, tit. de tutore in testam. vel codicillo dan. num. 11. Roland. de Curte consil. 123. num. 64. ad causas vltim. volunt. Christoph. Port. Instit. de legitima agnat. tut. sub num. 1. vers. adde quod ad hoc. Cassan. in consuet. Burgun. tit. Des mains mortes, §. 16. nu. 4. 28. & 30. in quodam consilio quod ibi ponit, mihi fol. 321. vbi perpulchrè id pertractat, istius opinionis rationem reddẽs, quam sententiam non obscurè probauit Vlpian. in l. magis puto, §. illud, ff. eod. & in l. a diuo Pio, §. primo, ff. de re iudic. vbi decretum interpositum a præside vrbis, extenditur etiam ad bona existentia extra territorium ipsius iudicis. Decretum namque respiciens personam principaliter, trahitur etiam ad bona extra iudicis territorium existẽtia, quia veniunt bona in consequentiam, l. propter litem, §. licet, ff. de excusat. tutorum. Et in proposito Lodouic. Rom. cons. 39. in proposita quæstione, sub nu. 3. vers. secundo pro hoc, inquiens, decretum iudicis respiciens personam pupilli extendi in consequentiam ad bona sita extra territorium, quem refert, & sequitur Aimo Crauetta consil. 264. quidam fratres, num. 9.

Tertia sententia est, quod necessariò vtriusque iudicis decretum requiratur, arg. l. iurisperitos, §. cum oriundus, ff. de excusat. tut. Vnius propter personam minoris, quæ sibi est supposita, & non alteri. Alterius verò propter rem quæ sibi, & nõ alteri supposita est; & quod vtriusque iudicis decretum accedat, optimam esse cautelam, inquiunt Bart. Bald. & Alberic. d. l. magis puto, §. illud. Iacob. de Aren. ead. l. magis puto, num. 3. Cin. & Bald. in l. 1. C. de contrah. empt. Bart. & DD. d. l. iuris peritos, in princ. per Archidiac. 17. q. 3. cap. in venditionis. eximius Cardin. Alban. in lucubr. in Bart. ad d. §. oriundus. Fab. de Mon. de empt. & vendit. 5. q. princ. tit. de solemnitatibus in alien. minorum rebus, num. 99. cum seq. vbi latè id examinat, varias opiniones referendo, non tamen firmat pedes, sed tandem subiungit num. 101. ex Baldo d. §. illud, quod cautela est, vt quando res in vna ciuitate posita, venditur in alia, vterque iudex decretum interponat, d. §. oriundus. Cæsar Lambertin. in tract. de iure patron. 8. artic. 2. quæst. princ. prima par. 1. libri, nu. 1. vbi pulchrè in proposito loquitur. & Iodoc. Damhouder. in subhast. compend. exeg. cap. 2. nu. 23.

Hanc tamen sententiam reprobat Salicet. d. l. si prædium, num. 4. versic. sed hic, cum sine maximo minorum incommodo, quin plurimum sumptibus & laboribus vexentur, ad practicam reduci minimè valeat.

* Quarta sententia est * cõmunis, & verior, quod siue iudex domicilij interpo-

nat decretum, rectè sufficiat, d. §. illud, siue iudex sub cuius territorio sunt res, d. l. si prędium, vbi id firmauit Iacob. de Aret. secundum Cin. vt refert Fabian. de Mon. in præcitato loco. Bart. d. §. illud. Bald. in l. 1. num. 3. versi. solut. & ibidem Castr. nume. 2. C. de contr. empt. Salicet. d. l. si prædium, num. 4. vers. sed hic, vbi hanc esse * communem testatur. & Ant. Gomez. de contractibus, capit. 14. num. 17. vbi & ipse hanc opinionem* communem esse dicit. Alfons. Aluarez in Speculo Sum. Roman. Pót. Imperat. ac Regum, cap. 80. vers. & aduerte, car. 476. Io. Sichard. l. 1. num. 4. C. de contrah. empt. & vendit. tomo primo, vbi istius sententiæ practicam docet. Cuius ratio est: quia iudex originis, & habitationis, illud interponit ratione iurisdictionis personæ minoris, quæ extenditur ad aliud territorium. Iudex etiam loci, in quo res sita est, ratione ipsius rei quam habet in suo territorio, & iurisdictione; & ita in proposito ratiocinatur Ant. Gomez. in præcitato loco.

Quid igitur in tam varia Doctorum opinione firmandum? quarum vtraque legibus, rationibus, ac auctoritatibus satis fulcitur.

Petr. de Anchar. super Clementin. capit. quia contingit, versic. sed iuxta, numero 22. de religios. dom. circa id distinguit, quod si nō extat contradictor, iudex sub quo pupillus est, potest decretum interponere, quod extenditur ad bona vbique posita, licet extra territorium, d. §. illud. Sed si esset contradictor, ita quod minor habere necesse poni in illa quasi possessione per ministros iudicis, tunc non sufficit licentia illius iudicis, sed deberet scribi iudici sub cuius territorio res sita est. l. cum vnus, §. 1. ff. de bon. auctoritate iudic. possid. & ita ante Petr. de Anchar. sensit Bart. in l. legitimos, num. 5. ff. de legitim. tutoribus.

70 Ipse verò † cogitaueram aliter posse prædictas opiniones concordari, considerando, quod iurisdictio voluntaria, potest exerceri ab vno pręside in homine qui sit sub alio præside, quando scilicet ambo præsides recognoscunt vnum superiorem; secus verò quando iurisdictiones essent totaliter separatæ, & distinctæ, vt Papæ, & Imperatoris, cap. nouit, de iudic. quia tunc nō videtur quod vnus in territorio alterius, vel personis alterius quoquomodo possit se intromittere, sed finem requirere debet superiorem. Clem. pastoralis, de re iud. & Clem. ne Romani, de iureiur. Anchar. quem refert, & sequitur Roland. a Valle consil. 88. num. 36. versic. secundo respondetur, lib. primo. Sic itaque in proposito dicendum est, quod si apponatur decretum a præside prouinciæ qui habeat minorem, vel rem sub sua prouincia, licet prædictus minor, vel res sit alio præsidi quàm prouinciali suppositus, vel supposita, validè interponetur decretum, cū minor sit principaliter tali præsidi subiectus, & ita procedat d. l. si prædium; vt putà, si præses Perusinus, vel alius cui id onus interponendi decretum competat, interposuerit decretum in contractu, seu venditione minoris Assiensis, vel Fulginatensis, super re in territorio Perusino existente; vel etiam pręter Vrbinas interposuerit decretum in venditione minoris Vrbinatensis, de re existente in territorio Calliensi, vel è contra, vtique huiusmodi decreti interpositio validissima erit, cum d. minor, vel d. res, licet non sit supposita d. prætori, est tamen suppositus, vel supposita dominio d. pretoris, & sic consideratur iurisdictio ab ipso Principe, non autem a præside. Ideoq. poterit prætor Calliensis, vel Fulginatensis decretum interponere in possessione existente in territorio Vrbinatensi vel Perusino, cum vltra quod respectu ipsius minoris ratione originis, vel habitationis prætor ius habet, concurrat quoque illa iurisdictio Principis, vel principalis superioris; & ita procedat d. §. illud, vbi prætor permittit distrahi possessionem prouincialem,

lem, quia scilicet illa prouincia erat eiusdem superioris, vel Principis, sub quo erat etiã & ipse prætor; secus verò quando iurisdictiones essent totaliter separatæ, & distinctæ, per ea quæ mox diximus supra num. 70. & hanc animaduersionem quemadmodum subtilem, & nouam, ita quoque verissimam esse arbitror, pro qua facit id quod scripsit Innocent. in cap. per venerabilem, qui fil. sint legit. quod si Episcopus dispenset illegitimum ad ordinem clericatus suscipiendum, poterit sic dispensatus suscipere ordinem clericalem, & promoueri in alia dioceſi. Item consensus Episcopi dioceſani alicuius ecclesiæ datus in alienatione rei ecclesiasticæ, trahit effectum suum ad res etiam in alia dioceſi sitas, & extra territorium Episcopi dioceſani consilium præstantis, vt tenuit idem Innocent. in c. pastoralis, extra de priuileg. Bald. in Auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. eccl. & in l. 1. C. de contrah. empt. Io. Sichard. ad l. 1. nu. 4. C. de contrah. empt. tomo 1. & Cassan. cons. 31. qui multa in proposito refert. Prædictorum igitur ratio potest esse, quia omnes Episcopi eumdem recognoscunt Principem, quippè Pontificem, meritò eorum consensus extenditur etiam extra prouinciam. Optimè etiam in proposito huius nostræ animaduersionis nouæ deseruit, quod in simili tradit Franc. Herculan. in tract. de caut. de non offendendo, cap. 50. nu. 9. Retenta tamen communi opinione, vtrumque iudicem posse decretum interponere, quæ multum cum noua nostra animaduersione conuenire videtur.

71 Declara † eam procedere quando vnica esset tutela, vel cura, omniumq. bonorum administratio competit vni; aliàs si tutela, vel cura esset diuisa in plures, tunc vtique præses loci prædialis interponet auctoritatem, vt sensit expressim Vlpian. d. l. magis puto, §. illud, Salicet. d. l. si prædium, circa finem, & Nicol. Vigel. ff. libro 18. parte secunda, capit. 6. reg. 1. except. 3. versic. sexta replicatio.

72 Secundò declaratur, † quod siue iudex domicilij, siue iudex sub cuius territorio sunt situatæ res, rectè decretum apponet, necessariò tamen requiritur quod aliquo respectu sit iudex suus, alioquin si per iudicem non suum interponatur decretum, perinde est, ac si nõ esset appositum, d. l. si prædium. Vnde dubitabilis admodum redditur, quod scripsit Crauetta cons. 325. incip. plura, in fine, quem refert, & sequitur Rolan. a Valle cons. 88. nu. 6. lib. 1. dum putant iudicem Bononię posse interponere decretum in instrumento forensium, & non subditorũ, cum istæ dicatur actus voluntariæ iurisdictionis, qui exerceri potest coram quocumque iudice, & in quolibet loco, l. 2. ff. de offic. proconſ. & leg. & l. emancipari, ff. de adopt. requiritur etenim vt diximus, quod aliquo respectu sit iudex suus, prout etiam considerat Accurs. d. l. emancipari, in fine, qui non contentus de prima solutione, quod ibi simus in actu voluntariæ iurisdictionis, confugit ad aliam, videlicet, quod ibi proconsul auctoritatem exercebat inter homines suæ iurisdictionis, quod adeo verum est, vt iurisdictio interponendi decretum etiam ex consensu partium prorogari non possit, d. l. si prædium, per quem text. ita tenet Beroi. consilio 22. numero 46. cum sequ. volum. 2. vbi alios refert. Ex quo

73 postmodum infert, † quod mortuo Episcopo quamuis iurisdictio Episcopalis transeat in Capitulum, non tamen transit hæc decreti interpositio, cum sit de spectantibus ad Sedem Episcopalem, vt habetur cap. 1. nec sede vac. & ibi glos. Abb. & alij; ex quorum dictis etiam colligitur, quod mortuo Episcopo, Metropolitanus non potest auctoritatem interponere in alienatione rerum ecclesiasticarum, & consequenter eius iurisdictio quo ad decreti interpositionem prorogari non potest, per ea quæ traduntur per DD. d. capit. 1. quæ

omnia diligenter nota, quia sunt pulchra, & quotidiana.

74 Et aduertas, † quod non omnibus in locis idem iudex, seu officialis habet decretum interponere, sed variæ circa hoc ordinationes existunt. Nam in ciuitate Senarum tres existunt officiales pupillorum, habentes meram & absolutam potestatem procedendi & cognoscendi super eorum contractibus, ita tamen, quod non possint alienare sine solemnitatibus a iure communi requisitis; vt refert Roman. cons. 321. in prin. in casu propositæ consultationis. Hic verò Perusiæ solitum est vt tres Doctores de Collegio sorte extrahantur, qui dicuntur Iudices Communis, quorum officium est, decreta interponere super alienationibus, & alijs contractibus minorum, seu aliarum personarum, qui sine iudicis decreto alienare, vel contrahere prohibentur.

In patria autem mea, decretum istud interponi consueuit a Prætore, & variè tandem solet decretum interponi a Iudicibus, Doctoribus ciuitatum, terrarum, vel villarum, a Magistratibus, siue ab alijs quibuscumque secundum consuetudinem, ritum, statuta, & ordinationes locorum.

75 Sciendum tamen est, † quod non sufficit auctoritas cuiuscumque iudicis municipalis, sed oportet quod auctoritas illius iudicis interueniat, qui habeat cognitionem mixti, vel meri imperij, cum interponere decretum, & auctoritatem circa alienationem prædij minoris, sit de mixto imperio, vt adnotat Rofred. in tract. de libellis, par. 7. in rubr. de S. cons. Clementiano, sub nu. 4. vers. item non intelligas, vbi etiam inquit, quod multi quando impetrant officium iudicis a Domino Papa, vel a Domino Imperatore, faciunt apponi quod possint decretum interponere in talibus venditionibus, & cautè faciunt, quia aliàs non possent, l. ea quæ, & l. magistratibus, ff. ad municipal. & ita firmat Rofred. in loco supra relato.

Fuit mox in secunda declaratione dictum, ad hoc vt iudex decretum interponere valeat, requiri, quod aliquo respectu sit iudex suus, alioquin nullum
76 est decretum. † Quid si iudex laicus velit interponere decretum inter laicum, & clericum? & vtique ratione clerici non debet iudex laicus se posse intromittere: Namque cum diuersæ sint iurisdictionis, c. si diligenti, de foro compet. iudex laicus respectu clerici non dicetur iudex suus, ideo non debet posse se intromittere: Non defuerunt tamen qui senserint contrarium, quod iudex laicus quantum ad interponendum decretum, & auctoritatem suam, non dicatur incompetens inter laicum, & clericum, maximè quando persona clerici non obligatur, nec adstringitur a laico, Decis. Rotæ in antiq. decis. 207. sub rubr. de iudic. Gemin. in capit. vltim. §. vltim. de iudic. vbi volunt iudicem laicum posse interponere decretum in emancipationibus clericorum, quod sequitur Ripa respons. 113. ex processu, nume. 3.

De quo tamen ipse dubito, ex his quæ mox supra diximus, nempè, requiri vt aliquo respectu sit iudex suus, nec posse iurisdictionem interponendi decretum etiam ex consensu partium prorogari, d. l. si prædium, nisi forsan dixeris, vt superior opinio procedat, quando aliquo respectu iudex laicus esset iudex ipsius clerici, vel etiam vt sensit Ripa d. resp. 113. intelligamus, quando persona clerici non obligatur, nec adstringitur a laico, vt putà, si laicus venderet aliquam rem ipsi clerico: nam ratione ipsius laici minoris d. iudex laicus decretum interponit.

INSPECTIO II.

77 Constito de iudice qui habeat decretũ interponere, de plurib. ad ipsũ iudicẽ spectãtibus sępè dubitari cõtingit, & in pñti inspectione videamus, nũquid iudex hãc iurisdictionẽ auctori tatis

tatis interponendæ alteri delegare valeat. Qua in re disputatione omissa, tanquam non necessaria, concludas, hanc decreti interponendi iurisdictionē non posse per iudicē alteri demandari. gloss. vlt. in l. 1. C. de præd. & alijs rebus minorum. Bart. in l. Imperium, in 4. gradu mixti Imperij, nu. 20. ff. de iurisd. omniū iud. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, num. 5. vers. ea quæ requirunt, ff. de offic. proconf. & leg. vbi hanc sententiam * veram esse, & * communiter approbari inquit; quam ibidem sequitur Ias. nume. 82. & ceteri post eos; idem Bart. in l. vlt. num. 3. C. de præd. decur. lib. 10. & Io. de Plat. in l. 1. C. eod. Alberic. in l. minorum, C. de præd. & alijs rebus minorum. Castr. in l. cum hi, numero 4. ff. de transact. Barth. Socin. in princ. Ias. & Dec. pariter in prin. & Io. Mar. Rimin. nume. 2. in l. mandata, ff. de offic. eius. Dec. Cagnol. & Mainer. in l. omnia quę cumque, ff. de reg. iur. Alciat. in c. quod sedem, sub num. 70. vers. idem in causæ cognitione, de offic. ordin. & in tract. de Præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10. num. 4. Martin. Grat. Laudens. consil. 16. nu. 2. Natta cons. 162. num. 20. lib. primo. Castr. cons. 84. vol. primo. Corn. consil. 98. vol. primo. & nouissimè excellentiss. Riminald. vir equidem insignis, consil. 5. num. 192. lib. primo. Alex. Bald. Troian. in Pomilego, in verbo, decretum. Idq. optimè probatur in l. 2. ff. de offic. eius, l. 2. C. de adsessoribus, l. minorum, secundum intellectum Alberici, C. de præd. minorum, & l. vlt. C. de præd. decur. lib. 10. ibi, (Nec ex tabella decretum.)

Ea enim quæ requirunt causæ cognitionem, delegari minimè possunt, d. l. nec quicquam, §. vbi decretum, secundum communem intellectum. Bart. d. l. Imperium, numero 19. & Rofred. in tract. de libellis, par. 1. in rubr. quæ cau. poss. de leg. num. 5. vbi id optimè declarat. Non obstant modò, nonnulla quę communem hanc conclusionem dubiam reddere videbantur. & Primò, l. vlt. C. vbi, & apud quos, vbi restitutio in integrum minori competēs, potest delegari, licet plenam causæ cognitionem desideret. Cui responderi potest, ibi esse speciale fauore minorum, secundū gloss. in l. ea quę, §. primo, ff. ad municip. & in l. 1. ff. de damno infect. quam ibi ad hoc not. Angel. Bart. in d. l. vlt. in l. 4. §. primo, ff. de dam. infect. & in l. Imperium, col. pen. nume. 19. ff. de iurisd. omnium iudic. Quæ tamen resp. nihil valet, cum d. l. vlt. non solùm in minore, sed etiam in maiore procedat, cum de vtroque loquatur, vt ibi clarè patet, & ita tenet Alberic. Ias. nu. 82. & communiter alij omnes, d. §. vbi decretum. Imola, & alij in l. 1. ff. de de dam. infect. reprobata ibi gloss. Quamobrem respondeas tu melius, quod ratio specialitatis d. l. vlt. non est minoritas, sed causa restitutionis, quæ est fauorabilis, & ita d. l. vlt. intelligit Bart. & ante eum Petr. & alij sequuntur d. §. vbi decretum, refert Alciat. in c. quod sedem, nu. 70. vers. nec obstat solutio, de offic. ordin. licet d. solutionem impugnet. Secundò, vehemētius obstat text. expressus in l. suggerente, C. de offic. eius qui vic. al. gerit, quem pro contrario adducit Accurs. in l. 2. in suo vlt. scholio, ff. de offic. eius. quo in textu in proprijs terminis decreti cauetur, posse decretum ad alienandas minorum facultates per iudicem delegatum interponi, ibi, (decretum etiam.) Huic quoque contextui facilis est responsio, considerando quod ibi Cęsares loquuntur in subrogato, vel suffecto loco iudicis mortui, vel remoti, aut absentis, qui non habet delegatam, sed ordinariam iurisdictionem a iure concessam, quam solutionem tradidit Bart. quem cæteri sequuntur in d. §. vbi decretum, Mainer. in l. omnia quæcumque, numero 51. versicu. item tertio oppono, ff. de reg. iur.

78 Ex qua postmodum † solutione notatur, quod substitutis loco absentis, vel Vicarij qui dimittitur ab eo qui se absentat, vel qui ponitur loco mortui, habet

ordinariam iurisdictionem, non autem delegatam, quod notandum esse inquit Bart. d. §. vbi decretum. ad quod facit quod not. in l. 1. §. a profectis, ff. de leg. 3. & in Clem. & si principalis, extra de rescript. Cõcludendum igitur est, decreti interpositionem indelegabilẽ esse, quę conclusio ita cõiter firmata, ampliatur, vt procedat non solum in decreto, quod interponitur in contractu minoris, sed etiam in decreto super alienatione alimentorum, l. cũ hi. §. sed nec mandare, ff. de transact. not. Dec. in d. l. omnia quæcumque, nu. 3. & Alciat. in c. quod sedem, sub num. 70. vers. idem in causæ cognitione, de offic. ordin.

Ampliatur secundò, vt in omni contractu in quo requiritur decretum, & causæ cognitio, procedat hæc conclusio, vt delegari non possit, idq. per leges, & rationes supra adductas, quæ generaliter procedunt in omni cõtractu, in quo causæ requiritur cognitio. Et notes qđ omnia quæ dico de minore, poterunt etiam accomodari ad mulieres, & generaliter ad omnes personas, quæ sine decreto distrahere prohibitæ sunt.

79 Tertiò ampliatur, † quod sicut non habet locum delegatio, similiter non habeat locum prorogatio, vt alterius iudicis, ad quem nõ spectat cognitio, possit iurisdictio prorogari, vt not. Bald. in l. magis puto, §. illud, vers. nota a contrario sensu; vbi id notandum esse asserit, refert, & sequitur Io. Mar. Riminald. in l. mandata, nu. 2. ff. de offic. eius.

80 Ampliatur quartò, † vt quemadmodũ decreti interpositio delegari non potest, ita nec tutor poterit per alium causarum probationem facere in alienatione, nec petere per procuratorem quod iustificetur causa alienationis, & decretum interponatur, sed per se ipsum facere debet, l. minorum, secũdum communem intellectum glos. ibi, C. de pręd. minorum, & ibi Bald. & Salicet. l. procurator, secũdum vnam lecturam, C. de procurat. Accurs. Bart. nu. secundo. Salicet. num. 7. vers. nunc ad secundum, in l. neque, C. de procur. Roman. Barth. Socin. Ias. & Dec. in l. mandata, ff. de offic. eius. Angel. in l. post mortem, §. 1. & in l. qui in adoptionem, §. neque adoptare, num. 6. ff. de adopt. vbi plures recenset actus qui per procuratorẽ explicari nequeunt, inter quos est interpositio decreti, Ias. in l. 1. §. item acquirimus, col. 2. num. 15. ff. de acquir. poss. amplissimus, & eximius Cardinal. Alban. in vtilissimis lucubrationibus in Bart. ad l. magis puto, §. si pupillus, nume. 3. in lectur. Nicol. de Neap. ff. de rebus eorũ. Corn. cons. 98. videtur prima facie, nume. 1. vol. 1. Barth. Socin. cons. 131. sub nu. 3. vol. 4. Grammatic. cons. 137. nu. 16. & Roland. a Valle cons. 33. nu. 21. lib. primo. Alfons. Aluarez. in Speculo Sum. Rom. Pont. Imperat. ac Regum, cap. 80. vers. nunc videamus. Speculat. (vt refert Ias. d. l. mandata, in fine,) in tit. de procurat. §. 1. vers. ergo quid si constituerunt, non recordatus de dicta l. minorum, dubitauit de hoc, & arguit ad partes, licet postmodum dicat se consulere quod ipsimet tutores, vel curatores petant. Roman. sing. 427. nu. 1. Gomes. q. 65. de annali poss. Cassan. in consuetud. Burg. tit. Des droictz. & appar. §. 1. vers. & auctorite, nume. 3. fol. 130. vbi istius dicti ratione reddit. & Nicol. Moron. in tract. de treg. & pace, q. 72. par. 1.

Ea autem potuit esse ratio: quia talis licentia concedi debet causa cognita, d. l. magis puto, §. non passim. Ideo per tutores non potest constitui procurator, d. l. neque tutores. Ita dicit Corn. d. consil. 98. & ita argumẽtatur Accurs. d. l. minorum. & Socin. d. l. mandata, vbi arguit, quod quemadmodum non potest iudex auctoritatis interpositionem delegare in alienatione prædij minoris, eodem modo tutor non poterit petere per procuratorem, quod iustificetur causa alienationis, & decretum interponatur, sed per seipsum facere debet.

81 Ex quo postmodum † inferri potest, quod decretũ interpositum in ipsa alienatione per Auditorem Gubernatoris,

non

non valet, cum Auditor Gubernatoris non habeat iurisdictionem ordinariam, sed debet illud decretum interponi per præsidem, seu tenentem locum præsidis, l. & si præses, l.ob æs, l.etiam, & l.vtere, cum infinitis similibus, C. de præd.minorum, Nam cum decretũ cau sæ cognitionem requirat, non debet pos se delegari, per ea quæ mox diximus supra. Ideo cum Auditores Gubernatoris non soleant habere iurisdictionẽ ordinariam, nisi fortè in certis casibus, nõ videtur, quod eius decretum validum sit. Ita notanter consuluit Corn. consil. 98. sub nu. 2. vers. & per easdem, vol. 1.

Dicit tamen Bart. in l. 1. ff. de offic. adsess. quod de consuetudine non seruatur, vt adsessores non possint decretum interponere, licet de iure prohibeantur, l. 2. C. de adsessoribus.

82 Declaratur modò †concl. supra firmata, vt procedat de iure Ciuili, secus verò de iure Canonico, quo iure possunt delegari causæ, licet cognitionem requirant, glos. pen. in cap. quod sedem, & ibi DD. præsertim Alciat. nume. 76. vers. tertiò fallit, vbi id refert, licet per multa contrarium firmet, de offic. ordin. Inn. in c. constitutus, de relig. dom. Dec. d. l. omnia quæcumque, in fi. Bologn. latè in l. Imperium, ff. de iurisd. omnium iudic. Bart. in tract. de differ. inter ius Ciuile, & Canon. nu. 171. Bapt. a S. Blasio in tract. contradict. iuris Can. cum iure Ciuili, contradict. 6. Galuan. Bonon. de differ. Legum, & Canonum, differ. 20. & Hieron. Zanetin. de differ. vtriusque iuris, differ. 39. nu. 62. Socin. reg. 84. fall. 5. Gambar. de offic. & potestate legati de latere, lib. 5. tit. de potestate legati in vniendo, nu. 126.

Ex qua declaratione notanter inferri posset, quod in terris ecclesiæ, & alijs in locis, in quibus ex statutorum forma, vel consuetudine seruatur ius Canonicum, poterit interpositio decreti, super contractui minoris delegari, quod est valdè notandum, licet neminem id dicentem repererim.

83 An †autem, & quando sit seruãdum ius Canonicum, vel Ciuile, cum non sit præsentis indagationis, remitto me ad ea quæ copiosissimè (miro quodam ordine) nobis vtiliter tradidit Anton. Maria Coratius Cortonensis, vir equidem summi ingenij, acrisq. iudicij, (quem aliquando in cõdiscipulum habuisse, cum multa simul sæpe cõferre soliti essemus non inutiliter glorior) in elegantiss. ac non iuuene, sed valde seni, & experto, digno tract. de communi opinione, lib. 2. tit. 9. casu 30. nume. 151. cum seq. qui tract. ob maximam eius vtilitatem, & elegantem dispositionem vno vix (post primam impressionem) transacto mense, fuit iterum Venetijs editus.

Postremò declaratur, vt non procedat in Principe, qui cum possit delegare aliàs indelegabilia, iuxta tradita p Bart. & alios post eum, in l. prima, ff. de offic. eius. quod fuit secutus facũdissimus Castaldus in tract. de Imperatore, q. 110. vers. tertiò, vbi ponit 130. casus, de his quę sunt Principi reseruata; vtique dicendũ videtur, quod possit huiusmodi decreti interpositionem alteri demãdare.

INSPECTIO III.

FERIARVM, festorumq. dierum ratio in liberis requiẽ habet litium, & iurgiorũ; in seruis operum, & laborum, vt nobis memoriæ tradidit Cicero de Legibus; ita, vt desinamus mirari, si apud nostros interpretes dubitatum

84 sit, †nũ die feriato possit a iudice decretum interponi; qua in re duas principales reperi opiniones, quarũ prima est affirmatiua, vt sensit Salic. in l. actus, nu. 3. C. de ferijs. & ibidem Castr. qui valdè de contrarium sentientibus admiratur.

Idq. optimè suaderi videtur, ex d. l. actus, vbi actus omnes voluntariæ iurisdictionis, possunt quolibet tempore (etiam feriato) explicari. Sed hæc decreti interpositio est huiusmodi, vt ibidem DD. omnes fatentur, meritò poterit quacumque die interponi.

Præterea, decretum istud est auctoritas quædã alienationis permissiua, d. l. magis puto, §. in primis, & sensit Io. de Plat. in l. 1. C. de præd. curial. lib. 10.

Contraria tamen superiori opinio communis * est & verior, quam tenuit Cin. Iacob. de Arena, Bald. & cæteri in d. l. actus. Bart. in l. nec mandante, §. vult, ff. de tutor. & curat. dat. ab his. Castren. in l. Diuus Traianus, ff. de ferijs, & in l. cum hi, nu. 4. ff. de transact. (immemor eius de quo miratus fuit in d. l. actus.) Alex. d. l. Diuus Traianus, vbi hanc sententiam * magis communem esse testatur, & ibidẽ Iacob. de S. Geor. nu. 7. Io. de Imol. in c. conquestus, nu. 6. de ferijs. vbi etiam Petr. de Anchar. nu. 14. Hippolyt. Riminald. Inst. de donat. §. 1. nu. 193. Anchar. cons. 116. num. 6. vers. fuit enim decreti interpositio nulla ipso iure. Speculat. in tit. de ferijs, §. 2. nu. 13. lib. 2. & ibi Io. Andr. in addit. ad eum. Robert. Maran. de ordine iudiciorum, in 10. actu, vers. actorum editio, nume. 34. Anton. Nicell. de Concordia glos. concord. 52. nu. 315. fall. 71. Io. Bertachin. in tract. de Episcop. lib. 1. de causa efficienti, q. 12. vers. nunc quero, nu. 16. Cassan. in cõsuetud. Burgund. tit. des rustiques, rub. 1. §. 6. num. 96. fol. 68. quem refert & sequitur Petr. Duen. reg. 188. nu. 4. Alex. Bald. Troian. in suo Pomilego, in verbo decretũ. Rol. a Valle cons. 7. nu. 23. lib. 3. Petr. Rebuff. super Cõcord. de conclus. Lateran. Concilij, in glo. decretis, vers. quartò annullatur, car. 404. Guid. Pap. decis. 215. in fine, an executio sententię. Iafred. Lãfran. Balb. decis. 353. & alij passim. Pro qua plura adducuntur, & Primò, decreti interpositio requirit causæ cognitionẽ, d. l. magis puto, §. ne passim, & latius diximus supra eo. tit. n. 31. Ergo nequaquã poterit die feriata interponi, l. 3. §. si causa cognita, ff. de bonorũ possess. & l. 2. §. dies, ff. quis ordo in bonorũ possess. seruetur. per quod argumentum, verissimã hanc opinionẽ crediderunt omnes præcitati.

Secundò debet iudex dare viatorem qui referat pecuniam versam esse in vtilitatem minoris, d. l. magis puto, §. ne tamen, & dixi supra n. 56. talisq. relatio facięda est diebus non feriatis, ita in ꝓposito arguit Iacob. de Arena in d. l. actus.

Adducitur Tertiò l. vlt. C. de fer. ibi, nulla admonitio. At quando alienãtur bona minoris, requiritur licitatio, l. ait prætor, §. hodie, & l. si in emptione, ff. de minoribus. diximusq. supra num. 64.

Quartò mouentur, quia decreti interpositio fieri debet iudice pro tribunali sedẽte, l. 3. §. si causa cognita, ff. de bonorum possess. & l. a procedente, C. de dilat. & dictum fuit supra nu. 63. & iudice examinante, & approbante causas ob quas conceditur distractio, quibus in rebus admonitiones fiunt, & testes rogantur, quæ omnia debent diebus iuridicis fieri. Qñ etenim aliquid fit cũ cognitione causæ, fieri debet iudice pro tribunali sedente, secundum Bart. in l. nec mandante, §. vlt. ff. de tutorib. & curat. dat. ab his. ex quibus fortiter firmata remanet communis hęc sententia. Quę verò fuerunt supra in contrariũ considerata, non multum vrgẽt, si quidem d. l. actus, loquitur de voluntaria iurisdictione, & in fauorem libertatis, quippe, de libertate serui dum manumittitur, & filij dum emancipatur, ita respondent Iacob. de Arena, Speculat. Iafred. Lanfran. & alij præcitati. Præterea, non procedit id qđ diximus, vbi requiritur causæ cognitio, vt supra in primo arg. cõis opin. & hinc est postea, quod die feriata (etiam in honorem Dei) potest tutor decerni, & confirmari, quando causæ cognitio non exigitur, aliàs secus, nempè quando datur per inquisitionem, l. qui habet, §. quolibet, ff. de tutel. l. nec mandante, §. vlt. & ibi Bart. ff. de tutor. & curator. dat. ab his, & Iafred. Lanfran. decis. 352.

Hinc ẽt est, quod insinuatio donationis, die solẽni fieri poterit, cum causæ cognitionẽ non desideret, Oldr. cons. 252.

85 Noniter ipse † putaueram, posse opiniones istas distinctionis fœdere conciliari; quod aut sunt feriæ in honorẽ Dei in du-

inductæ, vt in die Dominico, in festo Paschatis, vel alijs similibus diebus festinis, in quibus omnia opera, & exercitia conquiescunt, & tunc procedat cōis opinio, quæ habet, feriarum tēpore non posse decretū interponi; & ita omninò intelligenda est l. vlt. C. de ferijs, dum vult, quod nulla quemquam vrgeat admonitio: nulla fideiussorum flagitetur exactio: taceat apparitio: aduocatio delitescat: sit ille dies a cognitionibus alienus: præconis horrida vox silescat.

Aut verò sunt inductæ feriæ ob necessitates hominum, & tunc crederem opin. Salic. & Castr. contra cōem verā esse: quia inquisitio quæ fit a iudice interponente decretum, non fit in contradictorio iudicio, & iudex requirit affines, necessarios, seu amicos minoris, ex suo officio, & pro sui informatione. Vnde sicut contractus pōt fieri die feriato, ita interpositio decreti super illo, cū decretum sit auctoritas quędam permissiua, d. l. magis puto, §. in primis. Præterea, si decretū die feriato ob necessitates hominum interponi nequiret, alterū ex duobus sequeretur, quod cum vindemiarum, seu messium ferię quamplures dies, mensesq. perdurent, aut quis per illud longissimū tempus suum consequi non posset, quod iniustissimum, atque iniquum valdè foret; cum non debeat minor ex aliena iactura locupletari, l. si prædium, C. de præd. min. aut verò id tam longum temporis interuallum in quo minor contractum celebrare non valeret, maximū ei posset præiudicium afferre, vt putà, q̄n ære alieno vsurarum modus carendū suaderet, iuxta d. l. magis puto, §. non passim. multisq. etiam alijs in casibus considerari posset præiudicium non inconsiderabile quidem, si deberet minor expectare donec perdurant ferię, pro qua distinctione a nemine adhuc quem viderim cōsiderata, plurimum facit huius ciuitatis Perusinæ, Calliensis, & plurium aliarū etiam, consuetudo, secundum quā passim talibus ferijs ob hominum necessitatē inductis apponuntur decreta. Si autem præsens hæc concordia, seu distinctio, quam verissimam arbitror, non satisfaciat, notes aliam non insensibilem, nouā, nec multum, aut nihil profectò ab ipsa veritate alienam, videlicet, quod aut minori est vtile tali feriarum tempore decretum interponi, & tunc vtique interponi licebit, cum causa minoris sit causa pia, secundum Azon. mox infra citādum, propter quam valet decretum interponi, etiam die feriata, c. vlt. de ferijs, vbi in causis pijs non attenduntur feriæ, & ita tenet Azo in Sum. C. de ferijs, num. 7. vbi in specie nominat causam minorum, causam piam, ob quam liceat feriato tempore quid celebrare. Maran. de ord. iud. in 10. actu, versic. actorum editio, n. 34. limit. 5. Aut verò minori non est vtile vt tali tempore decretum interponatur, & tunc procedat cōis opin. ne quod in minoris fauorem inductum est, nempè, quod eius causa dicatur causa pia, retorqueatur in odiū, contra l. quod fauore, C. de legibus.

Si autem communi opinioni adhærere velis omnino, declara eā tribus mo-
86 dis. † Primò, vt nō procedat quoties vltra ius commune extarēt statuta disponentia, quod vnus, vel duo cognati debeant interueuire, qui inrent coram iudice alienationem tēdere in vtilitatem ipsius minoris, nec alia necessaria sit inquisitio, tunc etenim tali statuto extante, potest decretum interponi die feriato, etiam in honorem Dei, cum non requiratur causę cognitio, ita namque declerat Salicet. in d. l. actus, num. 3. Quæ tamen declaratio posset forsan in dubiū reuocari, quia licet per huiusmodi statutum tollatur causę cognitio, remanet adhuc impedimentum aliud, si quidem debet interponi decretum iudice pro tribunali sedente, vt iam supradiximus, quod impedimentū per præd. statutū non remouetur; nisi tamen saluando Salic. dicas, quod cū ista interpositio decreti sit actus voluntariæ iurisdictionis, neque requiratur causæ cognitio,

licet

licet interponatur iudice sedēte, poterit vtrique iudex etiam tempore feriato decretum interponere.

87 Declaratur secundò,† nō procedere vbi immineret necessitas actus, nā tunc etiam quod requiratur causæ cognitio, poterit die feriata decretū apponi, l.solet, ff.de ferijs. Azo in Sum. C.de ferijs, num.5.& 7. Marant.de ord.iudic.in 10. actu,versic.actorum editio, num.33.& Guido Pap. in proprijs terminis quæst. nostræ d.decis.215. in fine.

88 Vltimò declaratur,† quādo celebraretur contractus in pręsentia Principis, tūc etenim etiam feriato tempore poterit decretum interponi. Speculat. in tit. de ferijs, §. primo, vers. est autem. Nec mirum, cum in præsentia Principis possit minor etiam sine decreto alienare. Ad instar enim præsidialis decreti,concessio principalis accedit,vt expressè rescripsit Imperator in l.illud, C.quando decr. op. non est, per quem textum ita ibi notant Bart.& Bald.est etiam tex.in l.2. in fine, ff. de rebus eorum. Azo in Sum. C. quando decr. opus non est, in princip. Brun. in tract. de form. tit. de probat.& præsumpt. formę,col.45.versic. supplet autem. Nicol. Vigel. ff.lib. 18.par.2.cap.6.reg.1.except.4.Ferand. Vasq. de success. creat. tit. de testamentorum pot. §.10. sub num. 78. vers. decimosextò, lib.1. Aemil.Ferett.respon. 43.num.3. Roland. a Valle consil.54. nu.12.lib.2. Lancell. Conradus in Tēplo omnium iudicum, lib.1. capit.1. de Imperat. §.4. de præstant.& pot.Imperat. versic. tertiò, num. 18.& 19. in fi. facūdissimus Castaldus in tract. de Imperatore,quæst.110. casu 19. & expressius casu 61. in qua quæst. 110. per tot. recenset casus 331. de his quæ sunt Principi reseruata.

INSPECTIO IIII.

89 DECRETVM non vitiari † ratione incertitudinis quæ oritur ex alternatiua, elici posse videtur ex edicto Vlpiani in l. si pupillorum, §. si prætor, versic. quid ergo, ff.de rebus eorum. licet enim prætor non debeat ita decretum interponere, cum tamen ita alternatiuè interponit, validum est, electioq. illius est,cui decretum dirigitur, d.§.si prætor.

Ex quo ibi id fuerunt secuti Barto. Bald.& alij.Nicol. de Neap.in §.si quis autem, de hæred.& Falcid. Io.de Plat. in l.vlt.in fine, C.de præd.curial.lib.10. Carolus Cotta in gloss. l.2.in verbo,infiduciauerit, tit. de prohib. alienat. minorum,in leg. Longobardorum. Alex. in l.vbi autem, §. qui illud,aut illud,nu. 6. & ibidem Zas.num.10. ff.de verbor. obligat. Mainer.in l.non debet cui, nu. 10. ff. de regul. iur. Azo in Sum. C. de præd.minorum, num.6. Barbat.in cap. ex parte, de foro compet. in c.constitutus, de in integr. restitut. in c. cum dilecti, de empt. & vend. & in repetit. cap. Rainaldus, de testam. quæ Barbatij loca per me visa minimè fuere, citantur tamen ab ingeniosissimo eius discipulo Corsetto, qui hoc inter sua singularia posuit, in verbo, decretum, el 2.dicens esse casum in d.§. si prætor, vnicum, & singulare. idem sensit Alex. consil.77. par.4. & cons.189. viso statuto, num.4. lib.7. qui omnes concludunt decretum alternatiuè interpositum validissimum fore, non obstante quod tale decretum dicatur esse iniustum, & minori læsionem afferre posse, propter malam electionem quam facere posset tutor, † &

90 sic factum tenet licèt iniustum, & fieri minimè deberet, vt ex d.§.colligit Marsil.in rubr. de fideiuss. num.310. multa ad id adducens. Ex quo colligit Bart. d.§.si prætor, vers. quid ergo, per illum textum, quod si Episcopus dicat, concedo licentiam vendendi rē minus damnosam ecclesiæ, malè facit; quia deberet rem ipsam alienandam specificare; & tamen si id facit, valet dicta licentia. & Bart. sequitur Alex.d.cons.189.nu.5. Sic quoque sententia sub cōditione ferri non debet, tamen lata tenet,& debet appel-

appellari, l. 1. §. biduum, ff. quando appellan. sit. Accurs. in l. cum eorum, C. de senten. & interlocut. vbi etiã Castrensis.
91 Ego verò † valdè sum semper admiratus de tali Doctorum intelligentia circa d. §. si prætor, vers. quid ergo, quia ibi expressè cauetur decretum alternatiuè interpositum non valere, dum ibi dicitur, (Dummodò sciamus prætorem non rectè partibus suis functum.) Si igitur prætor decretum alternatiuè interponendo non rectè partibus suis fungitur, sequitur necessariò, quod tale decretum non valeat, cum sit sine causæ cognitione interpositum, l. minorum, secũdum communem intellectum, C. de præd. minorum. & diximus supra nu. 31. Debet namque prætor statuere, & eligere vtrum magis obligare, an vendere permittat, vt expressè cauetur d. §. si prætor, & in l. magis puto, §. item prætor, ff. eod. quibus in locis habetur, quod idem prætor æstimare debet vtrũ vendere, an obligare permittat; cum igitur prædicta non obseruauerit, sed alternatiuè decretum interposuerit, alienatio cum tali decreto facta, vtique prorsus nulla reddetur. Nec obstat (& in hoc iudicio meo decipiuntur Scribentes) dum in d. §. si prætor, versic. quid ergo, dicitur: Si prætor vendere, vel obligare permiserit, an possit habere liberum arbitrium quid faciat, (& postea subiungitur) & magis est vt possit. Ergo dicunt præfati Scribentes, tale decretum ita alternatiuè interpositum validum erit, quandoquidem dum ibi dicitur, (& magis est vt possit) non debet per hoc intelligi, quod decretum ita interponi possit, itaque interpositum valeat, sed debet intelligi decretum illo casu prodesse illis tutoribus, qui ex permissione prætoris alienarunt, ne scilicet ipsi malè administrasse videantur; sicut in simili diximus supra, in Præfat. sub num. 68. ad intellectum l. qui filiũ, ff. vbi pup. educ. debeat. vbi licet alimenta in casu de quo ibi citra Magistratuum decretum præstita sint, non per hoc tamen dicendum est, non requiri decretum, sed operatur ibi iussus iudicis, quod iudicio tutelæ, tutores non teneantur, vt latius d. num. 68. conclusimus. Ita igitur isto casu dicẽdum est, & iste, ni fallor, verissimus est intellectus d. §. si prætor, versic. quid ergo, & ita inueni postea dictum contextũ intelligi ab eruditiss. ac nostræ tempestatis facilè principe Iacobo Menoch. de Arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. casu 171. num. 18. & non parum quidẽ sum lętatus absque eo quod ipsum vidissem, sensisse idem quod sensit doctissimus ille vir. Et quod decretum alternatiuè interponi minimè valeat per eumdẽ, §. si pætor, versic. quid ergo, firmanit expressè Roman. in l. bonorum, num. 32. versic. in decreto patet, C. qui admitti. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. 5. q. princ. vers. sed circa, sub nu. 103. cum seq. & Iodoc. Damhouder. in sub hast. compend. exeg. cap. 2. num. 37. quos a nemine quem viderim ad id citatos reperi. Ex quibus putarem omninò concludendum esse decretum alternatiuè interponi haud posse, sed debere esse certum, & clarum, quænam res sint alienandæ, & an alienari, an verò obligari permissum sit. † Nã etiam
92 quod cõcessa sit venditio, quod est maius, nõ censetur permissa obligatio, nisi expressè dicatur, quod est minus, vt visum fuit Vlpiano d. §. si prætor. & ibidem notant Iacob. de Aret. & Bald. in-
93 quiens, † quod decretum est stricti iuris, nec extenditur ad similia, vel maiora; & in simili est text. in l. si debitorem meum, ff. de nouat. & per d. §. si prætor, id fuerunt secuti Bart. Alberic. & Cuman. in l. sicut, §. sed si permiserit, ff. quibus mod. pign. vel hypot. soluatur. Alex. num. 2. & Ias. num. 13. in l. in actionibus, ff. de in lit. iur. idem Ias. in l. in suis, num. 27. ff. de liber. & posthum. Barth. Socin. in l. certi c ndictio, §. quoniam igitur, sub num. 10. ff. si cert. pet. Dec. in l. vni. num. 31. in 2. lect. C. quando non peten. par. Io. Crot. in l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 120. ff. de leg. 1. Nicol. Vigel. ff. lib.

ff. lib. 18. cap. 6. par. 2. reg. 1. except. 3. versic. nona replicatio. Dec. Cagnol. & Mainer. in l. non debet cui, ff. de reg. iur. Felin. in c. vlt. num. 8. versic. fallit quarto, de accusat. Anto. Burg. in rubr. de empt. & vendit. extra col. vlt. d. §. si prætor, multum extollens. Azo in Sum. C. de præd. minorum, nu. 6. Paris. consil. 100. num. 24. lib. primo. Curt. sen. consil. 74. col. 15. vers. respondemus. Natta consil. 631. num. 37. lib. 3. Augustin. Bero. consil. 124. num. 21. vbi dicit, quod verba decreti debent specificè, & ad vnguem obseruari, consil. 182. num. 9. & consil. seq. num. 5. vol. primo. Hyppol. Riminald. consil. 5. nu. 216. & seq. & consil. 54. nu. 60. lib. 1. Euerard. in sua Cent. in loco a Ratione legis larga, ampla, seu generali, in 2. casu, versic. primò enim. Roman. sing. 217. incip. an in decreto. Fabian. de Monte, in tract. de empt. & vendit. 2. q. princ. sub num. 13. Pet. de Rauen. sing. 149. in decreto. & Ferand. Vasq. de success. creat. tit. de testam. potent. §. 10. sub num. 72. extens. 16. lib. 1. vbi id valdè notandum asserit.

94 Pro quo facit, † quod voluit Alexan. cons. 3. lib. 3. quod per licentiam datam de concedendo in emphyteusim absque alia solemnitate rem ecclesiæ aliàs ita concedi solitam, non poterit in feudum dari, quamuis æquiparentur, & per dationem in feudum res ecclesiæ melior efficiatur; quod non alibi videtur fundatum, quàm in d. §. si prætor. Idq. confirmatur ex eo q; nobis notanter tradidit Matth. de Affl. lib. 3. Constitut. Neap. rub. 5. num. 16. & in cap. 1. quæst. 24. notab. 12. num. 107. de pro-

95 hibit. feud. alien. per Feder. † Quod si habens feudum a Rege obtineat vt illud alienare possit, ipse verò, vendat, adiecto pacto pignoris, seu hypothecæ ipsius feudi, donec soluatur pretium, venditio valebit, non autem obligatio, quod est notabile dictum. Item facit id quod sensit Aret. in l. si quis extraneus, in fine, col. 2. ff. de acquir. hæred. Roman. d. sing. 217. & Augustin. Bero. consil. 123. num. 17. vol. 1. qui volunt, quòd etiam ex maioritate rationis in licentijs, & decretis extensionem facere non liceat.

Ratio autem principalis Conclusionis redditur per glo. in l. non debet cui, ff. de reg. iur. Nam cum in decreto (inquit Accurs.) requiratur causæ cognitio, non venit id super quo causę cognitio non præcessit, quæ ratio satis mihi placet, quam ipse solitus sum confirmare ex pulcherrimo verborum contextu in l. siue generalis, circa finē, ff. de iure dot.

Alia ratio redditur per Felin. in d. c. vlt. num. 8. in 4. fall. quia in dispositione hominis materia exorbitans nō extenditur a maioritate rationis, cap. cui, de præben. in 6.

Duas alias rationes adfert Alberic. in d. §. si prætor, quas poteris apud ipsum videre.

Altera est ratio quę traditur per DD. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verbor. obligat. quod ideo illud ibi sit, propter formam in qualibet alienatione prędiorum minoris requisitam: Ideo si in decreto iudicis causa cognita permissa esset venditio nō liceret hypothecare, nec è contra, & hoc quia deficit forma, quæ tamen ratio non placuit Moder. Paris. vt refert Gabriel. Saray. in addit. ad sing. Rom. sing. 217. qui dum cum eo, de d. §. si prætor, alloqueretur, dixit illam Doctorum rationem non sibi satisfacere, tamquam magis Mathematicā, & Physicam, quàm ciuilem, & practicam; aliterq. putat ipse intelligendum fore d. context. quod ideo id procedat in d. §. si prætor, quia ibi illud decretum, & causæ cognitio præcedens, non in genere, sed super certo indiuiduo actu specialiter, & limitatiuè interposita sunt: Ideo si aliter fiat quàm in causæ cognitione, & decreto deductum est, nihil agitur, idest nō agitur ille actus qui specialiter in causæ cognitionem, & decretum deductus est, & sic decretum nullum habet fomentum, & ita dicit ipse loqui, & debere

debere intelligi d. §. si prætor, itaque dicebat se aliàs tenuisse in repetit. d. l. 1. §. si quis ita, & firmauit in secunda par. Cōmentariorum Analyticorū in Consuetud. Parisi. tit. 2. gloss. 1. versic. 5. col. 2. num. 4. & 5. Verum licet iste Doctor de isto intellectu plurimum glorietur, nihil tamen aliud dicit, nisi quod dicunt DD. compendiosius, quod ideo illud fit propter formam in qualibet specie aliénat. prædij minoris distinctè, & sigillatim requisitam; formam autem intellexerunt physica quadam ratione, & ita, (& rectè quidem) animaduertit Gabriel Saray. in add. d. sing. Romani 217. & si rectè considerabis, tam ratio Doctorum in d. §. si quis ita, quam etiā ratio Mod. Paris. quæ nulla alia est, quàm ea quæ supra primo loco, ex Accurs. in d. l. non debet, adduximus.

Ex quibus rectè firmatum apparet, cui quod plus est licet, non licere quod est minus, in hac nostra decretorū materia, cum decretum sit stricti iuris, nec extendatur ad similia, vel maiora. Animaduertendum tamen est, dum Bald. ex d. §. si prætor, colligit decretum super re maiori interpositum, ad minorem non extendi, idq. colligi ex d. §. si prætor, hoc falsum esse, & in eo decipi Bald. cum in casu d. §. si prætor, non credatur minus esse obligare, quàm alienare, cum interdum plus sit obligare, quàm alienare, nempè, ratione minoris vtilitatis, quæ inde minori prouenire potest; per quod Iacobus Menochius de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. casu 171. nu. 19. putat reprehendendum esse Bald. in d. §. si prætor, dum ex eo colligi vult plus esse alienare, quàm obligare. Augeoq. ipse difficultatem contra Bald. ex his quæ traduntur per Imperatorem Inst. quibus alien. licet vel non, in principio, vbi lex Iulia prohibebat alienationes quæ inuita muliere fiebāt. Hypothecas autem etiam ea volente prohibebat; & sic magis ibi prohibetur mulier obligare, quàm alienare. Præterea, aliena res vendi potest, pignori autem tradi nequit glos. in l. rem alienam, ff. de contrah. empt. sequitur Io. Sichard. ad rubr. C. de rebus alien. non alien. num. 2. tom. primo. Euenire siquidem potest, vt alienatio minori vtilior sit, quàm obligatio, propter pericula quæ possent euenire re obligata, non autem vēdita; quandoquidem si ruina, incendio, vel alio casu res obligata periret, minori periret, secus si alienata fuisset: quia tunc ipsi emptori, non autem minori periret, vt per Gabriel. Saray. in præcitato loco.

Posset tamen defendi Bald. quod licet interdū plus sit obligare, quàm alienare, regulariter tamē contrarium est, fuitq. locutus Bald. a communiter accidentibus, arg. l. nam ad ea, ff. de legibus. regulariter enim qui potest vendere a fortiori obligare valet, ad not. in l. 1. C. de patribus qui fil. distrax. cum similibus, ex quo firmissimum remanet dictum ipsius Baldi, quod ex d. §. si prętor, rectè colligatur plus esse alienare quam obligare.

INSPECTIO V.

INCERTITVDO non modò ex alternatiua, sed etiā ex conditione oritur, cum propriè conditio sit de futuro, l. cum ad præsens, cum ibi not. ff. si cert. pet. & §. conditiones, Inst. de verb. obligat. coniungendo igitur inspectionem hanc cum superiori, videndum necessa-
96 riò est, † An valeat decreti interpositio sub conditione hoc modo facta: quatenus, vel si, & inquantum de iure debeo interpono, alias minimè; qua in re duas inueni opiniones, quarum altera est, vt decretum interpositum cum d. clausula, si, & inquantum, validum sit, vt sensit Bart. in l. cum propter, ff. de leg. præst. Bald. in l. 1. col. pen. versic. vlterius quæro, C. qui admitti. quem refert Alex. in addit. ad Bar. in l. etsi conditionalis, ff. de auctor. tut. Imol. num. 24. & seq. Felin. nu. 2. in c. cum contingat, de off. iud. de leg. Roman. cons. 501. nu. 3.

omni-

omnipotens, vbi & multa alia tradit in proposito d. clausulæ, si, & in quantum, & Moderni in tract. clausularum, mihi pag. 5. & 6.

Mouentur autem prædicti: quia ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis quo ad partem, sunt contentiosæ quo ad iudicem, ex his quæ traduntur in l. 1. ff. de iurisd. omnium iudic.

Atqui decretum est huiusmodi, secũdum Romanum in l. bonorum, nu. 29. C. qui admitti. ergo poterit iudex compelli ad petitionem partis decretum interponere.

Cui argumento respondetur, quod iudex benè tenetur ad petitionem partis decretum interponere, sed debet id facere prehabita causæ cognitione, non autem cum præd. clausula, si, & inquãtum, vt mox infra dicemus.

Secundò mouentur (cæteris omissis,) quia in aditione hæreditatis, quod non adeatur cum conditione de præsenti, est speciale, ergo non debet ad alium casum extendi, ita arguit Roman. in d. l. bonorum, num. 3. & Felin. d. c. cum contingat, num. 2. Et huic quoque fundamento responderi potest, negando hoc esse speciale, non etenim ipsi id probãt, sed ex eo est, quod aditio cum conditione etiam de præsenti non valet, quia est actus legitimus qui nõ recipit diem, neque conditionem, l. actus legitimi, ff. de reg. iur.

Contraria itaq. superiori est opinio, quam videtur tenere Bart. sibi contrarius, in l. si quãdo, in fine principij, ff. de leg. 1. & in l. etsi conditionalis, ff. de auct. tut. (licet re vera id ibi nõ firmet, sed sub dubio relinquat.) Ang. in l. item eorum, §. si decuriones, ff. quod cuiusque vniuersit. nomine. Fabian. de Mõ. in tract. de empt. & vendit. 5. q. princip. versic. sed circa, sub num. 103. cum seq. Iodoc. Damhouder. in subhast. compend. exeg. cap. 2. num. 30. cum seq. vsque ad finem, vbi hanc Angeli opinionem esse * longè receptiorem, ac magis iuri consonam, arbitratus est.

Pro qua sententia hæc potissimum adducuntur, & Primò: Quia actus super quo requiritur decretum, nõ valet, cũ celebratus est ante interpositionem decreti, quando ita interponitur cum præd. clausula, si, & inquantum; debet igitur iudex interponere decretum ante actum vt valeat, non autem ita sub dubio. Respondetur ex mente eiusdem Bart. in d. l. cum propter, quod d. verba, si, & inquantum de iure processit, debẽt intelligi aliàs præter decretum, vel edictum decreti; quare iudex defectum decreti intendit supplere, & ita ex mente Bart. respondet Imol. d. c. cum cõtingat, num. 24. & in c. cum nos, num. 9. de his quæ fiunt a prælato, vbi id clarius explicat, dicendo: quia mens iudicis videtur fuisse, quod si alienatio aliàs esset nulla, etiam dato quod interueniret decretum, tunc non intendit interponere, si sit valitura interueniente decreto, quod menti tenendum esse dicit Imola.

Secundò adducitur, interpositio auctoritatis est actus legitimus, qui conditionem non recipit, vt expressim cauetur in l. etsi conditionalis, & ibi Bart. ff. de auct. tut. & l. actus legitimi, ff. de reg. iur. At quando interponitur decretum cum d. clausula, si, & inquantum, dicitur interponi sub conditione, vt notissimum est meritò.

Verũ est, non valere decretũ sub conditione, scilicet vera, quæ conditio vera, & propria est de futuro, l. cum ad præsens, ff. si cert. pet. secus verò si simus in conditione de præsenti, per textum in l. a diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. ita respondit Bart. in d. l. etsi conditionalis, & Felin. in d. c. cum contingat. Nec obstat si replicãdo dixeris, quod etsi conditio sit de præsenti, nihilominus annulletur actus, vt est casus secundum Bart. in d. l. etsi conditionalis, & in l. eum qui duobus, §. vlt. ff. de acquir. hæred. Ergo videtur quod decretum hoc de cuius validitate agitur, dicatur nullum, etiam quod sit cõditio

de præ-

de præsenti, cui tamen obiectioni facilis est responsio, (& in hoc fortè errauit Bart. secundum Roman. in d.l. bonorum,) quod licet speciale sit in aditione hæreditatis, quæ vitiatur ex appositione conditionis de præsenti, d.l. cum qui duobus, in fine; secus tamen est in ipso decreto, quoniam illud non vitiatur ex appositione conditionis de præsenti, seu de præterito, sed de futuro tantum, vt est casus in d. l. a Diuo Pio, §. in venditione.

Tertiò adducitur, quod decretum non debet esse alternatiuũ, sed clarum, & certum, vt sensit Vlpian. in l. si pupillorum, §. si prætor, ff. de rebus eorum. Id tamen non transit sine difficultate, cum ex eodem cõtextu quamplures in contrariam iuerint sententiam, vt superiori inspectione satis dictum fuit; & per hæc, & multa alia similia, quæ facilè possent adduci, apparet vtramque opinionem disputando defendi posse, Bald. in l. 1. C. qui admitti. quem refert Roman. in d. l. bonorũ, nu. 28. & Imola in c. cum nos, sub num. 8. de his quæ fiunt à præl. has opiniones distinguendo conciliat, quod aut suadet vtilitas interponi decretum, & tenebit interpositio, quia tunc iudex ad instantiam partis tenetur interponere decretum, arg. eorum quę habentur in l. 1. cum ibi not. ff. de iurisd. omnium iudic. & in l. muneris, §. iudicandi, ff. de mun. & honor. Aut verò vtilitas non suadet vt interponatur decretum, & tunc non debet ita interponi, cum d. clausula, si, & inquãtum; quæ tamen distinctio facilè reijcitur, ex his quæ supra in 1. argum. prioris opinionis tradidimus.

97 Quamobrem † ego has opiniones facillimè conciliandas esse censeo, duos considerando casus. Primus quando ante decretum interpositũ cũ d. clausula, si, & inquantum, non præcessit causæ cognitio, quo casu nullum redditur decretum, quia causa cognita, scilicet, an contractus expediat vtilitati pupilli, vel non, debet decretum interponi, & sine causæ cognitione interpositum nullum est, l. cum hi, §. si prætor, ff. de transact. d. l. magis puto, §. non passim, & latiss. tradidimus supra num. 31. Vnde peruersio ordinis, qui necessarius est, actum nullum reddit, l. prolatam. C. de sent. & interlocut. omnium iudic. not. per Bart. & alios in l. 2. §. si prius, ff. de vulg. & pupill. & in proprijs terminis nostris dixit Bald. in d. l. magis puto, §. si æs alienum, inordinatum decretum nòn valere, sequitur Roland. a Valle consil. 7. num. 68. lib. 3. Secundus casus est, quando causæ cognitio præcessit decretum taliter interpositum; & tunc vera est opinio, quia cum d. conditio sit de præsenti, decretum non vitiat, d. §. in venditione, quod ex duobus precipuè fortiss. coroboratur. Primò, quia talis conditio est intrinseca, & dependet ex actitatis, quæ similiter sententiã, vel decretum vitiare non habent, vt est casus notabilis in l. cum iudex, iuncta gloss. C. de senten. & interlocut. omnium iudic.

Secundò confirmatur ex eo, quia talis conditio quæ in d. clausula, si, & inquantum, continetur, statim potest impleri, & verificari. Si enim valet sententia lata de futuro sub conditione, quæ statim post sentẽtiam verificari potest, l. generaliter, §. 1. C. de rebus cred. & tradit glos. in d. l. cum iudex, quantò magis si feratur sententia, aut interponatur decretum sub conditione de præsenti, similiter statim verificanda? quæ propriè conditio nõ est, l. cum ad præsens, ff. si cert. pet. & l. conditio in præteritũ, ff. de verbor. oblig. licet namque decretum sub conditione interponi minimè valeat, l. etsi cõditionalis, vbi Bart. ff. de auctor. tut. Curt. sen. cons. 4. num. 2. vbi id expressim firmat; tamen sub conditione de præsenti, quæ statim verificari potest, benè interponi valet decretum, cum ea non propriè dicatur conditio, & ita voluit Bald. in l. vlt. circa princip. C. de testam. manumiss. Felin. in d. cap. cum cõtingat, col. 3. vbi latè, & declarat

Sebastian.

Sebastian. Sapia in repetit.l.1.num.22. C.qui admitti. Et hos duos casus videtur sensisse Rom.in d.l.bonorum,num. 28. vers. item in quantum,vsque ad nu. 32.quos notes perpetuo, quia notabiles sunt in proposito, & a nemine adhuc ita dilucidati, atque exornati.

Ex qua decisione postmodum DD. inferunt, ad id de quo quotidie quaeritur, & communiter est in practica, an valeat iudicis interlocutoria dicentis, admitto libellum, si, & inquantum,de quo per Bald. in repetit. l.edita, C. de eden. Roman.in d.l.bonorum, nu.32. & Canon. in d.c.cum contingat.

Et nemo est,qui nesciat de consuetudine generali, seu stylo hodie vbique seruati in iudicijs multa fieri, aut recipi (vel propter adsessorum, seu consiliariorum imperitiã, vel quia locus & tempus non patiuntur plenius deliberandi consiliũ, vt inquit Vlpian.in l.1.in princ. ff.de exercit.act.) cum praed.clausula,si, & inquantum, quae cum non sint praesentis indagationis missa facio, ad vtiliora properans. Concludas igitur posse decretum interponi cum d.clausula, si, & inquantum, vel non posse, secundum illos duos casus supra a nobis constitutos.

98 Animaduertẽdum † adhuc est, circa iudicem, quod non sufficit ab eo licentiam habere, & decretum esse certum, non autem sub conditione, sed necessariò requiritur coram iudice inquiri causam vendendi, gloss. in l. 2. C. quando decr.op.non est,quam pro singulari refert Rom. sing.779. prohibitus alienare.Azo in Sum.C.quando decr.op.non est, nu.1.Additionarij ad Breuiariũ Io. Fabri in l.1.ff.de rebus eorum. Alex.in addit.ad Bart. in l.1. C.de praed.minorum, vbi id perpetuò notandum esse dicit, quod secundum eum probatur in l. lex quae tutores, C.de administrat. tut. ibi,& probationum causa,& in l.minorum, C.de praed.minor.ibi, causis probatis, & hoc idem videtur sensisse Pald. in l.vlt. C.eod.vt referunt addit.tam in d.l.1.quàm etiam in l.2.in addit.ad Salic.C.quando decr.op.non est.

Id tamen quod isti magni faciunt, perpetuoq. notandum esse inquiunt, si rectè consideres,nihil est.Nõ enim potest iudex alienãdi licentiam concedere, sed suae sunt partes decretum interponere, quod sine causae cognitione,(in qua causę alienationis probationes continentur)inualidum,atque inefficax est, vt latè fuit dictum supra num.31.

Non poterit igitur iudex absque decreto alienãdi licentiam concedere, in quo probatio causae continetur, de qua semper fit separata mentio, & sic non potest dari iste casus quem isti tanti faciunt.

Nec obstat glos.in d.l.2.ex qua id rectè colligi putant: quia (& in hoc decipiuntur praedicti) non loquitur ibi glos. de iudice, sed de Principe, qui potest alienandi licentiam concedere. Ad instar enim praesidialis decreti concessio principalis accedit, vt notãter rescripsit Aurelianus in l. 2. C.quando decr. op. non est.dum vero glos. ibi intelligit, qđ debeat inquiri de causa vendendi coram iudice, licet decretum non interponatur, loquitur in casu in quo fuit licentia alienandi a Principe obtenta, quo casu id glos. non firmat, sed inquit sub dubio,potest fortè dici,hoc casu saltem coram iudice inquiri causam vendendi, licet decretum non interponatur. Ipse verò puto nec etiam d.casu debere coram iudice inquiri causam vendendi, cum idem operetur Principis licentia per seipsam, quod ipsum decretum,d.l.2. quod non esset, si vltra Principis concessionem, requireretur etiam de causa inquiri coram iudice: Nec etiam obstant d.l. lex quae tutores, & d. l. minorum, quia loquuntur quando interponitur decretum, quo casu non est nouum alienationis causas probandas esse, vt dixi supra num.17.

IN-

INSPECTIO VI.

OMNES expetimus vtilitatem, ad eamq. rapimur, nec facere vllo modo possumus aliter. Nam quis est qui vtilia fugiat, aut quis potius qui ea non studiosissimè persequatur? qua de re necessariũ fore duxi in hac inspect. perquirere.

99 An † iudex vtilitatem legitimè perse qui valeat, aliquid recipiendo pro decreti interpositione; in qua dubietate, vtique dicendum videtur, iudicẽ haud quicquam posse recipere, vt expressim cauetur in l. vlt. C. de pręd. curial. & ibi dem Bart. Io. de Plat. & quidam alij, per illum textum. Castr. in l. 1. §. hodie, num. 5. ff. ad leg. Iul. repetund. in lectura Auenionica. Iacob. Nouell. reg. 35. num. 2. incip. iudex, & tradit id pro val de singulari Amanell. de Claris aquis sing. 175.

Contrarium voluit Ias. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de offic. procons. & leg. dum reddendo differentiã inter sententiam diffinitiuam, & decretum, inquit, quod Ordinarius quando profert sententiam deffinitiuam nõ potest de iure aliquod salarium accipere a partibus, cum salarium debeat de publico præstari, §. illud tamen, in Auth. de mand. Princip. Bart. in l. 1. ff. de falsis; Iudex verò pro interpositione decreti licitè capit salarium a partibus, & ita passim vbique seruatur. Semper etenim iudices cum interponunt decretum, aliquid recipiunt, plus, & minus, secundum statuta, vel consuetudines locorum, ob quam mercedem sępe ex abrupto nulla causæ cognitione præhabita ad illud accedunt, vt latiss. cõtra istos exclamauimus supra in princ. num. 9.

Concludas igitur, iudicem rectè agere dum solui sibi facit, cum decretum interponit.

Quod tamen limitatur non procedere in venditione prædiorũ, decurionum, seu curialium, d. l. vlt. quod factũ esse credo speciali fauore decurionum, ne ipsi pro huiusmodi decreto, vel hi qui ab ipsis emunt quicquam soluant, quæ limitatio ex eo satisfacit, vt potius dicamus d. l. vlt. procedere solùm in casu in quo loquitur, quàm interpretemur eam correctã esse per consuetudinem, cum omnis fieri debeat interpretatio vt legum correctio euitetur, vulg. l. præcipimus, C. de appellat.

Secundò limitatur vt nõ procedat, qñ interponeretur decretũ in causa furiosi, l. si furiosi, in fi. C. de nupt. & Alberic. quẽ sequitur Ias. in d. §. vbi decretũ.

Eaque potuit huius limitationis esse ratio: quia non debet addi afflictio afflictis, d. l. si furiosi, in fine, l. tã dementis, C. de episcop. aud. l. Diuus, ff. de offic. præsid. & l. iure, ff. de iure dot.

INSPECTIO VII.

CVM Notarius quoque dicatur iudex, vt voluit Specul. in tit. de fer. §. sequitur, vers. quid si in ferijs, Bart. in l. 2. num. 14. C. de iure fisci, lib. 10. & Corn. consil. 238. volum. 3. necessariò suadet postrema hæc inspectio de

100 ipsius † notarij officio circa practicã, & modum quem habet obseruare, dum conficit instrumentum, in quo requiritur decretum; circa quod breuiter procedendo, remittẽdo me ad practicam, in qua ipsi longè magis pollent quàm ipse; breuiss. sciendum est, quod notarius debet omnes solẽnitates quæ interuenerunt in decreto, (de quibus in principio huius libri satis latè dictũ fuit,) vna scriptura separata comprendere; alioquin decretum nullum prorsus esset, Alexand. in l. sciendum, in 9. colum. ff. de verbo. obligat. Ias. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, num. 70. & & 71. ff. de offic. proconf. & leg. & in d. l. sciendum, num. 13. Plot. in repetit. l. si quando, num. 198. versic. & antequam pmissa, C. vnde vi. doctissimus Card. Alban. in vtilissimis lucubrationibus in Bart. ad l. magis puto, §. si pupillus, in princ.

F

in prin. in lectur. Nicol. de Neap. ff. eo. Felin. in c. sicut, num. 27. de re iudic. & in c. ecclesia S. Mariæ, col. 7. versic. vndecimo, de constitut. Monferrat. in c. Rainutius, car. 26. col. 5. vers. secundo fallit, de testam. Castr. consil. 38. super eo, quod quæritur, lib. 2. quod est optimum in proposito, per quod ita omnes post ipsum firmarunt, confugientes ad illud tãquam ad tutissimũ refugium; & ante eum id sensit Feder. de Sen. consil. 143. cõcessio, in fine. Corn. cons. 71. in princ. vol. 3. Alex. cons. 17. col. 2. nu. 6. vers. & in terminis decidit, lib. 4. Andreas Barb. cons. scripsit ecclesiasticus, col. 13. quod est post cõs. Alex. 103. lib. 4. Dec cons. 431. col. 2. in fine, & consil. 403. col. 4. Bolognin. cons. 33. n. 6. vers. sextò præsuppono. Soc. cons. 29. nu. 20. lib. 1. & cons. 52. nu. 4. lib. 4. Ruin. cons. 189. nu. 8. lib. 1. & cons. 3. num. 10. lib. 4. & cons. 40. nu. 3. lib. 5. Paris. cons. 99. nu. 9. & cons. seq. num. 6. lib. primo, consil. 36. nu. 9. & seq. lib. 4. & cons. 85. nu. 28. vbi dicit hanc opinionem veram &
* communem * esse, lib. 1. Natta consil. 631. num. 32. lib. 3. Curt. iun. consil. 29. num. 16. Neuiz. cons. 85. nu. 5. Crauet. in respon. pro genero, nu. 154. & Rolan. a Valle cons. 33. n. 2. cons. 99. num. 23. lib. 1. & cons. 7. num. 67. vol. 3. Hippolyt. Riminald. cons. 5. nu. 177. lib. 1. Speculat. de procurator. §. 1. versic. sed quid si solum Purpurat. de offic. assessorum, num. 133. Marsil. in Practica Crimin. §. nunc dicendum, nu. 33. & in l. 1. §. si dicatur, nu. 14. ff. de quæst. Bertach. in suo Repertorio, in verbo, decretum iudicis, vers. si ferat, caut. vlt. vbi latè id disputat, Iacob. Menoc. de arbit. iudic. cent. 2. lib. 2. casu 171. num. 26. & de remed. recup. poss. remed. 15. sub num. 147. vbi quamplures congerit. Puteus decis. 357. circa mediũ, lib. 1. & ita fuit decisum Bononiæ, vt per Beninten. decis. 2. per totam.

101 Quod adeò verum est, vt etiam si notarius in instrumento scribat, appositum fuisse decretum cum debita causæ cognitione, ei non credatur, nisi de solemnitatibus scriptura separata appareat. Castr. d. consil. 38. quem sequitur Ias. d. §. vbi decretum, & in d. l. sciendum, nu. 3. & in l. si duo patroni, §. idẽ Iulianus, col. 3. vers. secundò facit, ff. de iureiur. eruditissimus Card. Alban. in d. l. magis puto, §. si pupillus, nu. 9. Hippolyt. in l. qui cedem, num. 19. de sicar. Corn. cons. 71. in princ. vol. 3. Roman. cons. 321. in princ. & cons. 454. num. 1. 12. 14. & 16. Dec. consil. 403. col. 4. & 431. col. 2. in fine, & 556. num. 6. viso consilio. Paris. consil. 98. num. 9. lib. 1. & Roland. a Valle cons. 7. num. 69. lib. 3. Ant. Gomez. de Contractibus, cap. 14. de restitut. minorum, nu. 13. Roch. de Curte, de consuetud. sect. 5. num. 28. & Nicol. Moron. de treg. & pace, q. 72. num. 10. par. prima.

Immò quod magis est, non creditur nec etiam iudici asserenti se adhibuisse causæ cognitionem. Cast. d. cons. 38. Canon. in c. sicut, de re iud. Ias. d. §. vbi decretum, num. 70. & 79. Dec. in Auth. si quis in aliquo, num. 36. C. de eden. & Roland. a Valle latè cons. 99. num. 24. lib. 1. & cons. 7. num. 71. lib. 3. Crauetta in Resp. pro genero, num. 29. & de antiq. temporum, par. 2. in princip. numero 12. vbi latiss. Item nec etiam Episcopo de causis alienandis creditur, Card. & Imol. in c. 1. de rebus eccl. non alien. & in c. quod quibusdam, de fideiuss. Castren. cons. 74. in facto isto quattuor, col. 2. circa medium, vers. tertiò videndum est, lib. 1 quos sequitur Crauetta in Respon. pro genero, n. 28.

102 Ratio autem ea potuit esse: † quia quando quis non potest actum liberè facere, suæ assertioni non statur, l. & si fortè, vbi Bar. ff. de castr. pecul. Ias. in d. §. vbi decretum, Cassan. cons. 7. nu. 10. & Nicol. Moron. in tract. de treg. & pace, q. 72. num. 3. par. 1.

103 † Solemnitates etenim requisitæ a iure quibus partes renũciare nequeũt, vt propriæ sunt istę quæ requiruntur in alienatione rerum minorum, nõ probantur

bantur per simplicem assertionem notarij, seu iudicis, d.l.si fortè, vbi etiam Bart.Felin.in c.ecclesia S.Mariæ,col.7. vers.vndecimo pro hac parte, extra de cõstit. & Dec. in c.quæ in ecclesias,col. 13.vers. non obstat quod præsumatur, extra eod.inquiens, non credi iudici su per causa, sine qua actum facere non potest, in qua fundamenta suæ potestatis cõsistit.idẽ Dec.cons.20.in princ. cons.170. col.2.viso themate,& consil. 189.lętatus sum. Paris.cons.85.num.3. lib.3. Et facit quod scripsit D. August. de pœnit. & habit.3.q.3. Quamuis inquiens, Quamuis vera sint quędam, tamen iudici nõ sunt credenda, nisi certis inditijs demonstrẽtur. Debet igitur notarius, ad hoc vt probari possit causæ cognitionem, & cætera solemnia interuęnisse, facere duo instrumẽtą separata, & in vno attestari de causę cognitione, quam iudex primo adhibuit, secundum formam casus contingentis, postea in alio instrumento attestari iudicem decretum interposuisse cũ causæ cognitione, & cæteris solemnitatibus, vt in primo instrumento continetur, quam practicã tradidit notanter Castr. d.cons.38.Bolognin.cons.33.In Christi nomine, & alij oẽs supra relati.

104 Sciendũ † tamen est in proposito, hunc tractatum, seu separatam scripturam de interuentu solemnitatũ, hodie de consuetudine fieri minimè solere, vt testatur Castr. in l.actus omnes, in fine, C.de ferijs, & in l.cũ hi, §.si prætor, ff. de transact. & Rip. resp.213. sub nu. 3.Quia dubia, licet loquatur de alienatione rerum vniuersitatis, & ita sæpius vidi ac fieri præcepi, vt vnicum tantum fiat instrumentum, in quo causę cognitio, cæteraq. omnia solẽnia contineantur. Præterea, etiã ex alio tractatũ istũ, seu separatam scripturam necessariam haud esse arbitror, cum stetur assertioni iudicis in decreto, quòd illud interposuerit causa cognita, etiã quod in specie non exprimantur solemnia requisita ad ipsum actum super quo decretũ interponitur, qñ enim sunt (etiam in genere) enunciatæ solemnitates in decreto, præsumitur pro eo quod omnia interuenerint, absque alio tractatu, seu separata scriptura, Bal. & Castr.in l.cũ hi, §.si pretor, ff.de transact.& latiss. dicemus infra lib.3.tit.de virtute, & effectu decreti, inspect.3. nu.42. & per id Crauet.de antiq.temp.par.2. num.14. cum seq.putat, non esse verum, ꝙ mox diximus supra, quippè, non stari assertioni iudicis, de quo latè discutit, iura, rationes, & anctoritates quãplures ad id congerens, tandem post longum discursum resoluit, ꝙ qñ cum tali assertione iudicis cõcurrit verisimilitudo ꝙ ita sit, prout asseritur, credatur iudici; ad quod adducit Ancha.cons.277.col. fi, quod est repetitũ cons.439. inquiẽs, quod statur iudicis assertioni, quando aliàs non staretur, vbi illa est verisimilis, pro qua declaratione plurimũ deseruit dictum D. Augustini de pœnit. & habit.2.q.3. Quãuis, vbi dicit, Quãuis vera sint quædam, tamen iudici nõ sunt credẽda, nisi certis inditijs demonstrentur, per quæ putat Crau.d.par.2. num.23. esse rectè responsum ad d.l.si fortè, ex qua responsione tolluntur omnes Doctorum dicisiones, & argumenta supra adducta.

105 Sed † an notarius debeat istud decretum apponere, seu scribere in principio instrumenti, an verò in fine breuiter conclusiuè procedendo, remittẽdo me ad ea quæ dixi in præfat.n.31.concludatis, quod aut decretũ apponatur ante actum, vel post, nihil refert, dummodò fiat incontinẽti, & interponatur super omnibus, & singulis super quibus requiritur. Bald.in l.1.circa finẽ C.qui admitti, & in l.si tu, de magistrat.conu. vbi inquit, quod vtraque practica posset esse bona. Alex.in addit.ad Bart.ad l.si quis mihi bona, §.iussum, ff.de acquir.hæred.& Io. de Imol.in cap. cum nos, sub nu.6.de his quæ fiunt a prælat.

106 Instrumentum † verò taliter a notario extendi debet, Cum Titius mi-

nor teneatur hæreditario debito in cẽtum Sempronio, prout constat ex instrumento manu talis notarij, & vrgente creditore debitum solui, oporteat pro ipso debito soluendo aliquam ex dictis minoris possessionibus vendi, & qđ in ipsius minoris hæreditate aliquæ res mobiles commodæ vendendæ ad ipsius debiti satisfactionem nõ essent, & infrascriptam rem vendere, potius quàm altera, tã ratione pretij, quàm ratione vsusfructus, vtilius sit, atque infrascripta re legitimè subhastata non apprauerit quisquam alius, qui plus infrascripto pretio offerret, vel dare vellet, prout de subhastatione patet per publicam scripturam manu talis notarij, de his omnibus, & singulis, & ita vera esse tali iudici, tã per inuentarij ostensionem, quàm aliàs plenis. fide facta, dedit, vendidit, & tradidit; quæ verba, & alia multa similia recenset Speculat. de empt. & vendit. §. sed nunc dicendum, vers. si igitur. Circa ꝙ ad practicos tabelliones me remit

107 to. † Et aduertant tabelliones, quod propter confecta instrumenta rerum minoris sine decreto alienari prohibitarum, puniendi sunt, vt dixit Luc. de Pen. in l. vnica, in princ. C. vt nemo ad suum patron. lib. 11. quẽ refert, & sequitur pluribus id comprobans Io. Ign. de S. Conf. Sillan. l. 1. §. impubes, sub nu. 26. 27. & 28.

DE DONATIONIBVS.

TITVLVS II.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Donare nequit minor, neque etiam cum decreto.*

Ampliatur, ut nec etiam ulla solemnitas a lege, uel statuto requisita, faciat donationem minoris efficacem, num. 2.

Ampliatur secundo, etiam si iurauerit, stante statuto, quod contractus cum minore gestus sine auctoritate curatoris non ualeat, num. 4.

Ampliatur tertio, ut nec etiam possit donare in personam extraneam, numero 6.

Ampliatur quarto, etiam si donetur ei a quo dicta bona prouenissent, numero 7.

Declaratur ut non procedat in rebus mobilibus quæ seruari nequeunt, numero 10.

Declaratur secundo, in patre legitimo administratore filij in aliqua nobilitate constituti, num. 11.

Contrarium firmat Auctor.

Declaratur tertio, quando minor iurasset, num. 14.

Declaratur quarto, quando donaret propter nuptias, num. 15.

Declaratur quinto, cum post uigesimumquintum annum præterierit uicennium, num. 16.

3 *Donare est perdere.*

5 *Refutationes quas faciunt puellæ fratribus dum nubunt, cum auctoritate curat. & iudicis decreto, sunt ipso iure nulla, etiam si iurent, quando statutum iuramentum reprobat.*

8 *Clausula, Omne id quod plus valet donat, nihil operatur in minore.*

9 *Tutor, vel procurator non potest expressè renunciare exceptionibus peremptorijs, uel declinatorijs.*

12 *Alienabiles sunt cuncta res, nisi specialiter alienari prohibeantur.*

13 *Facta nobilium cum maiori solemnitate tractari debent, quam plebeiorum.*

Donare

17 *Donare an possit minor Ecclesia, aut pia causa.*
Noua circa id distinctio, num. 18.
19 *Statutum vt in alienatione rerum minoris interueniat consensus alicuius, habet locum, etiam si contrahat cum clerico.*
20 *Minor an possit Ecclesiam dotare.*
21 *Statuto stante mulierem non posse contrahere sine consensu propinquorum, fauore tamen piæ causa contrahere potest.*
22 *Minor potest acquirere ius patronat. & an illud competat pupillo, vel infanti, num.* 23.
Et an possit illud fundare, num. 24.
25 *Donare an possit minor, stante statuto quod contractus eorum qui sunt* 18. *ann. valeant.*
26 *Statuta debent intelligi secundum ius commune.*
27 *Læsio non consideratur in donatione.*
28 *Donare causa remunerationis an possit minor. Distinguitur, num.* 6.
29 *Donatio, quæ fit causa remunerationis, verè, propriè, & gratuita appellatur.*
30 *Intellectus l.* 2. *C. si aduers. donat.*
32 *Epilogus præsentis titu. de donationibus.*

EXPLICITA vtilissima ac in vsu forensi frequentiss. tractatione, de officio iudicis in interpositione decreti, deueniēdo modò ad actus alienationis per minorem celebrandos, volui in primis de donatione pertractare, cum nulla sit maior alienatio, quàm ipsa donatio. Ex alienatione etenim semper cōmodum aliquod percipitur, secus verò ex donatione, quæ dicitur perditio, vt mox dicam infra. Vt igitur præsentis tituli de donatione per minorem celebranda, perfecta, ac ordinata habeatur resolutio, quattuor sunt consideranda inspectiones.

INSPECTIO I.

VIDENDVM est in hac prima inspectione, numquid minor possit alicui simpliciter donare; in qua (disputatione omissa) indubiè cōcludēdū est.
1 Minorem, neque etiam cum decreto posse alicui simpliciter donare, vt sensit Accurs. in l. 1. in fi. princ. ff. de tut. & rat. distrah. Bar. in l. si ante nuptias, in fine, ff. sol. matr. Bart. Bald. Salicet. cæteriq.
* DD.* cōiter, in l. si quando, quæ est lex vlt. C. si mai. fact. alien. sine decr. fact. rat. hab. Bald. in l. 1. C. si aduers. donat. Corn. in Auth. sacramenta puberum, nu. 24. C. si aduers. vendit. Nicol. Vigel. ff. lib. 18. par. 2. capit. 6. reg. 1. except. 3. versic. Quinta replicatio. Abb. Felin. & alij in c. in præsentia, de probat. Castr. cons. 302. notandum est, lib. 1. & consil. 161. non est dubium, circa princ. lib. 2. Petr. de Anch. cons. 69. cōtra donatio-
2 nem factam, col. 1. inquiens † (quod nec tutoris, aut curatoris auctoritas, nec consanguineorū consensus, nec iudicis decretum, nec aliqua alia solemnia a lege, vel statuto requisita, faciunt donationē ipsius minoris efficacem.) Alex. cons. 116. incip. visis, & consideratis, sub nu. 2. vers. quarto, & vltimo, vol. 1. Corn. cons. 11. col. 1. num. 6. in præsenti, vol. 4. Io. de Amic. consil. 33. in causa, & lite, nu. 26. Socin. iun. cons. 8. num. 4. lib. 4. Felin. cons. 16. num. 14. Ruin. cons. 214. nu. 5. lib. 1. Ripa lib. 3. Respon. c. 15. n. 13. Natt. cons. 162. nu. 17. cons. 166. n. 17. cons. 167. n. 10. cons. 173. per tot. vbi pulchrè in proposito loquitur, & cons. 180. lib. 1. Neuiz. consil. 8. num. 40. Crauetta in respon. pro genero, num. 421. Bertrand. consil. 104. num. 4. multa sunt, lib. 3. inquiens, minorem non posse sine decreto donare. Sed dicas tu, neque etiam cū decreto, Roder. Suar. alleg. 20. num. 7. Roland. a Valle cons. 54. num. 29. lib. 2. & Iacob. Menoch. consil. 29. num. 14. lib. 1. Bal. in tract. de statuto fœminarum, in verbo, donatio, num. 2. Marian. Soc. in

tract. Oblationum, libello 9.quæst.5. in fine. Moderni in tract. Clausularũ, n.24. mihi fol.593. Petr.Duennas reg. 31.ampliat.3. Cassan.in Consuet. Burgund.rub.6.nu.25.fol.222.Franc. Hotoman. in tract. de donationibus, in prima par.partitionis, nempè de perso nis, circa finem, vers.de cæteris, mihi fol.78. Constantin.Harmenopulus in Promptuario iuris ciuilis, lib.1. tit.12. vers. at cum donationes. Petr. Loriott. de apicib. iuris, ad Commentar. in tit. de reg.iur. §.item impuberes, de ætat. sub vers. quinto. & Iacob.Menoch. de arbitr.iudic.cent.2. casu 171.n.43. lib. 2. vbi inquit, minorem non posse sine solẽnitatibus donare, sed addas tu, neque etiam cum solemnitatibus, vt oẽs præcitati firmarunt;& ipse quoque me lius sentiens, in tract.de recup.poss.remed.15.sub n.162. & cõs.supra relato.

Probatur autem hæc opinio in l. vlt. §.cum autem, C.si maior fact. alienat. l. ab agnato. & melius in l.vlt. ff.de curat.fur. & est optimus verborum contextus in l.1. §. sed si non mortis, ff. de tutel.& rat.distrahend.

Eaq. huius decisionis potuit esse ratio, quia in decreto debet subesse iusta causa, d.l.magis puto, §.non passim, & dixi latè supra tit.1.num.17. quæ iusta

3 causa in donatione subesse nequit, † cũ donare sit perdere, l.contra iuris, §.vlt. ff.de pact.l.prohibere, §. plane, ff.quod vi, aut clam, l.filiusfamilias, ff.de donat. Salicet.in Auth.ingressi, sub nu.3. versic.teneo ergo, C.de sacrosanct. eccles.Barb.consil.21.col.5.vol.1.& consil.53. col.2.vol.2. Ruin. consil.22. nu. 8. & 107. num.12.vol.1. & 129. num. 8.vol.5.Natta consil.273.num.2.lib.1. & Neuizan.consil.22. num.24. Iodoc. Damhonder. in pupillorum patrocinio, tit.de tutorum,& curatorũ munic. cap.5.num.56. Ideoq. solemnitas quæ requiritur de iure communi in venditione, seu alienatione quæ fieret titulo oneroso, non est prouisum a iure quod adhibeatur in donatione, quæ de iure communi etiam cum decreto prohibita est, cum iusta causa ad donationem minimè adaptari valeat. ita declarat Alex. cons. 116. visis, & consideratis, sub num.3.versic. vnde omissis, lib.1.

Et in tantum est vera conclusio ista, ita iuribus, ratione, & auctoritatibus

4 fulcita, † vt stante statuto quod contractus cũ minore celebratus sine auctoritate curatoris non valeat, etiam si iurauerit, impossibile est, quod donet cũ auctoritate curatoris, etiam iurando, quia curator ad donandum constitui nequit, nec aliquid operatur interpositum iuramentum, quia statutum id improbat, ita voluit Bal. in l.1.C.si aduers. donat.& de stat.fœminarum, in verbo, donatio, num.2.quem sequitur expressè Natta consil.173.nu.3. & cons.166. num.17.lib.1.& Roland.a Valle cons. 54.num.29.lib.2.per d.l.ab agnato.

5 Ex quo † Bald.tam in d.l.1.quàm de statuto fœminarum, d.num.2. infert, quod refutationes, quas faciunt puellæ fratribus cum auctoritate curatoris, & decreto iudicis, quando nubunt, quatenus sapiunt donationem, sunt ipso iure nullæ, etiam si iurent, ex quo statutum iuramentum reprobat, quod menti tenendum esse dicit Bald. in d.l.1. quem sequitur Petr.de Anchar. cons.69.contra donationem factam, col.1. Alex. d.consil.116.num.2.vers.præterea. Felin.d.consil.16. & Natta d.consil. 166. num.18.& cons.173.num.3.

6 Ampliatur secũdò, † quod minor nõ possit tradẽdo immobilia, dotare personam extraneam, etiã cum decreto; quia hoc casu dotare, donare est, & eodem modo neque poterit facere sponsalitiam largitatem, d.§.cum autẽ. Accurs.in l.prædia, C.de præd.minorum. Bald.cons.108.quæritur vtrum adulta, lib.1.quem refert, & sequitur Natta d. consil.173.in princip.

7 Tertiò ampliatur, † vt procedat etiam, si donetur ei a quo dicta bona prouenerant, quicquid senserit Castr. quẽ refert Ias.in l.cum filiofamilias, nu.168. ff.de

ff. de leg. 1. quippè, statutum exigẽs auctoritatem consanguineorũ in contractibus mulierum non habere locum si mulier donet rem ei qui sibi prius donauerat: quod magis probat Bauer. in in repet. d. l. cum filiofam. nu. 147. optimè facit glo. in l. ea quæ, in verbo, conuersa, ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. si ita stipulatio, vbi Bart. cæteriq. DD. communiter, ff. de verb. obligat. & latè Tiraq. in repetit. l. si vnquam, in verbo (donatione,) num. 156. C. de reuoc. donat. Contrarium etenim verissimum est, cum opinio Castr. loco per Ias. adducto, sustineri haud quaque possit, cum nec Castr. ibi satis id asserat, & contrarium verius esse probat Ias. d. l. cum filio, nu. 170. quem sequitur Tiraq. d. l. si vnquam, in verbo, donatione, nu. 158. vbi videtur aliquantulum dubitare, & de leg. connub. gl. 5. nu. 56. in fine, vt scilicet solemnitas legis, vel statuti, in alienatione mulieris, vel minoris necessaria sit, etiam si alienatio, seu donatio fiat in eum a quo res obuenerat; idq. firmauit acutissimus Pinell. in l. 1. par. 3. sub num. 58. C. de bon. matern. & Ferand. Vasq. de success. creat. tit. de testam. pot. §. 10. ampliat. 21. sub num. 72. lib. 1. & clarè deciditur per Cæsares in l. 2. C. si aduers. donat. & in l. si ad resoluendum, C. de præd. minorum; optimeq. probatur ex textu, & eius ratione in l. 1. §. vlt. ff. de rebus eorum. per quem text. ita firmauit idem Pinell. d. num. 58. vers. sed vltra Doct. & prius firmauerat sub nu. 52. illat. 16. Per hæc igitur dicendum est, nõ solum prohibitam esse donationem, etiam in eum a quo res quæ donatur prouenerat absque decreto, sed neque etiam cum decreto, ꝙ in donatione accõmodari nequit per ea quæ diximus supra.

8 Ex quibus nouiter inferri potest, † ꝙ si in contractu venditionis minor adiecerit clausulam, (quod omne id ꝙ plus valet donat, & donare intendit) quæ quotidie in instrumentis apponi solet, nihilominus posset postea minor contrauenire d. clausula non obstante, & hoc quia minor donare omninò prohibitus est, ex his quæ iam diximus.

9 Item notabiliter infertur in † praxi, quod tutor, curator, procuratorve, non potest expressè renunciare exceptionibus peremptorijs, vel declinatorijs minori competentibus. Namque exceptionibus renunciare, donare est, l. si quis delegauerit. & ibi Bart. ff. de nouat. idem Bart. in l. vlt. in princ. ff. quæ in fraud. creditorum. & Salicet. in l. pactum curatoris, in princ. ff. de pact.

10 Declaratur † modò prædicta conclusio, vt non procedat quoties minor carens curatore, donaret bona quæ seruando seruari non possent, per textum in l. 2. C. si aduers. donat. vlt. respon. & ibi expressè Castr. Ferand. Vasq. de success. creat. tit. de testam. poten. §. 10. nu. 81. latissimè id comprobans duodecim fundamentis, quæ per ipsum poteris videre; & pro hoc facit etiam l. lex quæ tutores, cum ibi plenè not. C. de administrat. tutorum.

11 Declaratur secundò, † vt non procedat in patre legitimo administratore filij sui nobilis, qui nomine filij, si is nobilitate fulgeat, donare vtique valet, * secundum * communem opinionem, quam tenuerunt non solũ in patre, sed etiam in tutore, Roman. in l. filius, nu. 5. & ibidem Cuman. nu. 7. ff. de donat. Alex. in l. pactum curatoris, num. 3. & ibidem Ias. ff. de pact. Curt. in l. præses, nu. 10. C. de transact. Hippolyt. Riminald. Inst. quibus alien. licet, vel non, §. 1. num. 3. Barbat. in c. 1. de donat. Felin. cons. 16. nu. 18. Tiraq. latè in tract. de Nobilitate, cap. 37. num. 43. Alfons. Aluarez in Speculo iuris Pontificij, atque Cæsarei, c. 80. vers. & nota quod tutor, car. 474. & Ferãd. Vasq. de success. creat. tit. de testam. potent. §. 10. sub nu. 81. vers. illud autem, lib. 1. vbi testatur * de * cõi. Probatur autẽ declaratio ista in l. filius, vers. nonnunquam, ff. de donat. melior est textus in l. cum plures, §. fin. ff. de administr. tutorum. Quæ tamen

men declaratio licet communis sit, falsa videtur; ideoq. & rectè displicuit sub tiliss. Pinello in l.1.par.3. sub num.57. vers. ego autem, C. de bon. matern. inquiens, Scribentes incautè talē potestatem donandi permittere procuratori, administratori, vel tutori, respectu solius nobilitatis, cum prædicta iura indistinctè loquantur; quibus optimè respondet idem Pinell. sub nu.57. d. vers. ego autem, cum quo ego omninò pertranseundum esse censeo, tum ob efficacissima eius argumenta, tum etiam, quia id quod minor nobilis possit donare speciali nobilitatis fauore inductū esse putant; quasi sentiant, quod minor qui non sit nobilis priuetur beneficio isto donandi, q̄ vtique est tam fal-

12 sum, quàm quod falsissimum. † Licet etenim alienabiles sint cunctæ res cōi iure, nisi specialiter alienari prohibeantur; cū prohibitio alienationis sit exorbitans, & quasi iniqua, cum rerum suarum liberam administrationem tollat, l. nō vsque, ff. si a paren. quis fue. manu miss. & l. testō Cēturio, ff. de manumiss. testam. Tn̄ in casibus a iure, seu statuto prohibitis, vt in casu minorum, non dicitur esse iniquitas, sed merus fauor, vt rescripserunt Cęsares in l. dudū, in fin. C. de cōtrah. empt. & latè firmauimus supra in princ. huius libri, n.4. Qua autem ratione sint isto fauore priuandi magis nobiles, quā ignobiles, ego prorsus ignoro, cum pluribus ac maioribus sint priuilegijs fulciti nobiles quā sint hi qui notabilitate non fulgent, vt latè per Tiraq. in nobili tractatu de nobilitate. Eadem enim ratio fraudis cui semper obuiādum est, iuxta l. meminerint, C. vnde vi, & l.2. C. de indict. viduit. tol. viget in nobili, quæ in eo qui non sit nobilis, ergo eadem iuris dispositio, vulg. l. illud, ff. ad leg. Aquiliam.

13 Præterea, † facta nobilium cum maiori solemnitate tractari debent, quàm plebeiorum, vt in proprijs nostris terminis scripsit Salicet. in l. vlt. §. sed cum antiquitas, C. de curat. furiosi. Et per hæc putarem omnino concludendum esse contra communem, quam tamen si teneas, intelligas posse minorem nobilem donare, cum decreto tamen iudicis: Nam nobilitas deseruiet loco causæ, non autem etiam loco decreti.

14 Tertiò declaratur † non habere locū qn̄ minor iurasset per iuramentū enim minor efficitur maior, Auth. sacramēta puberū, C. si aduers. vendit. vbi Scribentes oēs adnotant, quæ quidē Auth. proculdubiò vendicat sibi locum etiam in donatione minoris, secūdum quod ibi sensit Accurs. in vers. contractibus. Bar. col. vlt. vers. quæro vtrū. Bald. col. pen. vers. vlterius quæritur. & ibidem etiam Corn. Castr. Curt. iun. & alij repetētes. Aret. in c. in præsentia, col.3. not.6. de probat. Riminald. Inst. quibus alien. licet, vel non, in princ. n 28. & §.2. eiusdem tit. n.24. Abb. cons.72. in fin. lib.1. Corn. cons.140. lib.4. Socin. sen. cons. 279. lib.2. & cons.48. lib.4. Dec. testans ✱ de * communi cons.180. et consil.232. Duran. col.2. Ripa de donat. respon. ✱ 4. in princ. qui pariter de * communi testatur, & nouiss. Iacob. Menoch. consil. 29. num.8. lib.1. hancq. communem esse audacter firmat in eleganti quodā respon. eximius Præceptor meus Perusinæ Academię lumen fulgentiss. Mar. Ant. Eugenius, in quadam causa Perusina, super qua ipse contra eum de iure respondi, non quod prædictum argumentum verissimum esse negem, sed per alia non contemnenda media, & adhuc sub iudice lis est; & vt vnum loco omnium allegem Ant. Gabriel. lib. 2. Commmun. conclus. tit. de minorib. conclus.5. num.5. vbi multos, & propemodum infinitos ad id congerit.

15 Declaratur quartò, † qn̄ minor donaret pp nuptias, tunc enim permissa est ei donatio iudicis tn̄ interueniente decreto, licet aliàs regulariter etiam cum decreto sit minori prohibita don. vt diximus latè supra, & id probatur in l. vlt. §. fin. C. si maior fact. alienat. per quem textum id sensit Iacob. Menoch. cons.29.

consil. 29. num. 15. lib. 1. Franc. Hotoman. in tract. de donationibus, in prima par. partitionis, nempè de personis, circa finem, vers. de cæteris, fol. 78. Nicol. Vigel. ff. lib. 18. part. 2. cap. 6. reg. 1. except. 3. vers. quinta replicatio. & illud inter priuilegia dotis posuit Baptista de S. Blasio, in tract. de priuileg. dotalibus, cent. 1. priuileg. 63. num. 63. de qua re dicam infra lib. 3. tit. 8. inspect. 15.

16 Quintò declaratur, †nisi post 25. annum præterierit vicennium, per prætetitionem etenim tanti temporis, confirmatur donatio ab initio inualida, l. fin. §. cum autem, C. si maior fact. alienat. & dicemus latiss. tit. vlt. inspect. 2. casu 2. num. 14.

INSPECTIO II.

17 QVÆRITVR An minor† saltem ecclesiæ, aut piæ causæ donare valeat? circa quod necessariò præmittendum est, ipsum ecclesiæ seu piæ causæ absque decreto donare haud posse, vt optimè per Augustin. Beroi. in cap. in præsentia, sub num. 160. de probat. quicquid ibi nõnulli falsò opinati sint: Sed difficultas non modica est, an possit saltem decreto interueniente, qua in re duæ sunt inuicem pugnantes opiniones. Prima est affirmatiua, quam tenuit Bald. in l. generali, C. de sacrosanct. eccl. quem refert Bero. d. cap. in præsentia, nu. 162. vers. sed pro opinione contraria.

Pro qua adducuntur plura, & primò, l. 2. §. voto, ff. de pollicitationibus. Cui tamen legi facilis est respõsio, cum ibi Vlpian. non de oblatione, seu donatione bonorum, sed de simplici voto pertractet, per quod bona, & res obligari non dicuntur, sed sola persona vouentis; aliudq. est bona propria simpliciter donare, quod minori denegatum est, vt clarè ostendam infra; aliud est simpliciter vouere, & sic Deo se obligare, capit. magnæ, & cap. per tuas, de voto.

Secundò mouentur prędicti, mulier potest bona sua ecclesię donare absque solemnitate statutaria, quia cum ecclesia sit priuilegiata quo ad donationem quæ sibi fit, l. illud, & l. vlt. C. de sacrosanct. eccl. contra illud priuilegium, statutum non valet, Bald. d. l. generali, in fine. Ita igitur in casu nostro, licet minor donare nequeat, tamen fauore piæ causæ dicendum est donationem permissam esse, maximè interueniente decreto. Huic argumento altero de duobus modis responderi facilè potest, scilicet, negando id quod dicit Bald. d. l. generali, contra quem tenuit Roman. in Auth. similiter, in 16. priuileg. contractus, C. ad leg. Falcid. vbi per iura, & rationes opinionis Baldi falsitatem clarè ostendit. Vel etiam respondeas, quod Bald. præsupponit non esse differentiam, an sine consensu consanguineorum, mulier offerat se, & sua bona ecclesiæ, an simpliciter bona tantum, & in hoc forsan decipitur Bald. quia primo casu valet etiam quo ad res, ratione connexitatis oblationis personæ, arg. l. qui patri, vbi Bart. ff. de acquir. hęredit. secundo verò casu valere non debet, cum solùm bona dicantur obligari; quam differentiam sensit Io. Andr. & Abb. d. c. in præsentia. Et oblatio bonorum, connexa oblationi personę, dicitur actus spiritualis, & ideo esse non debet sub lege ciuili, c. licet, de regular. c. duæ sunt, 19. q. 2. sed simplex oblatio realis nihil spiritualitatis, sed quid temporale continere dicitur, ergo.

Tertiò, & vltimò, pluribus omissis, adducitur text. qui potest in proposito dici clarus, & apertus in l. si sponsus, §. concessa, ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi vir potest donare vxori, & è contra vxor viro, causa sepulturæ, & sic fauore pię causę permittitur donatio aliàs prohibita.

Et huic quoque textui respondetur, quod ideo vir vxori, & è contra causa sepulturæ donare potest, (non quod id sit inductum ratione piæ causæ) sed

quia

quia (vt inquit expressim text.) cessat ratio prohibitionis, cum ex tali donatione is cui donatur, non fiat locupletior, secus verò in minore, in quo prohibitionis ratio viget, cũ donatio sit perditio, vt supra dixi.

Quamobrem contraria succedit opinio iudicio meo verior, quam firmarunt Innocent. Io. Andr. & Abb. c. in præsentia, de probat. Roman. in repetit. Auth. similiter, 16. priuileg. contractus, C. ad leg. Falcid. & Marian. Soc. in tract. Oblationum, libello 9. in 5. q. quæ sententia ex pluribus hisce præcipuè comprobari optimè potest.

Primò, ex d. c. in præsentia, quo loci habetur, donationẽ a minore factam validam esse, si ingrediatur monasteriũ, ergo secus in eo qui monasterium non ingreditur, siquidem quando contemplatione ingressus fit, censetur facta ob causam, & cogitatione mortis, saltẽ ciuilis, l. Deo nobis, C. de sacrosanct. eccl. Io. Andr. & Host. in c. statuimus, de regularibus, & Gaspar Calder. consil. 117. quæ ratio vtique cessat in donatione simplici, & pura, facta inter viuos. Facit secundò cap. 1. §. donare, tit. qualiter olim pot. feu. alien. & c. 1. circa principium, de prohibit. feudi alien. per Feder. libro 2. feudorum, vbi feudum alienari prohibeatur, etiam pro salute animæ.

Quod tamen argum. facillimè submouetur, cum dictis iuribus agatur de præiudicio tertij, qua ratione etiam maiores sine consensu domini donare prohibentur, vt ibidẽ clarè disponitur.

Tertiò, & vltimò (leuioribus omissis) adducitur optimus verborum contextus in l. vlt. §. cum autem, C. si maior fact. alienat. vbi per Imperatorem Iustinianum expressim deciditur, minorem neque etiam cum decreto posse donare, vt & latius dictum fuit supra prima inspect. & generaliter, atque indistinctè ibi loquitur Imperator, nullusq. respectus, siue ratio habetur de ecclesia, seu pia causa.

Nec multũ vrget, quod ecclesia innumeris, ac propemodum infinitis sit priuilegijs fulcita, vt pleniss. per Roman. in repetit. Auth. similiter, C. ad leg. Falcid. & per Tiraquel. in tract. de priuileg. piæ causæ, quia negatur ecclesiam in hoc priuilegiatam esse, & in simili dixit Cardin. Florentin. c. perpendimus, quæst. 9. de sent. excommunicat. quippe in contrahente cum ecclesia debere adesse omnia solemnia requisita; ea ratione motus, quia ecclesia in hoc nullo iure speciali reperitur munita. Vnde potest eadem ratione inferri, quod minor nequeat Imperatori, Regi, vel Principi donare, cum nullibi in hoc reperiantur priuilegiati, & id in legibus Longobardorum expressim cauetur, in tit. de prohib. alien. minor. l. de puero. & ibi Carol. Cott. licet etenim Princeps sit solutus legibus, tamen legibus viuere debet, l. digna vox, C. de legib. l. ex imperfecto, C. de testamen. l. Princeps, ff. de legib. & §. fi. Inst. quib. mod. testam. infirm. & ita in proposito considerat Carolus Cott. d. l. de puero. Pro quo etiam facit quod scribit Salicet. in Auth. cassa, colum. fin. vers. quarto modò de statutis, C. de sacrosanct. eccl.

18 Statutum † vt in alienatione rei immobilis minorum interueniat consensus alicuius, habere etiam locum si minor contrahat cum clerico. Præterea minor pari passu ambulat cum ecclesia, & a pari procedunt, vt dixi supra in Præfat. num. 59. quemadmodum igitur minor non posset alteri donare, l. 1. & per tot. ff. de rebus eorum, d. l. vlt. §. cum autem in sui generalitate, ita etiam in proposito non debet dici permissam esse donationem minori in ecclesiam, vel piam causam, etiam decreto interueniente. Et per hæc putarem omninò hanc sententiam contra ecclesiam fauorem minorum, de iure verissimam esse: Ne tamen minori tantum conferre, & tribuere velim, vt nimium videar ecclesiæ auferre, cogitaueram an possent prædictæ opiniones concordari, ita

ri, ita vt non tam indistinctè contra ecclesiam concludamus.

19 Quod † autem minor donat ecclesiæ ad finem exercendæ liberalitatis tantum, ad quem ipse donando principaliter intendit, & tunc procedat opinio negatiua, nempè donationem non valere, etiam si fiat loco pio, & ita potest intelligi d. l. vlt. §. cum autem, & alia supra adducta. Nec videatur tibi mirũ, quod possit quis donare, & offerre ecclesiæ sua bona ad hunc solùm finem, vt liberalitatem exerceat, quia id sæpissimè poterit accidere, vt pluries considerat Marian. Socin. in tract. Oblationum, in primo libello, vers. de quibus oblationibus hic tractatur. Aut verò minor offert, seu donat intuitu charitatis, & religionis, & ad id principaliter intendit, & tunc dicas procedere opinionem affirmatiuam, quippe, quod minor valeat ecclesiæ seu pio loco donare. Nam d. l. vlt. §. cum autem, ideo prohibetur minor donare, quia donare est perdere, vt latè diximus supra. Sed in casu isto qui Deo, ecclesiæ, vel in pium locum, charitatis ac religionis intuitu donat, nõ dicitur dissipare, neque perdere, vt notissimum est, quod tamen intelligas, vt fiat cum causæ cognitione, vt iudex diligenter animaduertat quæ, & qualia bona minor donet, qua causa moueatur, si bono zelo, vel potius desperatione aliqua, & postremò diligentiss. considerare debet, an minor rectè faciat donando ecclesiæ. Erit igitur in arbitrio iudicis, vt iudicet, an minor iustis moueatur de causis ad donandum, quod si iustis de causis ipsum moueri viderit, suum apponet decretum, sin minus, suam auctoritatem minimè impartietur, quam distinctionem notes, quia eam verissimam ac satis iuri consonam esse arbitror. Ex qua videtur colligi nimis generaliter, & indistinctè fuisse locutum Cæsarem Lambertin. in tract. de iure patronat. in 3. artic. 5. quæst. princ. sub numero 2. versic. & videmus, dum inquit: Videmus minores eleemosinas facere sine iudicis decreto, de quo videtur dubitare Tiraq. de legib. connub. glos. 5. numero 218.

20 Et ex ea decidi etiam † potest superiori non dissimilis dubitatio, quam excitauit Paul. de Cittadinis in tract. de iure patron. 7. quæst. 2. causæ, part. 3. & reassumpsit eam Cæsar Lambertin. in eod. tract. de iure patron. 3. artic. 5. q. prin. 1. par. 1. libri, vbi audacter asserit, quod in dotatione ecclesiæ, quæ fieret per minorem, nõ requiratur iudicis decretum, quod ex pluribus hisce præcipuè comprobat.

Primò, eadem est ratio in dote danda, quæ in dote restituenda, glos. in Auth. res quę, in verbo, (obligationum) C. com. de leg. & in Auth. contra cum rogatur, in fine, in verbo, (dotis,) C. ad Trebel. quod argum. Lambertin. sumpsit a Paulo d. tractatu de iure patron. in 3. part. 2. causæ, quæst. 12. sub nu. 21. vers. decimum priuilegium. Atqui in obligatione de dote restituenda, non est necessarium decretum, quod licet isti non probent, probes tu per auctoritatem Iacob. de Aren. in l. sed hic, num. 3. ff. de rebus eorum, & in l. vbi adhuc, num. 3. C. de iure dot. Cin. Bald. Angel. & Salicet. in l. vlt. C. de legit. tut. ac aliorum quamplurium, quos latè congeram infra lib. 2. tit. 5. nu. 2. Ergo nec etiam necessarium erit in obligatione de dote danda.

21 Secundò, † stante statuto, mulierem non posse contrahere sine cõsensu propinquorum, fauore tamen piæ causæ contrahere potest, ac etiam donare sine illorum consensu, Bald. in l. generali, in fine, C. de sacrosanct. eccles. & Felin. qui alios adducit in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, colum. 19. in fine, vers. quantus casus, de constit. Postremò loco (leuioribus omissis) est optimus verborum contextus in cap. fin. de iudic. in 6. vbi Bonifacius determinat, quod pubes in beneficialibus, & alijs causis spiritualibus, necnon in dependentibus ab eisdem,

dem, possit disponere sicut maior 25. ann. Sed dotare ecclesiam dicitur continere quid spiritualitatis, merito. Et per hæc, & alia quamplura ita firmat Cæsar. Lambertin. d. artic. 3. 5. quæst. princip. & artic. 8. 5. quæst. princip. 1. part. 1. libri, num. 3. versic. in secundo priuilegio, & num. 20. vers. ideo transeo ad decimum, & artic. 14. 7. quæst. princip. prima par. 1. libri, vbi per præ-
22 dicta tenet, † quod pubes minor potest acquirere ius patron. cũ possit fundare, construere, & dotare sine decreto. Potestq. etiam aliquem ad beneficium præsentare secundum Tiraq. super legib. connub. glos. 5. nu. 221. & Put. decis. 7. de transact.

23 An autem † ius patronat. competat pupillo, vel infanti, & quisnam possit præsentare, an ipse, vel eius tutor, videas latè per Cæsar. Lambertinum d. artic. 14. 7. q. princ. Nam cum ista ius patronat. materia minimè ad nos pertineat, remitto me ad eum, qui eruditiss. quidem eam pertractat. Verùm licet Reuerendiss. iste vir doctrina, & experientia rerum insignis, summopere mihi semper placuerit in d. tract. de iure patron. in præsenti tamen dubitatione (sit tanti viri pace dictum,) vereor ne minus perfectè locutus sit. Si quidem regula iuris est, de qua latiss. diximus supra lib. 1. in princ. quod minor immobilia, & ea quæ seruari possunt, absque decreto alienare nequeat. Immò fortius quando sumus in donatione, vt in præsenti casu dotationis ecclesiæ, non valet minor neque etiam cum decreto eam celebrare, l. vlt. §. cum autem, C. si maior fact. alienat. idq. habere locum mox supra conclusimus, etiam quod donetur ecclesiæ, vel pio loco. Præterea (& vrgentius quidem) prohibitum est in iure duo specialia circa idem concurrere, l. 1. cum ibi not. C. de dot. promiss. & latè dicam infra tit. 8. num. 79. sed minor regulariter neque etiã cum decreto donare valet, vt iam diximus, dici ergo non debet, quod speciali fauore ecclesiæ inductum sit, quod possit dotare, vel donare, quod est vnum speciale, & etiam quod id faciat absque decreto, quod est alterum, contra not. in d. l. prima. Et hanc nostram sententiam contra Lambertin. videtur firmasse Paul. de Cittad. d. tract. de iure patron. 3. part. 2. casu, quæst. 7. num. 2. dicens, quod fortè in dote quæ datur ecclesiæ requiritur decretum, sicut in dote mulieris, l. lex quæ tutores, C. de administrat. tut.

Non obstãt modò ea quę supra fuerunt in contrarium adducta, quæ licet primo aspectu plurimum videantur vrgere, rem tamen diligentius intuendo, parum, aut nihil profectò aduersantur. Et primò, dum dicit Lambertin. quod eadem est ratio in dote danda, quæ in restituenda; respõdetur verum id esse, sed in danda requiritur decretum, l. lex quæ tutores, C. de administrat. tutorum. latissimè dicam infra tit. 8. inspect. 13. num. 89. ergo & in restituenda requiritur: & si dicas in restituenda non requiritur decretũ, vt mox dictum fuit, considerandum est, diuersam esse rationem, inter dare dotem, & eã acceptam restituere, quandoquidem in restitutione nõ requiritur decretum, quia sumus in obligatione, & hypotheca tacita, quæ inducitur ab ipsa lege, quæ multum differt ab expressa, l. 2. & 3. in princ. ff. de rebus eorum, & ibi DD. Prę terea ambigui iuris est, an bona minoris sint tacitè obligata pro dotis restitutione, etiam sine decreto, vt videbimus infra tit. 5. inspect. 1. Nec minus etiam obstat secundum argumentum, quod fit de muliere cui permittitur donatio fauore piæ causæ, absque solemnitate a statuto requisita, quia negatur id verum esse, vt per Roman. in Auth. similiter, 16. priuileg. C. ad leg. Falcid. vbi per bona iura, & rationes reprendit Bald. in d. l. generali. Præterea, quod mulier fauore piæ causæ absque iuris municipalis solẽnitate donare valeat, vnicus tantum concurrit fauor, quippè

quod

quod id possit absque dicta solemnitate, cum aliàs possit mulier liberè de suis bonis disponere: secus verò in minore, quem si diceremus posse donare duo concurrerent specialia, nempè, quod ei permitteretur donatio, & quod esset permissa absque decreto, contra ea quę supra notauimus. Postremò argumento respondetur per Roland.a Valle in tract. de lucro dotis, quæst.45. num.4. & 5. Præterea, responderem ipse d.cap. vlt.disponi, quod maior 14. ann. iudicetur legitimæ ætatis in spiritualibus, si qua oriatur controuersia circa ea, vel alia ab eis dependentia, cum sit admissus in principali, admittitur etiam in emergentibus, & dependētibus ab eis, vt si aliqua bona detineri animaduerterit, possit ea petere, & in iudicio stare; vel si ab eo aliquid petatur, possit in iudicio comparere, & se defendere, vt dicit ibi text. (Ad agendum, & defendendum.) Exempli gratia, in matrimonio prout intelligunt DD. dictum contextum, maior 14. annis potest matrimonium contrahere, cap.1.& 2. de desponsat.impub.& Inst.de nupt.in principio; quo concesso, conceditur etiam vt valeat dotem sibi promissam petere, vel etiam si super ea aliqua oriatur lis, eam defendere. Namque cum valeat nuptias contrahere, debet etiam dicta de causa posse agere, ac defendere, arg.l.mutus, ff. de iure dot. Dumq. ibi disponitur quod possit agere, debet intelligi in eius fauorem, vt possit agere ad acquirendum, non autem ad diminuendum. Sed quod possit postmodum ex d. c. fin. elici generalis regula, quod cum minor in spiritualibus habeatur pro maiori, possit sua bona ecclesię, seu pio loco donare, id nunquam mihi persuaderi poterit. Et sic, vt vides, opinio Reuerendisimi Lambertini falsa prorsus redditur, ex quo apparet ipsum malè sensisse etiam in alio,
24 dum inquit, † quod minor, maior 14. ann. possit ius patronat. constituere, ac fundare, ex eo quia potest ecclesiā dotare. Nam cum istud, vt diximus, verum minimè sit, ergo nec id quod ex eo sequitur. Vnde ipse consulerem fauore ecclesiæ, quod in dotatione apponatur decretum, per quod animaduertat iudex an id minori expediat, & iuxta distinctionem quam mox tradidimus supra, iudex suam impartietur auctoritatem, vel eam denegabit.

INSPECTIO III.

25 TERTIA est † inspectio; Numquid minor 25. ann. possit donare rem immobilem, stante statuto, quod cōtractus eorum qui sunt 10.& 8. ann. si sint publici mercatores, vel aliàs agant, faciant, & contrahant tamquam patresfam. valeant & teneant, ac si essent 20. annorum: qua in re concludendum videtur, minori vigore prædicti statuti donationem permissam esse, vt ex pluribus comprobari facilè potest. Et primò minor 25. maior 18. annorū vigore d. statuti habetur pro maiori, quantum ad hoc, vt per eum gesta valeant, atqui maior potest vendere, donare ac omnes alios denique actus celebrare, absque iudicis auctoritate, l.1. & per tot.C.de præd. minorum. & dixi supra in Præfat. num.124. cum seq. meritò.

Secundò negari haud potest, quin per d. statutum permittatur minorem 25. posse contrahere. Verùm donatio est contractus, l.si donationis, C. quod met.causa, & l.contractus, C.de fide instrumentorum, ergo iste minor debet posse donare. Postremò, statuta sic semper intelligi debent, vt aliquid addant vltra ius commune, ne ex eo superfluitas resultet, l.1.in fine, ff.ad municipal. Bart.in l.4. §. prætor ait, ff. de damno infect. Sed in casu isto statutū redderetur superfluum, si minor donare nequiret, meritò fatendum est, donationem ei minimè denegatam esse.

His tamen, & similibus minimè refragantibus, in contrariam sententiam omni-

omninò pertranseundum esse censeo, quã videtur firmasse Castr. cons. 161. non est dubium, per tot. lib. 2. & videntur sensisse Cæsares in l. 2. vers. ita tamen, & in l. eos, C. de his qui ven. ætat. impetr. vbi deciditur, quod licet minor reputetur maior in contrahendo, nihilominus huiusmodi concessio nihil operatur in alienationibus bonorum immobilium, si non interueniat iudicis decretum, nihilq. operari debet etiam si interuenerit, eo casu quo eius interuentus nihil operatur, d. l. vlt. §. ea autem. & latè fuit dictum supra insp. 1. Et prædictum statutum nihil aliud operari videtur, quam id quod a Principe per veniam ætatis conceditur, vt considerat Castr. d. consil. 161.

26 Præterea, ea † semper fieri debet interpretatio in statutis, vt intelligantur secundum ius commune, & si in aliquo a iuris communis dispositione deuiare reperiantur, debent ita intelligi, vt offendant minus quam fieri possit, l. 2. C. de noxalib. Accurs. in l. vlt. §. in computatione, in fine glo. magnæ, C. de iure delib. & in l. vt gradatim, §. sed & si lege, ff. de muneribus, & honoribus. & adnotant omnes Canonistæ in cap. dilectus, de consuetudine. Crauet. consil. 236. num. 9. lib. 2. & Socin. iun. alios allegans, consil. 11. num. 12. lib. primo. intentioq. prædicti statuti fuit, inducere duos casus contra ius commune, nempe, quod minor 25. maior verò 10. & 8. annorum, habens curatorem, & contrahens sine eo, obligetur, quando est publicus mercator, & agit, siue contrahit tanquam paterfam. & in his tantum duobus casibus debet statutum intelligi contra ius commune. Ex dispositione etenim iuris communis si habeat curatorem, mero iure non obligatur sine ipsius auctoritate, l. si curatorem habens, C. de in integr. restit. minorum. Voluit igitur statutum in his duobus tantum casibus minorem obligari si ne curatoris auctoritate, sicut de iure communi obligaretur cum ea, non autem debent isti duo casus efficaciores esse ad obligandum ex forma statuti, quàm esset auctoritas curatoris de iure communi. At qui curatoris auctoritas iudicisq. decretum non sufficiunt de iure communi ad validandam donationem, vt supra 1. inspectio. ergo multo minus debet sufficere esse publicum mercatorem, vel gerere se pro patrefamil. & sic contrahere. Absurdum siquidem esset dicere, quod istud statutum voluerit ista duo esse maioris efficaciæ, quam sit iudicis decretum, & curatoris auctoritas; & ita, licet non tam clare, comprobat Castr. d. consil. 161. Pro quo etiam facit l. 1. §. 1. ff. de offic. procurat. Cæsar. vbi potestas donandi non venit in generali, & libera administratione, nisi specialiter concedatur, ex quo Bald. cons. 103. ad finem, par. 1. inquit, cum donare sit perdere, quamuis maritus habeat amplam potestatem disponendi de rebus vxoris, constante matrimonio acquisitis, non tamē poterit donare cui voluerit. Et magis expresse in proprijs terminis cōsuluit Barth. Socin. cons. 130. sub num. 2. vol. primo, quod est repetitum vol. 2. consil. 235. visa contingentia facti, sentiens, quod etiam si extet statutum quod contractus minoris 25. ann. maioris tamen 20. valeat, & teneat, adhuc tamen non poterit vigore prædicti statuti donare. Nam cum d. statutum possit in multis alijs contractibus verificari, debet in illis intelligi, non autem in donatione, ad hoc vt euitetur legum correctio, & minus quam sit possibile ius commune lędatur. Et per hæc, & similia multa, latè id cōprobat Barth. Socin. in præcit. consil. Ex quibus omnino concludendum censeo, minorem non posse cum decreto donare, etiam extante statuto, quod contractus eorum qui sunt 10. & 8. annorum si sint publici mercatores, vel aliàs agant, faciant, & contrahant tamquam patresfam.

fam. valeant, & teneant. Concesso tamen donationem dicto casu mero iure validam fore, quo ad efficaciam obligandi propter d. statutum, daretur nihilominus minori restitutio in integrum. Nam cum donare sit perdere, vt diximus, diceretur læsus, & per consequens competeret ei restitutio, l. etiam, & per tot. tit. C. si tut. vel curator interuen. Siquidem statutum istud censetur solum voluisse facere contractum validum mero iure, & etiam obligabilem, non autem censetur voluisse auferre beneficium restitutionis in integrum, & facere irrescissibilem ratione læsionis, per id qd voluit Accurs. in l. 1. C. si de moment. poss. fuer. appell. & in Auth. si captiui, & ibi plenè per Bart. C. de episcop. & cleric. & Castr. d. consil. 161. cum quo tamen in hoc ego dissentio. Nam per huiusmodi statutum dicitur veniã ætatis concedi, vt ipsemet fatetur d. consil. 161. At qui quando venia ætatis conceditur, denegatur restitutio, l. 1. C. de his qui ven. ætat. impetr. Ergo etiam isto casu denegabitur, cum eadem videatur ratio in statuto, quæ ab Imperatore consideratur in eo qui veniam ætatis impetrauerit.

27 Præterea † in donatione non consideratur lęsio, Bart. cons. 90. dilecto domino, col. 1. vers. super secundo. Bertrand. cons. 248. donatio, nu. 18. lib. 1. Corn. cons. 36. videtur, col. pen. vers. non obstat, sub num. 5. lib. 1. Cranet. cons. 142. Mandell. cons. 4. casus iste, nu. 35. vers. ad sextum. Dec. cons. 180. numer. 4. & consil. seq. col. 2. Curt. iun. consil. 141. num. 2. & Anchar. suarum quæstionum lib. 2. quæst. 4. nu. 2. Idq. omnes passim admittunt, excepto ingeniosissimo viro Sfor. Oddo in tract. de restitut. minorum, par. 2. quæst. 32. in illa quæst. an minor restituatur aduersus donationem, vbi noniter firmat, quod in donatione consideratur lęsio, ex qua postea restituitur, intelligens DD. supra citatos qui contrarium tenent, loqui in pretio, videlicet, dum per eos dubitatur, an remedium l. 2. C. de rescind. vẽdit. quod datur etiam non obstante iuramento, competat ei qui donauit, concludunt quod non, ex eo quia in donatione non consideratur læsio citra, vel vltra dimidiam iusti pretij, cum nullum in ea consistat pretium. Sed non proterea ex ista conclusione in terminis suis vera, constitui debet conclusio, quod minor donando non læditur, quod latiss. quamplurimis comprobat idem Sforz. in præcitato loco, vbi etiam ponit, an, & quando restituatur aduersus donationem, in casibus in quibus ei donatio permittitur, quæ omnia poteris plenius apud ipsum videre, qui infra paucos dies editurus est elegantissimum, numerisq. omnibus absolutum tractatum de in integrum restitutione minorum, qui post nostrum istum de decretis videbatur omnino desiderari, & iam equidem ipse post absolutionem istius decreueram etiam, de minorum restitutione pertractare, sed postquam a doctissimo isto viro præuentus fui, valdè lætor, lætariq. vniuersus debet Orbis, cum ipse doctiori, ac elegantiori stylo quam ipse fecissem d. materiam absoluturus sit.

Non obstant modò (redeũdo iam vnde digressi sumus) ea quæ supra pro opinione contraria fuerunt adducta. Et ad primum argumentum respondetur, quod licet minor vigore d. statuti habeatur pro maiore quantum ad hoc vt contrahere possit, nihilominus, non censetur habilitatus ad alienandum immobilia absque decreto, & pariter neque etiam cum decreto, in casu donationis, in quo eius interuentus nihil operatur. Nec obstat secundum argumentum cui satis facilè fit, considerando quod etsi minori permittatur contrahere, non per hoc tamen permittitur immobilium alienatio, seu donatio, d. l. 2. & d. l. eos. Et parum, aut quicquam facit quod dictum statutum

rum diceretur superfluum, quandoquidem toleratur superfluitas quãdo quis indebitè damnum pateretur, vt declarat latè Felin. in c. solitæ, col. pen. de maiorit. & obed.

Præterea, denegatur statutum esse superfluum, ex his quæ diximus supra sub num. 26.

INSPECTIO IIII.

28 POSTREMA subsequitur inspectio, nũquid minor alienare, seu donare valeat causa remunerationis, in qua duæ sunt aliæ considerandæ inspectiones, vt recto procedamus ordine.

Prima quidem erit, An minor ob benemerita possit sine decreto donare? In qua vtique dicendum videtur, posse minorem absque decreto, causa remunerationis donare. Videmus etenim multa esse inducta specialia ob benemerita, vt per DD. præcipuè per Ias. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure, & in l. si non sortem, §. libertus, ff. de condict. indeb. Et inter alia specialia est, quod prohibitus alienare, non prohibetur in causa remunerationis. Bartol. in proœm. ff. Ias. d. l. ex hoc iure, Abb. in c. per tuas, de donat. August. Bero. in c. in præsentia, nu. 9. de rebus eccl. non alien. & consil. 65. num. 14. vol. 1. ergo debet minor posse isto casu absque decreto alienare; quam sententiam firmarunt Ias. d. §. libertus, effectu 9. & in l. mandata, n um. 9. ff. de offic. eius. Claud. Seisel. d. l. ex hoc iure, effectu 4. num. 73. Tiraquell. in repetit. l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, n. 29. casu 16. C. de reuocan. donat. Cuman. consi. 102. nu. 2. incip. Ducissa Mediolani, & Iodoc. Damhouder. in pupillorum patrocinio, tit. de tutorum, & curatorum mun. cap. 10. nu. 25. vers. tertius est casus, licet reuera dicat, ꝙ iste est casus anceps, et dubius, nec satis iure probari.

Vereor tamen, ne supradicti potius inaduertenter locuti fuerint, quam ꝙ ita senserint, cum eorum intentionem fundent ex his quæ scribit Roman. in l. si ante nuptias, ff. solu. matrimon. qui expressim firmat, debere interuenire decretum, quod vtique nullam videtur difficultatem habere, siquidem donare est perdere, l. ab. agnato, ff. de curat. fur. & dictum fuit supra inspect. 1. num. 3. Ideo non debet ita de facili absque decreto permitti; quandoquidem causa ista remunerationis, nihil aliud operari poterit, nisi quod sit iusta alienandi causa, & nihilominus licet sit causa iusta, non proterea fit alienatio sine decreti interuentu, l. ob æs, cum similibus, C. de præd. minorum. In proposito igitur licet causa remunerationis faciat videri donationem rectè factam, non tamen ritè factam videri facit; per quam rationem ita concludit, Ferand. Vasq. de success. creat. tit. de testamentorum poten. §. 10. sub num. 72. ampliat. 22. vers. sed verius, & ante eum id sensit subtilissimus nouissimorum omnium Arius Pinell. in l. 1. par. 3. sub nu. 62. illat. 21. C. de bon. matern. Iacob. Menoch. consil. 29. nu. 31. lib. 1. & Augustin. Bero. in c. in præsentia, nu. 12. de rebus eccles. non alien. vbi loquens in proposita materia, de ecclesia, id quamplurimis comprobat, & cum istis tamquam melius sentientibus omnino pertransẽũdum esse censeo, quorum sententia comprobari optimè ex eo potest, quod donatio à filiofam. patri facta tempore emãcipationis, excedens legitimam summam, non valet sine insinuatione, arg. l. data, C. de probat. quasi licet causa donandi sit iustificata, solemnitas tamen non sit suppleta, & sic rectè quidem, non tamen ritè, solemniter, aut formaliter facta fuit, vt refert Vasq. in præcitato loco.

Concludendum est itaque donationem causa remunerationis factã absque decreti interuẽtu inualidam prorsus esse.

Secunda subsequitur inspectio, An minor

minor saltem decreto interueniente, valeat bona remunerationis causa donare? In qua duo sunt principales considerandi casus.

Primus, quando minor donat bona mobilia quæ non possint seruari, quo casu, disputatione omissa, concludendum est, minorem posse talia bona donare. ita voluit Franc. de Aret. consil. 24. num. 14. incip. quattuor dubia, qui ita intelligit procedere l. cum plures, §. vlt. ff. de administrat. tutorum, & l. qui filium, ff. vbi pupill. educ. deb. taciteq. id sensit Ias. d. l. ex hoc iure, effectu 11. & d. §. libertus, effectu 9. & consil. 116. mihi quoque admodum, volum. 4. Guglielm. Redoan. de alienat. rerum eccles. num. 1. cum seq. fol. 20. & hæc est * communis opinio, vt idem Franc. testatur d. consil. 24. sub num. 13.

Secundus principalis est casus, quando minor alienat bona immobilia causa remunerationis, in quo duæ sunt inuicem pugnantes opiniones: Altera affirmatiua, quam attentari posse inquit Roman. in l. si ante nuptias, ff. soluto matrim. sequitur Ias. d. l. ex hoc iure, 11. effectu, num. 63. & d. l. si non sortem, §. libertus, 9. effectu, sub num. 8. & in l. cum filiofamil. num. 170. ff. de legat. 1. (vbi id contra Castr. consil. 2. teneri posse dicit.) Claud. Seysel. d. l. ex hoc iure, in 4. effectu, num. 73. Alciat. in l. creditores, num. 9. ff. de verbor. significat. Tiraquell. d. l. si vnquam, numero 29. in 16. speciali. Roman. consil. 50. idem in præfata, in fi. Castr. licet sub dubio cons. 171. in princ. lib. 2. in casu præsenti. Socin. consil. 66. col. 2. in fine, lib. primo. & August. Bero. consil. 61. num. 33. & consil. 65. num. 14. vol. 1. Harmenopulus in Promptuario iuris ciuilis, lib. 1. tit. 12. versic. rem a patre, Moderni in tract. clausularũ, num. 24. fol. mihi 593. Franc. Viuius lib. 2. Com. opin. opin. 92. vbi ex Aret. d. cons. 24. hanc opinionem * communem esse dicit.

Pro qua adducitur primò l. cum in plures, §. cum tutor, ff. de administrat. tutorum. & l. qui filium, ff. vbi pupill. educ. debeat. His tamen, & similibus quę facilè adduci possent respondetur, quod loquuntur in rebus mobilibus, vt intelligit d. iura Franc. Aretin. d. consil. 24. & sic sumus in primo casu supra a nobis considerato. Præterea responderi potest, quod illud, quod ibi præstatur erat debitum, cum teneatur minor mercedẽ præceptoribus præstare, ad idq. compelli possit; consideratur igitur ibi id quod datur tamquã ęs alienũ, propter quod minor rectè alienat.

Secundò adducitur huiusmodi ratio: Res aliàs alienari prohibitæ, possint remunerationis causa alienari, Bart. in proœmio ff. in princ. num. 14. in l. ambitiosa, circa princ. ff. de decret. ab ord. fac. & in l. iubemus, la 2. num. 9. C. de sacrosanct. eccl. Roman. d. l. si ante nuptias. Ias. d. l. ex hoc iure, effectu 8. num. 60. Augustin. Bero. cap. in præsentia, num. 9. de rebus eccles. non alien. & cons. 65. num. 14 vol. 1. Hinc postea est, quod donatio licet inter virum, & vxorem prohibita sit, tot. tit. ff. & C. de don. inter vir. & vxor. tamẽ si sit remuneratoria seruitiorum, valet, l. quod autem, §. si vir, & vxor, ff. de donat. inrer vir. & vxor. Ias. multa allegãs d. l. ex hoc iure, in 3. effectu obligat. antidotalis.

Et huic quoque rationi satis facilè fieri potest, considerando, quod res aliàs alienari prohibita, censeatur ex causa remunerationis alienari permissa, in casibus in quibus id iure cautum reperitur, vt in bonis mobilibus, prout intelligunt Barto. & cæteri. l. iubemus, C. de sacrosanct. eccl. ex qua hoc generale pronunciatum colligunt. Et qui in casu de quo quęrimus dicit obligationem antidoralem priuilegiatam esse, debet probare, vt probatur in donatione quæ fit inter virum & vxorem, quæ in hoc reperitur priuilegiata, d. §. si vir, & vxor. Vel melius dicas,

d.§. si vir, & vxor, non probare id ad quod passim a Scribentibus adducitur. Non enim valet ibi donatio ex causa remunerationis, sed ex eo, quia cessat ratio prohibitionis. Nam cum coniuges sibi ęqualiter donēt, sustinetur mutua donatio, cum neuter coniugū tunc fiat pauperior, vt subtiliss. per hæc, & alia multa contra communes Scribentium traditiones animaduertit Pinell. in l. 1. par. 3. sub num. 85. vers. minus obstat, & vers. tādem, C. de bon. matern.

Adducitur tertiò a Ias. in d.l. ex hoc iure, textus, quem in terminis esse putat in l. 2. C. si aduers. donat. vbi Cæsares rescribunt, quod illa donatio de re immobili, in qua erat obligatio antidoralis, non valet, propter S. Cons. auctoritatem; idest, (inquit Ias.) quia nō interuenit iudicis decretum. Ergo a cōtrario sensu, si decretum interuenisset, donatio valuisset, & per hunc textum putat Ias. sententiam istam indubitatam reddi.

Cui contextui respondet Castr. d.l. 2. vbi prius ad hoc propositum d. textū ponderauit, quod scilicet ibi non valeat sumi argumentum a contrario sensu, quia resultaret correctio iuriū. Corrigeretur enim l. 2. C. si maior fact. alienat. & l. vlt. §. cum autem, eod. tit. vbi generaliter deciditur, quod donatio de re immobili a minore facta, etiam cum decreto, non valet: non poterit igitur sumi argumentum a contrario sensu, iuxta doctrinam Baldi in l. contienticulam, C. de sacrosanct. eccl. & DD. in l. 1. ff. de offic. eius. Minus quoque obstat si cum Ias. replicaueris, quod nulla resultet correctio, cum d.l. fin. non loquatur in donatione remuneratoria; quia d.l. generaliter, & indistinctè loquitur, donationem prohibendo. Respondetur etiam, & clarius, prout faciā in contraria opinione.

Cōtraria igitur superiori est opinio, quam consulendo amplexus fuit Frāc. de Aretio d. cōs. 24. in fine. Marcus Anton. Natta consil. 173. sub num. 1. vers. plus voluit, & cons. 180. nu. 7. lib. 1. & Ant. de Alex. in d.l. 2. C. si aduers. donat. quem refert Ias. d.l. ex hoc iure, & d.§. libertus. quam opinionem ego tāquam veriorem sequor, quæ ex pluribus comprobatur. Et primò. Si in casu in quo permissa est donatio rei mobilis minori, regulariter requiritur decretum, l. vlt. ff. de curat. fur. l. 1. §. sed nonnullos, ff. de tut. & rat. distrah. Ergo aliquid amplius debet esse in rebus immobilibus, quorum alienatio maioris est præiudicij, vt scilicet neque etiam cum decreto fieri possit, & ita pro hac parte arguit Aretin. d. cons. 24. in fine.

Secundò mouetur idem Aretin. minor, & ecclesia equiparantur, Matthesil. qui plures ad id congerit. not. 44. & dixi supra in præfat. num. 59. Sed bona immobilia ecclesiæ non possunt remunerationis causa alienari, contra generalem prohibitionem, vt voluit Innocent. in cap. cum ex officiis, de testam. Bald. Castr. & alij in l. iubemus, C. de sacrosanct. eccl. & Natta d. cons. 173. sub nu. 5. & probatur in c. relatum, de testam. extra. Ergo idem in minore, cū nulla diuersitatis ratio assignari possit.

29 Tertiò facit, † quia donatio quæ fit causa remunerationis, verè & propriè, etiam liberalis, vel gratuita appellatur, vt non obscurè probauit Accurs. in l. donari, ff. de reg. iur. & in l. sed & si lege, §. consuluit, in verbo (obligauerint), ff. de petit. hæreditat. vbi dicit id esse sine dubio. Dec. & Cagnol. d.l. donari, & ita etiam videntur sensisse antiquiores relati ab Alberico in l. donari, ff. de donat. in exposit. text. in verbis illis, (nullo iure cogente.) Faber. in rubr. & Aretin. in principio, num. 2. Inst. de donat. & sequuntur quamplures alij, relati à subtilissimo Pinello in l. 1. par. 3. sub nu. 60. vers. assero igitur, C. de bon. matern. vbi egregiè hanc sententiam contra communes Scribentium traditiones veriorem esse ostendit; quo stante, sequitur necessariò, neque etiam cū decreto posse donationem a minore celebrari,

lebrari,l.vlt.§. cum autem, C. si maior fact.alienat.& dictum fuit supra in prima inspectione.

Quartò & vltimò (cæteris omissis) moueor ipse per eandem l.2. C. si aduers. donat. per quam Ias. contrariam opinionem veriorē esse dicit; sed (tanti viri pace dictum sit) decipitur Ias. in
30 intellectu d.l.2.† si quidem dicitur in d.l.2.quod si fuit facta donatio de re immobili, causa remunerationis, non valet, tamquam facta contra S. Cons. Ergo (inquit Ias.) a contrario sensu, si interuenerit decretum, donatio valebit,& sic secūdum eum expressim probatur contra hanc secundam,& veriorem (vt arbitramur) opinionē. Aduertas tamen, quia in hoc decipitur Ias.& multoties decipiuntur Scribentes: Nā dum arguit Ias. a contrario sensu, non reassumit id quod dicitur in sensu directo,vt necessariò requiritur,ex his quæ notāt Scribentes in l.1.ff. de offic. eius: Si quidē in sensu directo dicitur, quia fuit facta contra S.Cons.ergo (dicit ipse) si fuerit facta cum decreto valebit: Debuit enim reassumere verba quę sūt in sensu directo, videlicet. Ergo si fuerit facta donatio cū auctoritate S. Cōs. valebit,& ita benè procederet argumētum a contrario sensu, quod S. Cons. disposuit, ne minores alienent, neque donent etiam cum decreto, cum regulariter neque etiam interueniente decreto possint alienare,l.1.& l magis puto,ff.de rebus eorum.& casu quo faciēda sit alienatio,fiat cum decreto.Et hęc duo disponuntur per præd. S. C. d.l.1. & d.l.magis puto, quod sensit Bald. Nouell.in repetit.l.1. num. 371. ff.sol. matrim.non obscureq.id deciditur per Vlpian.d.l.magis puto,§.si ęs alienum, vers. prætori enim. Cum igitur ibi donatio non valeat, propter auctoritatē S.Cōs.debet intelligi,quia per S.Cons. prohibetur alienatio, ideo non valet etiam quod interueniat decretum. Nā prohibet prætorem adhibere decretū, nisi in casibus expressis. Si igitur hoc casu fuisset appositum decretum,non propterea valuisset donatio,tamquam cōtra S.Cons. dispositionem facta, quod clariss.iudicio meo comprobatur ex ea dimet .l.2.vers.In aliis verò rebus, quę etiam sine decreto,ponderando dictionem (etiam) quæ est implicatiua minus dubij, vt per DD. in l. qui se patris, C.vnde lib.& præsertim Dec.1.notab. quasi supra dixerit donationem factā contra S. Cons. in casu in quo exigitur decretum. Postea subiungitur,(In alijs verò rebus quæ etiam,&c.) disponendo etiam circa donationem rerū quæ sine decreto distrahi possunt, ex quo ibi constat manifestè posse fieri contra S.Cōsult.etiam quod interponatur decretum.Ergo non valet argum.a contrario sensu sumptum,cum non reassumantur eadem verba quæ in sensu directo proferuntur. Nam,vt iam dixi,S. Cons. non solum disponit quod in distractione rerum minorum debeat interuenire decretum, sed insuper regulariter determinat,quod nulla alienationis species de rebus minorum celebrari valeat. Si igitur ibi filius prohibetur per S.Cons.alienare,& text. ille loquitur in donatione remuneratoria,vt idem Ias.fatetur,nec inficiari potest,ergo sequitur quod neque etiam causa remunerationis possint res minorum distrahi propter auctoritatem S. Cons. Et per hunc ego textum, & per alia supra adducta, cum hac opinione omninò pertranseundum esse censeo, quam & consulēdo,& iudicando sequerer:licet etiam cōtraria opinio dicatur cōmunis,ut per Viuium pro alia opinione supra relatū, id tamen minimè verū est, cū ad cōmunem opinionē alleget Frā. Areti.d.cons.24.qui dicit cōmunē esse quando donantur bona mobilia;circa immobilia verò contrarium firmat, & inaduertēter fuit ad id adductus a Scribentibus pro communi opinione,vt facilè cuique liquere poterit.

31 Posset † tamen superior opinio forsan saluari,vbi ex benemeritis ius agendi non

di non competebat,secus vbi essent me rita ex quibus competeret ius agendi. Nam tunc fortè saluari posset opinio quæ habet minorem posse saltem cum decreto remunerationis causa donare. Et ratio est,quia donans, se ipsum liberat ab obligatione qua tenebatur,& sic non videtur spontè, nec liberaliter dare. Nam cum fiat huiusmodi donatio ex causa æris alieni, dicitur, ex necessaria causa fieri, ob quā interueniente decreto,proculdubio alienatio valet, ꝑut videtur (in alio tamē proposito) subtiliss.ac veriss.quidē cōsiderasse Pinell.in d.l.1.par.3.sub.num.85.vers.sententia.

32 Nunc † concludendo,& redigendo in modum epilogi ea omnia quæ per quattuor inspectiones,in toto donationis titulo tradita fuere, constituēda est regula, Minorem neque etiam cū decreto donare posse,l.vlt.§. cum autem, C. si maior fac. alien. & latè diximus insp.prima. Ampliatur vt stante statuto, quod cōtractus cum minore gestus sine auctoritate curatoris non valeat, etiam si iurauerit,impossibile sit,quod donet cum auctoritate curatoris etiam iurando,vt supra in 1.ins.ampl.1.

Secūdo ampliatur, quod minor nō possit tradendo immobilia dotare personam extraneam,etiam cum decreto, quia hoc casu dotare,donare est, & eodem modo non poterit facere sponsalitiam largitatē, d.§. cū autem, & diximus supra in secunda ampl.1. inspect.

Tertiò ampliatur vt procedat etiā si donetur ei a quo dicta bona prouenerant, vt dictum fuit in 3. ampl.primæ inspect.

Ampliatur quartò, vt neque etiā ecclesiæ,aut piæ causæ donare valeat,nec etiam ecclesiā dotare, vt supra inspect. 2.quod tamen cum quodam temperamento intelligi debet, vt ibidem.

Ampliatur quintò,vt non possit minor donare rem immobilem etiā stante statuto,quod contractus eorum qui sunt 10.& 8.ann. si sint publici mercatores,vel aliàs agant,faciant,& contrahant tamquam patresfam. valeant, & teneant,ac si essent 25.annorum,vt cōclusimus supra inspect.3.

Ampliatur sextò,vt non possit donare neque etiam causa remunerationis, vt late firmauimus supra inspectio. 4. Quod tamen intelligendum est,vbi ex benemeritis ius agendi non competebat, secus vbi essent merita ex quibus ius agendi competeret, vt d. inspect.4. in fine.

Limitatur modò præd. conclusio, vt nō procedat, quoties minor donaret quæ seruando seruari non possunt, vt supra insp.1.limit.1.

Limitatur secundò, vt non habeat locum in patre legitimo administratore filij sui,vel etiam in tutore,vel curatore alicuius minoris, qui aliqua nobilitate fulgeat,vt supra insp.1.declarat. secunda.

Limitatur tertiò,nō procedere qñ interuenisset iuramentum, vt probauimus supra in 3.declarat.primę inspect.

Limitatur quartò, quādo minor donaret propter nuptias,vt supra inspect. prima,declarat.4.

Limitatur quintò,quando præterijsset decennium, vel vicennium d.insp. prima,declarat.5.

Ex quibus perfectè remanet absoluta tota hæc donationis tractatio, breuiss. ac eleganti ordine disposita.

DE ALIENATIONE ACTIONIS.

TITVLVS III.

SVMMARIA.

1 *Actio neque inter mobilia, neque immobilia cōnumeratur, sed tertiam de per se speciem constituit.*
2 *Actio competens ad rem immobilem nequit sine decreto a minore cedi, seu distrahi.*
3 *Actiones, & obligationes eiusmodi censentur, cuiusmodi sunt res ad quas competunt.*
4 *Actio competens ad rem mobilem, quæ possit seruari, nequit sine decreto distrahi.*
Secus si seruari nequeat.
5 *Actio alternatiuè competens, an possit alienari sine decreto, inspicitur finis.*
Contrarium tenet Auctor.
6 *Finis inspici debet.*
7 *Prohibita alienatione, intelligitur prohibitum omne illud per quod ad alienationem perueniri possit.*
8 *Melius est minorum iura intacta seruari, quam post causam vulneratam remedium quærere.*

POSTQVAM satis superq. de donatione pertractatum est, cum & ipsa quoque actio cedi, seu distrahi valeat: Nunc de alienatione seu cessione actionis dicendum est. Et quoniam pertractatio ista ab ea videtur quæstione pendere, An scilicet actio computetur inter mobilia, vel immobilia; ideo de ea necessariò hic præmittendum duxi. Variè igitur hac in re senserunt Scribētes, vt latiss. per Tiraquell. de vtroque retractu, glos. 7. §. 1. & * magis communiter
1 tenetur, † quod neque inter mobilia, neque inter immobilia cōnumeretur, sed tertiam quandam, & separatā de per se speciem constituat. l. a Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. l. quam Tuberonis, §. vlt. ff. de pecul. per quæ iura ita communiter senserunt DD. Bartol. in l. potest, ff. de auctorit. tur. & in l. mouentium, ff. de verb. significat. Tiraquell. latè d. glos. 7. §. 1. num. 9. Port. Imolens. concl. 10. libro 3. ingeniosissimus Pinell. in rub. C. de bon. mater. par. 1. conclu. 10. num. 24. & doctiss. Vasq. de success. creat. tit. de testam. potent. §. 10. sub numer. 72. vers. illud autem non est prętermittendum, lib. 1. Aliquando tamen regulatur secundum naturam rei, ad quam competit actio, vt est in proposito quæstionis nostræ, dū quærimus, An actio cedi, seu distrahi queat absque decreto, tunc etenim expedit actionem ęquiparari rei immobili, vel mobili, vt rectè considerat Castr. in l. 1. numer. 2. C. si aduers. transactio. Qua quidem in re, disputatione omissa, conclusiuè per suos distinctos casus procedendo, tres principales cōstituendi sunt casus.

CASVS I.

2 PRIMVS casus erit, † quādo actio ad quid immobile cōpetit, in quo indubiè concludendum est, minorem absque decreto actionem cedere, seu distrahere haud posse, quod Lege, Ratione, & Auctoritatibus quamplurimis cōprobatur, ita namque voluit Accurs. in l. 1. C. si aduers. transact. & in Auth. de non alien. aut permutan. rebus eccl.

§.1. in verbo, numeranda. Spec.tit.de cess.act.§.1. vers. sed numquid minor. Din.Bar.& ceteri in l.pôt, ff.de aut.tut. Bart. in l.si sic, §. vlt. ff. de leg.1.vbi de cõmuni * testatur, & ibi Angel.& Ias. Bart.in l.mouentium,ff.de verb. signifi cat.& in l.si cõuenerit,la secunda,in secundo not. ff. de pignorat.act. Bald.in Auth. hoc ius porrectum, C. de sacr. sanct. eccl. in l. iubemus,la secõda, vbi etiam Salicet.C.eod. & in l. si ad resol uendum,C.de pred.minorum.Luc.de Pen.& Io. de Plat.in l.vlt.C. de vend. rebus ciuit. lib.11. Ioan.de Plat.in l.2. §.ad filiorum,C.quãdo & quibus quar ta pars deb.lib.10.Petr.a Bellapert. in l.vlt.vers.item potest saluari,C.in quibus caus. in integr. restit. Angel. in §. hoc ergo, in Auth. de non alien. aut permutan.rebus eccles.Cast.in l.qnam Tuberonis,§. vlt.ff. de pecul. Roman. in l.si constante,§. si bona, num.16.ff. sol.matrim.Alex.in l.restituta,§.pupillus, ff. ad Trebell. Ias. in l.vlt. numer. 122.C.de iure emphyt.Bar.Bal.Castr. Salicet. & alij passim in l. 1.C. si aduers. transact. DD. in l.a Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. & in l.1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebell. Angel. Aretin.in.§. neque, in fine,Inst.de auctorit. tutorum. & Plot. in repetit.l. si quando, numer.198.C. vnde vi. Bart. consil.50.incip.Gilius,& consil.70.nu. 3.incip.Reuerendissime Domine,lib. 1. Bald. consil. 247. præmisso statuto, lib.1.cons.349.& consil.450.volum.2. & cons.423.Andreas,lib.3.Alex.cons. 116. sub numer.1. versic.modo sic, inquiens,quod ista est * communis opinio ab omnibus approbata, cons.125. visis & consideratis, vbi pariter de cõmuni testatur, lib. 1.consil. 27. attentis narratis,& consil.53.lib.3.& consil. 31.num.12.lib.1. quod est repetitum cons.3.lib.4.Ancharan. cons.338. visa copia,num.2. Bertrand. cons.245. ponitur in facto, lib.1. Cardin. Florentin.consil.66.& consil.72.Corn.consil. 188. circa hanc consultationem, in fine, lib. 3. & cons. 236. num. 14. lib.4. Socin. cons. 101. viso testamento Antonij, lib.1. & consil.175.lib.2. Guido Pap.cons.52.Cranetta consil.98.num. 8.vol.1.& in Respon.pro genero, nu. 198. & 421. & in rub. de leg. 1. num. 73.Port.Imolens.cons. 198. num.4.& Roderic.Suar.allegat.20.numer.7.inquiens hanc esse * communem conclusionem passim a Scribentibus approbatam.Tiraquell.alios allegans in tract. de vtroque retractu,glos.7.§. 1. num.2. & in prima par. retract. legal. in fine, numer. 22. vbi testatur de* cõ muni. Nicol. Vigel.ff. lib. 18. parte 2. cap. 6. reg.1. except. 34. Ant. Gomez. de contractibus, cap.10.col.2. dicens hanc esse * communem,& c.14.de restitut.minorum,nu.14.vers.quarto extende. Matth. Afflit.lib.2. feudorum, de feud.cognat.nu.49. Guglielm. Redoan.in tract.de alienat. rerum ecclesiastic.fol.86.nu.15.Pinell.de bon.mater.in rubr.par.1.conclus.12.num. 33. Ferand. Vasq. de testam. pot.§.10. sub num.72.vers. quod autem diximus, lib.1. & Albert. Galeotta in sua Margarita,cap.4.nu.5.vbi id limitat, quando minor cederet actionem fideiussori ex necessitate. Clarissimeq. id probatur (ne videamur solum auctoritatibus inniti) in l. sed si pecunia, §.si ius, ff. de rebus eorum, & in l. si ad resoluendum,C.de præd.minorum.

3 Ratione demum probatur,† quandoquidem actiones,& obligationes eiusmodi censentur cuiusmodi sunt res ad quas competunt,l.2.§.& harum,& ibi Ias.in 1.not.ff.de verb.obligat. Bartol.in l.4.§. Cato,ff.eod.& in l. Græcè, §.illud,ff. de fideiuss. & probatur Inst. de vsucap.in princ.vers.& ideo constitutionem, vbi actio realis vsucapitur triennio, si competat ad rem mobilẽ, si verò ad immobilem per 20. annos. Si ergo res immobiles ad quas actiones competunt,absque iudicis decreto alienari minimè valent,l.1. & toto tit. ff.de rebus eorum. eodem modo, neque

quæ actio ad immobilia competens, cum idem iudicetur de actione ad rē immobilem competēte, quod de ipsa re immobili, vt & animaduertit Alexand. consil. 27. attentis narratis, nu. 6. lib. 3. Nec quicquam refragatur cōmuni huic conclusioni ita fortiter firmatæ, l. potest, ff. de auctorit. tutorum, vbi deciditur, minorem posse suum debitorem delegare, & sic actionem cedere absque decreto, vbi etiam id adnotat Accurs. Quia licet ibi dicatur minorem posse cum auctoritate tutoris, suum debitorem delegare, non propterea excluditur prætoris decretum, sed necessariò subintelligi debet, præsupponendo terminos habiles, arg. l. qui testamento, ff. de testam. Vel si hęc nostra responsio non satisfacit, respondeas ex intentione Bart. in d. l. potest, quod ibi minor erat debitor alicuius rei mobilis, quæ tunc poterat sine iudicis decreto alienari antequam emanasset constitutio, l. lex quæ tutores, C. de administrat. tutorum, & seq. casu dicemus. Ex quibus perfectè remanet absolutus iste primus casus, non licere minori absque iudicis auctoritate actionem ad immobile competētem, cedere, seu alienare.

CASVS II.

SECVNDVS casus est, quando minor cedit, seu distrahit actionē ad rem mobilem competētem; quo casu
4 distinguí oportet, † quod aut huiusmodi actio competit ad rem mobilē quæ seruando seruari minimè possit, & tūc talem valet actionem distrahere, quēadmodum & ipsam rem posset. ita sensit Bart. d. l. non potest, & d. l. mouentium, & cons. 70. in princ. incip. Reuerendissime Domine, lib. 1. Guglielm. Redoan. de alienat. rerum ecclesiasticarū, fol. 86. nu. 15. senserunt q; alij Scribentes oēs supra in primo casu relati.

Aut verò actio compet t ad res mobiles, quæ tamen possint seruand , seruari, & tunc (temporis antiqui dispositione omissa) ex noua Constantini Imperatoris constitutione, in l. lex quę tutores, C. de administrat. tut. concludendum est, vt in primo casu, non posse talem actionem a minore absque iudicis decreto distrahi, pro quo facit gloss. in l. 3. C. de in lit. iur Bartol. d. l. non potest, & in l. si conuenerit, in secundo notab. ff. de pignorat. act. Alexan. in l. a Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. & in l. restituta, §. pupillus, ff. ad Trebell. Arius Pinell. in l. 1. par. secunda, nu. 43. C. de bon. matern. Ferand. Vasq. & cæteri quamplures supra relati in primo casu, si non expressim, saltem tacitè, & virtualiter.

Cuius decisionis ea est ratio: quia id quod dispositum est in immobilibus, per Orationem Diui Seueri, quæ alienationes minoribus prohibet, habet etiam locum in mobilibus quæ seruando seruari possunt, vt rectè visum est Constantino in d. l. lex quæ tutores, & diximus supra latius in præfat. nu. 15.

CASVS III.

TERTIVS & vltimus casus est, quando minori competit actio ad fundum, vel ad pecuniam alternatiuè, & sic tam ad mobile, quàm ad immobile, quo casu ex intentione Bart. & aliorum, dicendum est, inspiciendū
5 esse finem. † Nam si minoris debitor soluat pecuniam, valet cessio; si verò soluat prædium, non valet, tamquam facta solutio de re immobili, quæ alienari non potest. ita resoluit Bart. quem sequuntur Alberic. Angel. Ias. & cęteri in l. si sic legatum, §. vlt. per textum illū ibi (proinde,) ff. de leg. 1. Franc. Aretin. in l. 1. C. si aduers. transact. Bart. in l. si ex legati causa, num. 6. ff. de verb. obligat. Alex. in l. a Diuo Pio, §. in venditione, in fine primi notab. ff. de re iudic. doctissimus Cardinalis Alban. in Lucubrationibus in Bartol. ad d. l. si sic legatum, §. vlt. Bart. cons. 70. Reuerendis-

rendissime Domine, lib. 1. Alexan con sil. 126. visis, & consideratis, in fine lib. 1. & cons. 53. lib. 3. Turzan. in suis com munib. opin. opin. 22.

Pro quo est optimus verborum con textus in l. erit, ff. de fundo dot. quem allegauit Tiraq. d. tract. de vtroque retractu, in prima par. retract. côuent. in fine, num. 22. qui innumeros addu-
6 cit, firmantes, † quod finis inspici debet, qui qualis res sit demonstrat, l. sed & si quid, §. 1. ff. de vsufruct. c. fraternitatis, §. vlt. extra de frig. & malefic. Specular. tit. de fructibus & interesse, §. scias igitur, vers. sed quid si debeo. Quod tamen inteligas quando electio esset debitoris, vt videtur intelligere Bart. & alij precitati in d. §. vlt. Secus verò si electio esset ipsius minoris, quia non posset tûc minor cedere, ac si ipsa actio ad immobile competeret: Nam cum in eius stet arbitrio electio, non videtur d. electioni posse renunciare, aut cedere absque iudicis decreto, l. sed si pecunia, §. si ius, ff. de rebus eorum. Et ita perfectè absolutam habes totam hanc alienationis, seu cessionis actionis materiam, adhuc a nemine tam clarè distinctam.

Ipse verò licet neminem de hoc vlti mo casu dubitantem repererim, cogitaueram tamen, an posset in dubium reuocari ex communi Doctorum Re-
7 gula, quæ habet, † Quod prohibitus alienare, sicut non potest immediatè alienare, ita nec etiam potest facere actum per quẽ sequi possit alienatio, glos. notab. in l. item quia, ff. de pact. in l. codicillis, §. matre, vbi Bart. ff. de leg. 2. & in l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verb. obligat. de qua in pulchro propo sito meminit Bald. in l. ea lege, quæst. 8. C. de condict. ob causam. Imol. d. l. si ita quis, §. ea lege, & in c. in præsentia, extra de probat. Alex. in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de dam. infec. Dec. cons. 445. nu. 27. in casu, cons. 475. num. 41. in causa, cons. 479. num. 4. in controuersia, vbi loquitur in proprijs minorum terminis, & cons. 502. num. 3. ex duobus. Io. Baptista Ferett. consil. 102. num. 15. Natta cons. 110. num. 11. dicens glos. in d. §. ea lege, vbique approbatam esse. Ruin. cons. 23. col. 10. in fine, vol. 5. Roland. a Valle cons. 84. in fine, lib. primo. Cephal. cons. 53. num. 14. lib. 1. & Blanc. de compromiss. fact. inter coniunct. quæstione 4. sub numero 28. & pro hoc videtur facere tex. l. 1. C. de fundo dot. cuius dicti ea potuit esse ratio:

8 Quia † melius est minorum iura intacta seruari, quam post causam vulneratam remediû quærere, l. vlt. C. in qui bus caus. rest. in integr. non est necess. quam rationem vltra Dec. in præcitatis locis, reddidit etiam Blanc. d. quæst. 4. sub num. 28. Ex quo sequitur contra omnes Scribentes côcludendum fore, Non licere minori actionem sibi alternatiuè competentem (videlicet ad fundû, vel pecuniam) absque iudicis aucto ritate cedere, aut alienare, cum ex tali cessione sequi possit alienatio, quæ dicitur minori prohibita, per supra dicta. Vtilius enim est a principio occurrere, quam postea sequuta alienatione prouidere, arg. d. l. vlt.

TRACTATVS
DE DECRETIS,
CÆTERISQ. SOLEMNITATIBVS
in Contractibus Minorum, aliorumq. his similium, adhibendis,

LIBER SECVNDVS.

DE DIVISIONE.

TITVLVS QVARTVS.

D. OCTAVII SIMONCELLI
CALLIENSIS V.I.D. ET EQ.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Diuisio quomodo dicatur alienatio.*
2 *Minor absque decreto diuidere nequit.*
3 *Diuisio alienationis est species.*
4 *Statutum disponens solui gabellam de alienatione, vendicat etiam sibi locum in diuisione.*
5 *Emphyteuta diuidendo rem communem, dicitur alienare, ob quod cadit a iure suo.*
6 *Minor ex causa ad diuisionem prouocat, quia scilicet habeat fratrem, vel socium rixosum, vel aliàs sibi inutilem, ita vt non expediat in communione stare.*
Declaratur notabiliter numero 9. quæ declaratio postea reprobatur per Auctorem, num. 12. omissis circa id distinctionibus, num. 10. & 11.
7 *Rixosus an quis sit, a iudicis pendet arbitrio.*
8 *Pactum ne perpetuò diuidatur, non ualet.*
Limitatur.
13 *Minor ad diuisionem possessionis gratia administrationis, commodioris culturæ, vel ad diuisionem fructuum, prouocare potest.*
14 *Merces, & negociationes nequeunt sine causa diuidi.*
15 *Minor nunquid possit ad diuisionẽ proprietatis prouocare.*
16 *Intellectus l. Lucius, ff. famil. hercis-cun.*
17 *Diuisio similis est permutationi.*
18 *Pater legitimus filiorum administrator nequit hæreditatem filiorum minorum inter eos sine decreto diuidere.*
19 *Minor potest ad proprietatis diuisionẽ prouocare, stante statuto, quod maior xviij. annorum intelligatur perfectæ ætatis. Reprobatur id.*
Item quando diuisio utilis esset minori, numero 20. quod tamen reprobatur.
Item ualet ad proprietatis diuisionem prouo-

prouocare, quando iurat, num. 21.
Item etiam potest, quando post perfectam ætatem aliquo modo ratum habuit, num. 22.
Item potest secundum leges Longobardorum, sub d. num. 22.
23 *Minor potest diuidere, quando a maiore prouocatur.*
Ampliatur vt id fiat, etiam sine decreto, num. 28.
Ampliatur secundo, vt tunc minores possint etiam inter ipsos sine decreto diuidere, num. 29.
Reprobatur ista ampliatio, num. 30.
Declaratur tripliciter, num. 32.
24 *Intellectus l. qui neque, in fine, ff. de rebus eorum.*
25 *Lex loquens de alienatione, nō intelligitur de necessaria, sed de voluntaria.*
26 *Statutum loquens de alienatione, non habet locum, vbi quis ex necessitate laudi cogitur.*
27 *Minor cum cedit iura fideiussori ex necessitate, non exigitur decretum.*
31 *Alienabilis res semel effecta, semper durat alienabilis, quomodo procedat.*
33 *Forma decreti in diuisione.*
34 *Maior tenetur portiones facere, minor verò habet electionem.*
Contraria opinio, num. 36.
35 *Dictū vnius Sancti munitum auctoritate veteris, vel noui testamēti, præfertur cuicumque constitutioni.*
Declaratur id multipliciter.
37 *Maior in diuisione, non dicitur maior natu, sed qui diutius administrauit.*
38 *Socius studij, qui diutius fuit in studio, debet portiones facere, iunior verò eligere.*
39 *Sapiētiæ Noua laus, & illius fundator Benedictus Guidelottus Perusinus.*

CVM superiore libro videre ceperimus de rerum minoris alienatione, alienationis materiam prosequēdo, consequens nunc est, vt de diuisione explicemus, cum & ipsa alienationis sit species, l. 1. C. commun. vtriusq. iudic. & l. 2. ff. de fund. dot.

1 Quando † etenim minor communem fundum cum alio habet, talis fundus ipsius minoris dicitur: Nam quod commune est, meum est, l. in re cōmuni, ff. de seruit. vrban. præd. Dec. in l. id quod nostrum, num. 4 cum seq. ff. de reg. iur. & in cap. ratio, num. 9. extra de preb. Socin. in l. serui electione, §. 1. nu. 8. & ibidem Ripa num. 10. ff. de leg. 1. & totum dicitur ipsius minoris pro indiuiso, cum ius suum sit in toto, & in qualibet parte, argum. l. via constitui, §. quæcumque, ff. de seruit. rusticorum prædiorum. Aut igitur prædium diuiditur, & tunc fundus qui totus erat minoris pro indiuiso, fit eius pro parte tantum. Aut fundus alteri adiudicatur, & tunc minoris esse definit, & ob id alienatur, & sic, vt vides, alteratur Dominium ab eo ꝙ erat ante. ita notanter nobis declarat Ruin. cons. 105. nu. 9. in
2 fine, vol. 2. Cum talis igitur † diuisio dicatur alienatio, præsupponendum est primò, minorem non posse absque decreto diuidere, l. 1. & per tot. ff. de reb. eorum, & tot. tit. C. de præd. minorum. Bart. in l. si res pignori, nu. 7. ff. fam. herciscun. & in l. iubemus, in princ. C. de sacrosanct. eccl. & eruditiss. Menoch. alios allegās, pluribusq. id cōprobans, de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. casu 171. nu. 34. & cons. 80. num. 25. lib. 1.
3 Ratioq. in prōptu est, † quia diuisio alienationis est species, l. 1. C. commun. vtriusque iudic. l. 2. ff. de fundo dotal. & l. cum pater, §. hæreditatem post, ff. de leg. 2. Din. Bald. Alberic. cęteriq. DD. in l. si pupillorum, ff. de rebus eorum. Bart. Castr. & Salicet. in l. iubemus, la seconda, circa princ. C. de sacrosanct. eccl. Alberic. in l. inter omnes, circa finem, C. de præd. minorum. Bald. in l. generaliter, C. de secund. nupt. & in l. 1. C. si aduers. transact. Felin. remissiuè tamen in c. quæ in eccl. sarum, num. 93. de constitut. Ambros. de Oppizonibus

qui

* qui hanc opinionem * communem esse testatur, in repetit. l. filiusfamilias, §. Diui, num. 107. ff. de leg. 1. Corn. consil. 173. num. 14. vol. 2. & consil. 108. in princ. vol. 3. Gozadin. consil. 58. nu. 13. Socin. iun. cons. 48. num. 4. lib. 1. Iacob. Aemilian. cons. 33. nu. 7. Crauetta consil. 264. incip. quidam fratres, num. 8. par. 2. Neuizan. cons. 15. num. 6. Mantua cons. 161. num. 18. lib. 2. Roland. a Valle cons. 84. num. 16. & 18. lib. 1. Cephal. cons. 152. num. 72. & consil. 195. num. 26. lib. 2. & Menoch. in præcit. loco, num. 35.

4 Hinc est, † quod statutum disponẽs solui gabellam de alienatione, vendicat sibi locũ, etiam in diuisione, secundum Rom. cons. 182. num. 3. Curt. sen. cons. 66. num. 12. vers. capio nunc, quos refert, & sequitur Neuizan. consil. 15. num. 6.

5 Item emphyteuta † diuidendo rem cum alio communẽ, alienat, ob quod cadit a iure suo, vt per Augustin. Beroi. consil. 124. num. 11. cum seq. vol. 1. vbi quomodo id procedat optimè declarat: Id tamen esse contra receptã Scribentium sententiam aduertas, vt post Bart. Aretin. Ias. Crot. & Rip. ad l. qui Romæ, §. duo fratres, concludit clarissimus Clarus lib. 4. recept. senten. §. emphyteusis, quæst. 14. vbi plures ad id congerit de communi testantes. Concludendum est igitur id quod dispositum est in alienatione, vt sine decreto celebrari nequeat, habere etiã locum in ipsa diuisione. Sed vt hanc diuisionis materiam quæ in vsu Forensi frequentiss. & perfectè, ordinateq. absolutam habeamus, duæ sunt principales constituendæ inspectiones. Nam cũ istud diuidere, possit actiuè, & passiuè contingere, meritò duæ separatæ sunt considerandæ inspectiones.

INSPECTIO PRIMA.

PRIMA igitur in præsenti est inspectio, quando diuisio actiuè contingit, quia scilicet minor fratrem, seu socium ad diuisionem prouocat, in qua tres sunt considerandi casus.

CASVS I.

6 PRIMVS est, † cum minor ad diuisionem prouocat ex causa, quippè quod habeat socium, vel fratrem [illegible]sum, vel exosum, communiaq. bona dilapidantem, adeò, vt sibi non expectat in communione stare; quo casu indubitanter concludendum est posse minorem ad diuisionem prouocare, Accurs. Cin. Angel. & Salicet. in l. 2. C. de fun. dot. Iacob. de Aren. Cin. & Bald. in l. 1. C. si aduers. transact. Bart. in l. inter pupillos, ff. de actorit. tut. (id aduotans ex textu l. si conuenerit, cum l. seq. ff. pro socio) & in l. quod dicitur, ff. de tutel. necnon in l. cum scientes, C. de agric. & cẽsit. lib. 11. Bal. in l. 1. C. quæ res pignor. dari poss. in l. vlt. C. cõmun. diuid. & in l. 1. C. si aduers. transact. Io. de Plat. in l. 1. vers. quinto. & Luc. de Pen. in l. 2. col. 5. vers. incommodo, C. quando, & quibus quar. pars deb. lib. 10. Bart. Bald. Alberic. Castr. Salic. & * alij * communiter in l. iubemus, la seconda, C. de sacrosanct. eccl. DD. in l. inter omnes, C. de pręd. minorum. Ias. in l. 2. num. 22. ff. solut. matrim. Aretin. & Riminal. Inst. quibus alien. licet vel non, in principio. Ambros. de Oppizonibus, in repetit. l. filiusfam. §. Diui, nu. 107. ff. de leg. 1. Fabian. de Giocchis in repetit. Auth. nouissima, in fine, C. de inoffic. testam. Bart. Bolognin. in reper. Auth. habita, num. 383. C. ne filius pro patre. Franc. de Aret. consil. 22. in prin. Alex. cons. 7. col. 2. vol. 5. Roman. cons. 106. num. 4. Barthol. Socin. cons. 68. nu. 51. vol. 1. cons. 165. num. 27. & consil. 254. num. 2. vol. 2. Socin. iun. consil. 48. num. 4. cum seq. & cons. 79 nu. 3. vol. 1. Dec. cons. 349. num. 4. Rubeus consil. 89. num 8. Crauetta cons. 268. in fine. & August. Beroi. cons. 22. num. 37. vol. 2. Io. Andr. in addit. Speculat. in tit. de

curat.

ctrat.in prin.Fabian.de Mon.in tract. de empt. & vendit. 22. & vlt. quæst.4. quæst. princip. num. 16. Bertachin. in tract.de Episcopo, in 4. par.4. libri, q. 56.num.195.inquiens in proposito,qđ licet ecclesia nõ possit diuidere, tamen quando habet socium inhonestum, vt putà quia inducat mulieres in prędium commune,tunc potest, arg. gl.in l.non aliter,ff.de vsu, & habit.Petr. de Perus. in tract.Societatis,par.11.col.3.num.1. Guglielm. Redoan. in tract. de alien. rerum ecclesiasticarum,fol.40.num.2. Socin. reg.329.limit. 2. Benedict. Ca-
* pra qui de * cõmuni testatur, reg.109. num.17.cum seq. Socin.reg.329.limit. 2.Arnold.Feron. in consuet. Burdegalens.lib.2.tit.5.§.25.versic.sunt autem. & Iacob.Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2.cent.2.casu171.num.36.vers.secun-
7 da iusta, vbi dicit, † quod a iudicis arbitrio pendet,quod rixosus quis sit, vel non.

8 Et pro hoc facit, † id quod dicitur, non valere pactũ, ne perpetuò diuidatur,vt per Bar.ad l.in hoc iudicium,§.si conueniat,ff.cõmun.diuid. plenè apud Socin.consf.278.vol.1. & latiss.per eximium Cardin. Albanum d.§.si conueniat, quamplures ad id congerentem, quod tamen nõ procedit casu quo tale pactũ esset factum ad tempus,quia tũc valet, & tenetur quis illud seruare, nisi tamen vnus ex socijs factus esset rixosus, & molestus, quia tunc etiam ante finitum conuentionis tempus licet con trauenire, Salicet. in l.iubemus nulli, in princip. C. de sacrosanct.eccl. Alex. consf.18.num.3.visis capitulis,vol.2. Socin.iun.consf.79. num.3. quos refert & sequitur idem Cardin. Albanus d.§.si conueniat,num.2. Huiusq. principalis casus est ratio, quia nimium videretur iniquum,vt minor haberet intolerabilem socium sibi,& plerumque damnosum, & ad diuisionem prouocare nequiret,l.si conuenerit,in fine, ff.pro socio, & quod in minorum fauorem inductum est, in eorũ odium retorqueretur,contra l.quod fauore,de legibus, & l.1.§.in præsenti, C. de rei vxor.act. quam rationem considerauit Bart. d.l. quod dicitur, & Luc.de Pen. d.l.2. vel etiam dicas eam esse rationem, quia socius rixosus inquietando dicitur prouocare, quo casu licita est minori diuisio, vt dicam infra inspect.2.

9 Declaratur prædicta conclusio, † vt procedat quando quis esset simpliciter vel a lege,vel a testatore prohibitus, & ita procedant iura, & auctoritates supra relatæ, secus si ab vtroque,nempè, ab ipsa lege, & a testatore esset minor diuidere, seu alienare prohibitus: Nã tunc etiam quod habeat socios rixosos, vel aliter sibi inutiles, non poterit ob duplicem prohibitionem ad diuisionẽ prouocare. Cuman. (qui in proprijs minorum terminis loquitur.) Alexand.circa principium.Ias.num.23. in prima lect. & in secunda, nu.34.& 66. Crot.num.4.Ripa num.23.Socin.iun.
* nu.64.(dicens hanc opinionem * magis communiter approbari, & in propria diuisionis materia se aliàs consuluisse dum Pisis legeret,) in l.filiusfam. §. Diui,ff.de leg.1.gloss.vlt.in fine glos. magnæ, l. vlt. C. de rebus alien. non alien. & in l.ea lege, C. de condit. ob causam, glos.& DD.in c.verum,de cõdit.appos.Bald.in c.primo,§.præterea, de capit.in l.1.in 7.opp.ad finem,C.de pact.& in l.quoties ab omnibus, C.de fideicommiss. Alex. in l.quidam ita in testamento, §.si quis filium,nu.3. ff. ad S.Cons. Trebel.Aretin.consf.22.diligẽter.Dec.consf.93.nu.2.Port.Imol.consf. 1.num.32.Augustin.Bero.consf.22.nu. 30.cum seq. vol.2.vbi perpulchrè.Soc. in tract. Fallent.reg.228. fall.2. Iacob. Menoch. d.casu 171. num.36.& consf. 95.num.124. lib.1.vbi plenè. Angel. a Gambell. de.testam. gloss.90. num.3. latè Corsett.in suis Singularibus, in verbo,prohibitio.Cum enim hominis iussus, cum legis dispositione concurrit, aliquid alienari prohibentis, nec casu quidem aliàs excepto, distrahi posse

sanxit

sanxit Iustinianus in §.sanctissimas, in prin. in Auth. de alien. emphyt. per quē textū ita DD. oēs præcitati cōcludunt. Nam qn̄ lex prohibet alienationē, seu diuisionem fieri, solum rationē minoris ætatis, potest ad alienationem, seu diuisionem ex causis a iure permissis (iudicis decreto interueniente) deueniri, l. 1. & per totum ff. de rebus eorum, & toto tit. C. de præd. minorum. Vt igitur testatoris prohibitio (quę in hoc par est prohibitioni legis, l. si ita fuerit, §. vlt. ff. de manumiss. testam. l. vlt. C. de rebus alien. non alien. & tradunt passim DD. d. §. Diui.) aliquid vltra legis prohibitionē operetur, debet diuisionem, seu alienationem etiā ex causa, & cum decreto, impedire, arg. l. si quādo, ff. de leg. 1. & c. si Papa, de priuil. lib. 6.

10 Sed qm̄ † id nimium videbatur rigorosum, sunt qui putant hac in re distinguendū esse, quod aut est aliqua legitima, & necessaria alienandi causa, non adeò tn̄ vrget necessitas, quin possit dictorum bonorum alienatio, vel diuisio subterfugi; & tunc non pnt dicta bona etiam ex causa aliàs a iure permissa, & cum decreto alienari, idq. ne testatoris prohibitio nihil operando, superflua prorsus reddatur, aut verò minori maxima, & vrgens alienandi causa imminet, nec alia habet bona ex quibus tam magnæ necessitatis satisfieri possit, & tunc poterit res cum auctoritate superioris, alijsq. a iure requisitis solēnitatibus alienari. ita declarant Abb. Ioā. And. & nonnulli alij d. c. verum. Bald. in Auth. hoc ius porrectū, col. vlt. C. de sacrosan. eccl. & Ang. in §. hoc etiam, in Auth. de alienat. & emphyt. quam declarationem probant per d. §. Diui, & l. cum pater, in princ. ff. de leg. 3.

Verùm hæc Doctorum distinctio damnatur per gl. Card. & alios, d. c. verum, per Alex. cæterosq. DD. d. §. Diui, firmantes, quod etiam si alia bona nō supersint, tamen res prohibita a lege, & ab homine simul, alienari non possit ex causa necessaria, etiam in casibus aliàs a iure permissis. Nec obstant iura quibus nititur hæc distinctio, quia his optimè satisfacit Alex. d. §. Diui, & August. Bero. d. cons. 22. sub num. 35.

11 Quid igitur firmādum? † putarē fortassè prædictam distinctionem de facili sustineri posse, aliter tamen considerādo quàm prædicti faciant, videlicet; Quod aut extat iusta, & legitima alienandi causa, putà æs alienum, aut quid simile, ob quod sit cū decreto permissa alienatio, & tunc haud quaquàm poterit, neque etiam cum decreto in causa necessaria alienatio permitti, ad hoc vt testatoris prohibitio vltra legis prohibitionem concurrens, aliquid operetur. Aut verò existit quædam magna, & vrgens necessitas, vt putà si daretur casus, quod minor esset in carceceribus detētus, captiuitate, famis necessitate, aut alio quid simili vehemētiss. vrgeretur, & tunc crederem, quod testatoris prohibitione non obstante, permitteretur alienatio, alijs rebus non extantibus, ex quibus præd. vrgentissimæ necessitati subueniri posset; quandoquidem testator prohibēdo respexit solùm fauorē ipsius minoris, & verisimiliter si de tali necessitate interrogatus fuisset, credendū est vtique quod eam permisisset; cum nō sit verisimile, patrem, aut alium, instituendo hæredem quem præsumitur diligere, voluisse quod filius, vel hæres in captiuitate, vel fame pereat, quod æquitati plurimum profectò conuenit.

12 Verumtamen † cū & hæc distinctio, vt superior posset difficultatē pati: Ego sum in quadam noua, subtili, & verissima (ni fallor) opinione, contra omnes Scribentes; quod scilicet, minor res cū decreto alienari permissas, alienare valeat etiam si vltra legis prohibitionem, testatoris quoque prohibitio concurrat. Ad quod firmandū ex duobus pręcipuè moueor. Primò. Testator in dubio præsumitur se conformare cū dispositione iuris cōis, & secundum iura disponere, l. si duo, & ibi glos. & DD. ff. de acquir. hęred. DD. in l. hęredes mei,

§. cum

§.cum ita, ff.ad Trebell. Bald. in l.tres fratres, ff.de pact. Alex.in l.Gallus, §. quidam,in fine,ff.de liber.& posthum. & consi.15. viso testamento,lib.4. Dec. cons.155.num.3.consil.277.num.8.& consil.416.num.18.& Ruin.cons.141. vol.2.Ergo in casibus aliàs de iure communi permissis, debet posse cum decreto ad alienationem, seu diuisionem peruenire.

Nec quicquã vrget si dicatur, quod prohibitio, seu præceptũ testatoris redderetur elusorium, nihilq. operaretur, quandoquidem potius toleranda est superfluitas, quam correctio iuris communis, Felin.c.qualiter,& quando,ver sic.secundo limitatur, de accusat. Alex. cons.34.num.9.lib.1.cum similibus.

Vt igitur testator præsumatur se conformasse cum dispositione iuris communis, & ne sequatur correctio, fieri debet interpretatio, quod minor in casibus aliàs de iure communi permissis, valeat cum decreto alienare, non obstante duarum prohibitionum concursu, legis nempè, & testatoris simul.

Secundò (& in hoc facio vim) cum per istud optimè respondeatur ad id de superfluitate, in quo Scribentes præcipuum constituunt fundamentum, vt scilicet testatoris prohibitio cũ legis prohibitione concurrens non reddatur superflua. Ideo nequeat minor etiam in casibus aliàs de iure permissis, diuidere, seu alienare, quam rationem si in proposito cessare ostendam, eius quoque dispositio cessare debebit, arg.l.adigere, §.quamuis, ff.de iure patronat. siquidem minor multis in casibus valet cum decreto alienare. Multi etiã sunt casus, in quibus etiam nulla iudicis auctoritate interueniente, alienatio, seu diuisio minori permittitur. Et sic testatoris prohibitio alterũ de duobus istis effectibus operari poterit. Namque cũ in casu aliàs de iure permisso valeat minor alienare, seu diuidere, etiam quod cum legis prohibitione, hominis quoque concurrat, non per hoc tamen testatoris prohibitio redditur superflua; cũ operari possit circa res quæ sine decreto diuidi, seu alienari possunt, vt exẽpli gratia non recedendo a diuisionis materia: minor quãdo ad diuisionem a maiore prouocatur, vtiq. diuidere potest, etiam quod iudicis decretum non interueniat, l.inter omnes, C.de præd. minorum.& dicam infra inspect.secũda. & alijs etiam in casibus in quibus permittitur diuisio, vt infra mox subijciam: Vel etiam in casibus in quibus permittitur alienatio sine decreto, de quibus latè dicemus lib. 3. tit. quando decreto opus non est. In casibus igitur in quibus permissa est minori diuisio, seu alienatio, debet testatoris prohibitio operari, vt licet in his possit ad libitum de suis bonis absque decreto disponere; ob testatoris tamen prohibitionem non poterit amplius sine decreto distrahere, vel diuidere, licet de iure communi necessarium illud non sit. Non autem operabitur testatoris præceptum quin in casibus aliàs de iure permissis, possit minor cum decreto distrahere. Nãq. si in casibus a iure permissis nequiret minor cum decreto diuidere, seu alienare, maxima & vrgenti existente causa, esset valdè iniquum, præsertim cessante ratione in qua nituntur Scribentes, cum testatoris prohibitio satis operari dicatur circa ea quæ aliàs sine decreto distrahi possent.

Præterea & secundò, certissimũ est, quod testator ad id prohibendum motus fuerit gratia, & fauore ipsius minoris, præsumendum est igitur, quod ipse prohibuerit in casu magis periculoso, & sic quando non requiritur decretũ. Nam vbi illud exigitur, securus satis, ac tutus erit minor ob causæ cognitionẽ, ac alia multa quæ in decreto exiguntur, que minoris securitas vtique cessat, quando non interuenit decretum. Dicendum est igitur, quod testator voluerit occurrere in casu magis necessario, & periculoso, cum testator in dubio censeatur prouidere in casu magis necessa-

necessariò, per not. in l. Gallus, §. videndum, ff. de liber. & posthum. scripsitq; notanter Bald. cons. 35. col. 2. pater filio, lib. 2. & consil. 113. col. 1. post medium, lib. 5. quē refert, & sequitur Aymo Crauetta ad rub. de legat. primo, sub num. 140. versic. sed magis in terminis.

Nec quicquam facit d. §. sanctissimas, vbi Scribentes præcipuum constituunt fundamentum, quia debet omninò intelligi quando dispositio redderetur superflua, vt iam dixi; quod vtique cessat in casu proposito. Vlterius clarum est ibi, quod fuit ecclesiæ interdicta alienatio, in casu autem nostro cum simus in dubio de quarum rerum prohibitione senserit testator, facienda est interpretatio in minorū fauorem, & sic in casu magis periculoso.

Concludendum est itaq; (redeundo vnde digressi eramus) posse minorem ad diuisionem prouocare, quando habet socium, vel fratrem rixosum, vel aliàs sibi inutilem, etiam q̄ cum prohibitione legis, testatoris quoque concurrat prohibitio. Et sic quod dixi declarando, deseruiet in locum ampliationis: Debet tamen prædicto casu interuenire decretum, Fulgos. in l. in communionem, num. 1. C. comm. diuid.

CASVS II.

13 SECVNDVS est casus, † quādo minor prouocat ad diuisionem possessionis, gratia administrationis, commodioris culturæ, vel ad diuisionem fructuum, non autem ad diuisionem proprietatis bonorum; & isto quoque casu concludēdum est, posse minorem ad diuisionē prouocare, l. Lucius, ff. famil. herciscun. l. Caius, §. 1. ff. de legat. 2. l. Imperator, ff. ad Trebell. & l. iubemus, 2. & 3. resp. C. ad Trebell. & optimè facit l. Lucius, §. vlt. cum l. seq. ff. de aqua quotid. & æstiua. Accurs. Din. Bar. Bald. Alberic. Castr. Salicet. & alij in l. iubemus, C. de sacrosanct. eccl. gloss. in l. inter pupillos, fol. 1. ff. de auctorit. tutorum, & in l. 1. C. si aduers. vsucap. Bald. d. l. Lucius, ff. famil. herciscun. & in l. 1. ff. de rebus eorum. Angel. in l. 1. ff. solut. matr. & in l. Pomponius, ff. de procurat. Cast. d. l. Lucius, nu. 1. in lect. Aueniorica. Io. Fab. in suo Breuiario, in l. inter omnes, C. de prędijs minorū. Io. de Plat. in l. prima, vers. quinto nota, C. quando & quibus 4. pars debeatur, lib. 10. Io. Coras. in l. via, §. vsus, nu. 8. & in l. viæ, num. 12. ff. de seruit. Roman. consil. 106. num. 4. Alex. cons. 36. in 4. par. & consil. 25. col. 2. & 3. vol. 5. Marian. Socin. iun. cons. 79. num. 6. lib. 1. vbi de * communi testatur. & Io. Maria Riminald. consil. 292. Speculat. in tit. de curat. in princip. & ibi Io. Andr. in addit. Bertachin. in tract. de Episcopis, in 4. par. 4. lib. num. 195. Socin. d. reg. 529. limit. 1. & Capra d. reg. 109. num. 17. dicens hāc esse * communem opinionem. Gugliel. Redoan. in tract. de alienat. rerum eccl. fol. 40. nu. 111. Io. Montolonius in Promptuario Iuris super cōmēto verbi (Diuidere,) vers. Beniamin, tom. 1. Roderic. Suarez in declaratione legis Regni, in secūdo dubio, sub num. 8. versic. vbi est casus singularis, mihi pag. 373. Illustrissimus, ac Reuerendissimus Card. Alban. in Lucubrat. in Batt. ad l. in hoc iudicium, §. si conueniat, num. 4. ff. commun. diuid. inquiens numquam id obliuionē tradendum; quia bona cōmunia quæ sub pœna diuidi non possunt, hoc modo diuidi poterunt.

Pro quo etiā facit, quod tradidit Bal. in l. vlt. C. commu. diuid. quem sequitur Illustrissimus, & Reuerend. Card. Paris. consil. 69. num. 17. vol. 2. & Roland. a Valle consil. 80. num. 35. lib. 1. quod scilicet quando diuisio est a testatore prohibita, intelligitur quo ad dominium, non quo ad fructus, & ius vtēdi, fruendi. Poteritq; d. casu fieri diuisio etiam sine decreto, cum fiat de fructibus qui seruando seruari nequeunt, arg. l. lex quæ tutores, C. de administr. tut. &

tur.& Socin.iun. conf.79.num.7. lib.1.

14 † Aduertendum tamen est in proposito, quod merces,& negociationes licet sint quid mobile,non possunt sine causa diuidi. Socin.sen.consil.254.col.1.& 2.lib.2. Immò nec fructus, & reditus annui diuidi sine causa possunt, secundum Bald.in l.vlt. C.commun.diuid. a quo nõ dissentit Socin. d.tract.Fallen. reg. 329. fall.1.& Barbat. apud Curt. sen.conf.67. sapienter, col.20.quos refert & sequitur Menoch. de arbitr. iudic.lib.2.cent.2.casu 171. sub num.34. reprehendens Soc.iun.conf.79.num.7. lib.1. qui consuluit contrarium; quem tamẽ puto posse saluari, si intellexit de fructibus, qui annuatim percipiuntur, & quolibet anno diuisim venduntur; quia tunc poterunt absque causa,& decreto nõ modò diuidi, sed alienari etiã penitus,vt dicemus lib.3.tit.8.num.49. Alij verò possunt intelligi,ꝙ loquantur in annuis reditibus, qui cum inter immobilia cõnumerentur, non poterunt sine causa, & iudicis decreto diuidi, vt dicemus d.tit.8.nu.57. alioquin si simpliciter intelligerent de fructibus, putarem Socin.iun. melius quàm ipsi locutum fuisse, ex his quæ dicemus d.tit. 8.num.49.

CASVS III.

15 TErtivs, & vltimus casus est, & hic dubius,† cum minor non ex causa,quia habeat socium rixosum,neque etiam ad diuisionẽ possessionis, & fructuum, sed ad diuisionem proprietatis prouocat, quo casu duæ sunt contrariæ opiniones. Altera est affirmatiua, quod possit, quã expressè firmauit Iacob.de Aren.in l.iubemus, C. de sacrosanct.eccl.& in l.vlt.C.si aduers.trãsact. & eam referunt Cin. & Alberic. in l.inter omnes,C.de pręd.minorum. Luc.de Pen. in l.2.versic.incommodo, C. quando & quibus quar.pars debeatur, lib.10.

Pro qua opinione plura adducuntur, & primò, l.inter pupillos,ff.de auctor. tutorum, & l.Lucius,ff.fam. hercifcun.

Quibus tamen responderi potest, & primò, quod in d.l.inter pupillos, non erant nisi bona mobilia, ideo fuit permissum minori ad diuisionem prouocare,vt animaduertit ibi Accurs.Secundò resp. ꝙ ibi cohæres eorum maior, eos prouocauit, quo casu possunt minores inter ipsos diuidere,vt subijciam infra inspect.seq.ampl.2. & sensit ibi Accurs.in fine glos.vnde cum alium intellectum non firmauerit, censetur vltimum approbasse,iuxta tradita per glo. in l.bona fides, ff.depositi. Iaf.in l.Barbarius,num.19. ff.de offic.prætor.& in l.pacta nouissima,num.2. verf.quartodecimò, & vltimò,C.de pact.cum concordantibus per eum adductis. Vel etiam dicas, ꝙ ibi fuerit facta diuisio a minoribus,quia aderat æs alienũ soluẽdum, ꝙ solui minimè poterat, nisi fieret diuisio,quia aliter forsan non reperiretur emptor: Nam tunc quemadmodum ob æs alienũ permittitur alienatio, ita & diuisio, & ita sensit Iacob. de Aren.in l.cum in integrum,C.si aduers.transact. nu.1.& d.l.inter omnes. Nec vrget si dicatur, ꝙ ibi nullã fuit habita mentio de decreto, quòd necessariò requiritur, vt dixi supra, num. 2. Quia præsupponuntur termini habiles, diuisionem scilicet factam in casu quo potest,cum interuentu decreti, cum ibi dubitetur solùm, an diuisio valeat, si tutor non subscripserit se diuisioni; in cæteris ergo præsupponuntur termini habiles, decretum scilicet interuenisse, l.qui testamento,ff.de testam.

16 Parumq. etiam † obstat d.l.Lucius, quia ibi fuit facta diuisio de fructibus, quæ quidem fieri potest, vt diximus superiori casu,quòd clarè colligitur ibi in versic. (Paulus respondet,) vbi dicitur (secundum ea quæ proponũtur, si Lucius non amplius ex reditu prædiorum communium accepit.) ex quo apparet Paulum ibi loqui de fructibus & reditibus communium prædiorum, non

autem

autem de diuisione proprietatis. & iste est verissimus d.l. Lucius, intellectus.

Adducitur secũdò, l.pen. C.de pręd. minorum, inducendo eam a contrario sensu, ibi (sine decreto,) ergo cum decreto poterit minor ad diuisionem prouocare.

Aduertendum tamen est, argumentum a sensu contrario non procedere, quoties ex eo resultaret correctio iurium, iuxta doctrinam Baldi in l.conuenticulam, C.de episc.& cleric.& tradunt communiter Scribentes ad l. 1. §.huius rei, ff.de offic.eius. Atqui nemini dubium esse potest, d.argum.a sensu contrario esse contra l.1.§.si communis, & l.magis puto, §. vlt. ff. de rebus eorum, & contra alia iura pro contraria opinione infra alleganda.

Mouentur tertiò ex l. quod dicitur, ff.de tutel. vbi deciditur, ꝙ curator datus in iudicio familiæ hercisc. communi diuid. & fin. regundorum, videtur datus minori, tam ad agendum, quàm ad defendendum; si ad agendum, ergò poterit ad diuisionem prouocare. Verũ & huic quoque contextui respõdetur, ꝙ dum ibi dicitur ad agendum, debet intelligi finium regundorum, vel quãdo agitur pro diuisione redituum, siue fructuum, non autem proprietatis; & in eo ꝙ dicit ad defendendum, intelligitur de omnibus tribus iudicibus, & ita respondet Alberic.d.l.inter omnes, & Luc.de Pen.in l.2.versic. incommodo, C. quando & quibus quarta pars deb.lib.10.

Quartò, & vltimò (cæteris omissis) adducitur huiusmodi ratio, ecclesia, & minor æquiparantur, l.2.C.de iure reipub. lib.10. diximusq. supra in præfat. num.59. atqui ecclesia potest diuidere, l. iubemus nulli, vbi Scribentes communiter, C. de sacrosanct.eccl. & l.si pupillorum, vbi gloss. & DD. ff.de rebus eorum. Eodem ergo pacto, & ipse minor poterit ad diuisionem prouocare. Et huiusmodi quoque ratio facilè submoueri potest, negando æquiparationem inter ecclesiam, & minorem, vt ostendimus supra in præfat.sub num.60.vers.& parum. Præterea dato ꝙ argumentum ęquiparationis procedat, vt sensere plerique; in proposito tamen haud potest de ecclesia ad minorem argui, cum diuersa sit ratio inter ecclesiam, & minorẽ: Namque cũ ecclesia semper sit in eodem statu, sequeretur ꝙ semper inuita detineretur in communione, ꝙ esset absurdum; secus verò est in minore, cum non semper in eodem statu permaneat, sed tractu temporis efficiatur habilis ad diuidendum, l.nisi finita, §.vlt.ff.de tutel.& rat. distrah. ideo ad diuisionem prouocare prohibitus est; quam differentiæ rationem senserunt Bart. Bald. & cæteri d.l.si pupillorum, & DD. communiter, d.l.iubemus nulli.

Superiori itaque contraria cõmunis, & verior est opinio, quam tenuit Azo in Sum. C.si aduers.transact. §.in diuisione, & C.quando decr.op. non est, num.2. versic. item non est. Iacob. de ✱ Arena (d. opinionem * communem appellans, licet contrarium sentiat.) Cin.Bart.Bald. Castr.Salicet. & alij in l.iubemus, C.sacrosanct.eccl. Cin.Bal. cæteriq. in l.1.& Iacob.Buttrig.in l.vlt. C.si aduers.transact. Bart. in l.si pupillorum, in 2.lect.ff.de rebus eorum. Al✱beric.d.l.inter omnes, vbi *eã communiter seruari vidisse, inquit. Io.de Plat. in l.1.vers.quinto. Bart.& Luc.de Pen. in l.2. C. quando & quibus quar. pars debeatur, lib.10.Ias.in l.1.nu.21.ff.sol. matr. Vdal.Zas.in l.is cui bonis, nu. 10. ff.de verbor.obligat. Ambr. de Oppizon.in repetit.l.filiusfam. §.Diui, num. 107. ff.de leg.1. Roderic.Suarez in repetit.l.quoniam in prioribus, sub nu.8. mihi pag.373. C.de inoffic.testa. Ant. de Butr.in c.ex litteris, nu.9. de despon sat.impuberum. Carol. Crott.in glo.ad leges Longobardorum, tit.de prohib. alienat. minorum, l.3. & Andreas de Barulo in Cõm. dictarũ legum, tit.4. Franc.Aret.cõs.22.in prin.Rom. cons.

106.n.4.Ang.cōſ.66.in prin.Bertrand. conſ.208.n.19.viſis, & cōſideratis his, vol.3.Barth. Socin.conſil.254.num.2. vol.2.Grat.reſpon.66.num.30.volum. 2. Mantua conſil. 161. num.18. lib.2. Fabian. de Mon. in tract. de empt. & vendit. 22. & vlt. quæſt.4. quæſt. princip.num.16. Bertachin.in tract.de Epiſcopis, in 4.par. 4.libri,quæſt.56.num. 195. Tiraquell. de legibus connub. gl. 5.num. 216. Practica Artis Notariat. Petri de Vnzola in rubr. de prohibita alienat.fund.dot.num.9.Io. Montolonius in Promptuario Iuris, ſuper commento verbi, diuidere,verſ.Beniamin, tom.1.& conciuis eius vir equidem litteratiſs. in conſuetud. Burg. in tit. des fiedz,§.6.num.2.& 4.fol.116.& Iacob. Menoch. qui alios refert, in aureo libro de arbitr. iudic. lib.2. cent.2. caſu 171. num.34.

Idq. lege, & ratione probatur. Lege, in l.1. §.ſi communis,l.magis puto, §.vlt. l.ſi pupillorum, & l. qui neque, ff.de rebus eorum, & l.pen.C.de præd. minorum, quibus in locis id clariſs.
17 probatur. Ratione demum,† quia diuiſio ſimilis eſt permutationi, l. 1. C. comm. vtriuſque iudic. Io.Mar. & Iacopin. de Riminald. conſil.429. num. 37. & ſeq. viſa facti expoſitione, vol. 3.Chriſtophor. de Caſtel. conſ.58. nu. 54. ad cauſas vltim. volunt. & Marc. Anton. Natta conſil.506. num.18.lib. 3. Atqui permutatio dicitur minori prohibita,l.non ſolum,C.de præd.minorum. & dicam latius infra libr.2.in tit.de actibus qui mer. alienat. non videntur ſapere, num.119. ergo & diuiſio dicitur prohibita; quo argumento fuit vſus Bald.in l.generaliter, col.2.in fine, C.de ſecūd.nupt. (& ibi DD.) quē ſequitur Ant.Gomez.de contractibus, cap.14.ſub numero 14.verſ.quintò extende, dum ſentiunt, quod in diuiſione hæreditatis in qua contineantur res immobiles, requiritur decretum, quia diuiſio eſt quædam permutatio, arg. text.in l.cum pater, §.hæreditatem, el 2. ff.de leg.2. Præterea, diuiſio eſt alienatio, vt fuit ſupra concluſum: Sed alienatio fieri non poteſt ſine aliqua iuſta cauſa, l. ob æs, cum ibi not. C.de præd. minorum. Ergo diuiſio quoque fieri minimè poterit. Nam cū iſta diuiſionis cauſa nō reperiatur inter iuſtas alienandi cauſas, ſtandum erit regulæ, quippè quod minor nequeat ad proprietatis diuiſionem prouocare, d.l.1.§.ſi communis, d.l.magis puto, §.vlt. & l.pen. C.de præd.minorum.

18 Quod adeò verum eſt, † vt neque etiam pater legitimus filiorum adminiſtrator, qui habuerunt a matre hæreditatem opulentam, poſſit inter filios quorum aliqui ſint minores, talia bona diuidere ſine decreto, & auctoritate iudicis, quia diuiſio cenſetur alienatio, ita tradidit Bald. in l. generaliter, ante finem principij, C.de ſecun.nupt. quem refert,& ſequitur Iaſ.in l.præſes, num.5. C.de tranſact. & Tiraquell. in præfat. l.ſi quando, num.31. C. de reuocan. donat. licet iſto caſu videretur dicendum contrarium, cum pater legitimus filiorum adminiſtrator poſſit ſine decreto filiorum bona alienare; de cuius tamen dicti veritate diſcutiemus latiſs.lib 3.tit.8.inſpect.1.

19 Limitatur modò tertius iſte caſus,† vt non procedat, ſi extaret ſtatutum diſponens,quod maior 18.annorum ſit, & eſſe intelligatur perfectæ ętatis; tunc etenim vigore d.ſtatuti, diuidere poterit,cum eo tempore reputetur maior, ita conſuluit Corn. conſil.108. num.6. vſque ad finem, in præſenti conſultatione, vol.tertio. Quam tamen Corn. declarationem veram haud eſſe cenſeo: Namque diuiſio, vt vidimus ſupra in princ. num.2. eſt alienatio. Idemq. indicatur de diuiſione, quod de ipſa alienatione, d.num.2. quę alienatio fieri prohibetur etiam ſtante huiuſmodi ſtatuto, vt ex recepta, & communi opinione firmabimus infra lib.3. tit.3. inſpect.3.num.24.& 26. Quemadmodū igitur ſtante huiuſmodi ſtatuto, adhuc tamen

tamen

tamen dicitur prohibita immobilium alienantio, ita & diuisio, cũ nulla possit reddi ratio diuersitatis, & sic quod pro limitatione tradidimus, rectè deseruiet pro ampliatione, vt minor nequeat diuidere etiam stante huiusmodi statuto.

20 Limitatur secũdò, † quando diuisio euidenter vtilis esset ipsi minori, tunc etenim posset prouocare, ita scribit Vdalricus Zas. in l. is cui bonis, nu. 10. ff. de verb. obligat. Crauetta cons. 268. in fine, quem refert Iacob. Menoch. d. casu 171. num. 37.

Vereor tamen ne limitatio ista vt superior, falsa sit, quãdo quidem sola vtilitas non est sufficiens alienandi causa, vt latissimè, ex recepta Scribentiũ sententia, dicemus infra lib. 3. tit. 8. inspect. 17. eodem ergo pacto neque etiam in diuisione sola vtilitas erit legitima, iustaq. diuidendi causa: Nisi eam salues in primo casu supra a nobis considerato, quando scilicet diuisio vtilis esset minori, eo quia socius sit rixosus, vel aliàs inutilis, ita vt ei non expediat in communione stare, & in proprijs terminis tradidit Hieron. Gabriel. cons. 36. nu. 43. vol. 1.

21 Limitatur tertiò, † vt non procedat quoties minor iurasset. Balb. in tract. de præscript. par. 3. num. 40. Nam cum iuramentum faciat minorem haberi pro maiore, secundum gl. & DD. communiter in Auth. sacramenta puberũ, C. si aduers. vendit. glos. in l. 2. C. de rescind. vendit. Alex. cons. 27. col. 8. vol. 1. eximius Cardin. Paris. cons. 16. n. 145. vol. 2. quemadmodum maior posset absque solẽnitate aliqua diuidere, ita & iste minor per iuramentum maior effectus, cum iuramentum efficiat eum maiorem, etiam vt possit liberè alienare, vt latiss. dicemus lib. 3. tit. 8. inspect. 18.

22 Limitatur quartò, † quod licet diuisio a minoribus facta sit inualida, si tamẽ ætate perfecta minor perceperit fructus, & tacuerit per decẽnium, vel alio modo ratum habuerit, dicitur confirmari diuisio, vt scripsit Bald. cons. 282. nu. 1. incip. proponitur, vol. 2. Crauetta cons. 19. num. 4. August. Bero. cons. 22. sub nu. 49. vol. 2. Hieronym. Gabriel. consil. 36. num. 58. vol. primo. Balb. in tract. de præscript. par. 3. num. 40. Menoch. de remed. recup. poss. remed. 15. num. 121. & est optimus verborum cõtextus in l. vlt. C. si maior fact. alien. dicemusq. latiss. in vlt. tit. vlt. libri per totum.

Limitatur quintò, de iure Longobardorum, secundum quod minor potest ad diuisionem prouocare, vt in ipsorum legibus probatur, in l. 3. titul. de prohibit. alien. minorum, & inibi Carol. Cottus, & Andreas de Barulo in dictarum legum Commentarijs, titul. 4.

INSPECTIO II.

23 SECVNDA est principalis inspectio, † quando minor a maiore ad diuisionem prouocatur, in qua proculdubio concludendum est, minorem posse diuidere, vt omnes Scribentes, nemine contradicente, fatentur. Accursius in l. inter pupillos, ff. de auctorit. tutorum. DD. omnes in l. iubemus nulli, C. de sacrosanct. eccles. Bald. in l. 1. in fine, C. si aduers. transact. Castr. in l. in tribus, numero 1. ff. de iudic. in lect. Auenionica. Rub. Alexandrin. in l. non solum, §. morte, num. 133. ff. de noui oper. nunciat. Angel. de Perus. consil. 66. num. 2. & consil. 397. numero 2. Corn. cons. 108. num. 3. vol. 3. Dec. consil. 39. num. 4. Bartholom. Socin. cons. 68. in fine, vol. 1. quod est repetitum consil. 165. in fine, volum. 2. Socin. iun. consil. 48. num. 6. lib. 1. Augustin. Bero. consil. 22. numer. 20. 36. & 49. vbi plenissimè loquitur, libro secundo. Azo in Summa, C. quando decret. opus non est, num. 2. versic. item non est. Ioan. Andr. in addit. Speculat. in tit. de iurisdict. §. sequitur videre, versic. pone quod talis.

Rofred. in tract. de libellis, par.7. in rubr. de Senatusconf. Clementiano, sub numero 5. versic. octauum. Benedict. Capra reg. 109. numero 17. cum sequen. Ferand. Vasq. de success. creat. tit. de testam. pot. §. 10. num. 78. libro primo. Arnold. Feronus in Consuetudin. Burdegalens. lib. 2. tit. 5. §. 25. versic. sunt autem. Guglielm. Redoan. in tractat. de alienat. rerum eccles. fol. 41. numero quarto. Menoch. d. casu 171. numero 36. & sequuntur tandem (ne conteram tempus) omnes præcitati in prima inspectio. in 3. casu. Id quod clariss. & lege, & ratione probatur. Lege, in l. 1. §. si communis, ibi (& socius ad diuisionem prouocat) l. si pupillorum, ibi (Neuter enim poterit prouocare, sed ambo prouocationem expectare.) & l. qui neque,
24 in fine, ff. de rebus eorum. † vbi licet verba videantur aliqualiter obscura, eorum tamen verissimus sensus est, quod id, quod excipit oratio, scilicet vt minor possit diuidere maiore prouocante, ad hoc tantum pertinet, vt perimatur communio, non vt augeatur difficultas communionis, quod vtique fieret, si minori prædij communis obligatio permitteretur, quia etiam cum creditore esset commune prædium, & ita d. contextum declarantem inueni Rofredum in tractat. de libellis, parte septima, in rubr. de Senatusconf. Clementiano, sub num. 5. versic. octauum. Non poterit igitur minor commune prædium obligare, d. l. qui neque, in fine, per rationem ibi traditam, idq. etiam declarat Nicol. Vigel. ff. lib. 18. parte 2. capit. 6. reg. 1. except. 14. & principalem conclusionem clarissimè comprobarunt Cæsares in l. inter omnes, C. de prædijs minorum.

Ratione autem probatur: quia cum minor prouocatur, dicitur alienare ex necessitate, non facto suo, gloss. vlt. in l. & ideo, ff. de condict. furt. DD. d. l. inter omnes, & d. l. si pupillorum, vbi id deciditur. Rub. Alexandrin. d. l. non solum, §. morte, n. 133. Calcan. consil. 80. numero 2. Benedict. Capra d. reg. 109. num. 18. & Vasq. in loco mox supra relato; & ideo permittitur vt pos-
25 sit diuidere. † Lex etenim loquens de alienatione, debet intelligi de voluntaria, non autem de necessaria, l. 1. ff. de fund. dot. l. alienationes, ff. famil. herciscun. Ex quo scripsit Bald. in l. quoties, C. de fideicommiss. quod prohibitus alienare, si prouocetur ad diuisionem, transigere poterit de re prohibita alienari; quia talis transactio dicitur necessaria, & Rom. consil. 107. num. 2. circa id, consil. 219. ex themate consultationis, num. 7. cum sequen. & consil. 457. circa propositam, num. 3. dixit, quod actus ex necessitate factus, non comprehenditur sub lege prohibente actum fieri.

Hinc Curt. sen. cons. 27. Magnificus,
26 nu. 15. dicit, † qd statutum prohibens alienationem, non habet locum, vbi quis ex necessitete laudi cogitur, & sequitur Paris. cons. 98. circa præsentem, num. 29. lib. 1.

27 Hinc etiam est, † quod cum minor cedit fideiussori iura, ex necessitate, vt in casu l. 2. C. de fideiuss. non requiritur decretum, arg. l. 1. §. si communis, ff. de rebus eorum, & d. l. inter omnes, Speculator libro 2. de cessione act. §. 1. vers. nam cessio, nu. 19. quod sensit Albert. Galeotta in sua Margarita, c. 4. n. 6. vbi tamē dicit se putare tutius esse vt decretum interueniat, cum igitur (redeundo vnde digressi sumus) minor a maiore prouocatur, cum ex necessitate diuidere teneatur, non cōprehendetur sub lege diuisionem prohibente.

28 Ampliatur † conclusio ista ita communiter firmata, duobus notabilibus modis, & Primò, vt procedat etiam nō interueniente decreto, d. l. inter omnes, in fine, & ibi Accurs. Bald. Salicet. & alij, gloss. in l. vlt. C. si aduer. transact. Roman. consil. 106. num. 4. Calcan. consil. 80. num. 2. & Guglielm.

Redoan.

Redoan. de alien. rerum eccl. d. fol. 41. num. 4. quod est notatu dignum, cum ex hoc resultet quædam substantialis differentia inter diuisionem, & alienationem; quandoquidem alienatio licet ex necessitate fiat, vt puta, ob æs alienum, vel ex alia necessaria causa, nihilominus decretum exigitur. l. ob æs, C. de præd. minorum. quod ea ratione factum esse credo, quia cum minor prouocatur, necesse habet illã rem quam cõem habet diuidere, & non aliã; ideo necessarium non est iudicis decretum ad eligendam rem quæ debeat diuidi, sicut in alienatione requiritur, vt iudex animaduertat quæ res distrahi debeat ob æs alienum soluendũ, & curet vt res minus dãnosa pupillo, alienetur, l. magis putò, §. nõ passim, ff. de rebus eorũ. quæ ratio vtique cessat in diuisione.

29 Ampliatur secundò notabilius, † vt qñ minor est a maiore prouocatus, possint ẽt minores inter ipsos diuidere, gl. in l. inter pupillos, ff. de auctor. tutorũ, quam ibidem sequuntur Bart. Din. & Alberic. Bald. in l. 1. ff. de reb. eorũ, vbi d. glos. singularem appellat, & in l. 1. in fine, C. si aduers. transact. Alex. in addit. ad Bart. in d. l. iubemus. Hippolyt. Rimin. Inst. quibus alien. licet vel non, in princ. nu. 154. Roman. conf. 106. n. 4. cũ seq. Io. Mõtolon. in Promptuario Iuris, super commento verbi, diuidere, versic. Beniamin, tom. 1. Din. sing. 209. Bertach. in tract. de Episc. in 4. par. 4. lib. nu. 196. q. 56. vbi id perpetuò notãdum esse dicit; & nullum quẽ viderim

30 contradictorem habet. Ego † verò licet DD. fuerint * cõiter hanc ampliationem secuti, (quasi aues, aut oues imitati, quarũ vna qñ volat, aut quo cursum dirigit, oẽs aliæ sequuntur) eã omnino falsam esse semper sum arbitratus. Nãque, aut volunt, ꝙ possint inter eos minores diuidere, quia sunt prouocati, & sic tamquam necessaria diuisio ꝑmitti debeat, & id verũ minimè est; quia necessaria est diuisio cũ maiore, qui eos prouocat, nulla autẽ est necessitas vt minores etiã inter ipsos diuidãt: Cessante igitur ratione, dispositio quoque cessare debet, arg. l. adigere, §. quã-

31 uis, ff. de iure patronat. Aut † verò volunt, quod ipsi possint inter ipsos diuidere, quia est aperta via diuidendi, & cum sit res semel effecta alienabilis, siue diuisibilis, debeat semper diuisibilis remanere, arg. l. pater, §. quindecim, vbi DD. omnes adnotant, ff. de leg. 2. Et tunc respondendum est, quod res semel effecta alienabilis, semper durat alienabilis, & sic dispositio de prima tantum vice contenta est: non tamen id procedit, quãdo post primum actum adhuc remanet eadem dispositionis ratio; quia tũc subsistente ratione, remanet dispositio in suo primo esse, secundum Bald. in l. fideicommissa, §. si quis alicui decem, ff. de leg. 3. Ias. in l. veluti, §. hæc vxor, quem legit cum §. prætor ait, ff. de eden. & in l. prætor ait, §. deinde, col. vlt. in vlt. notab. ff. de noui oper. nunciat. & Tiraquell. latè in §. hoc sermone, l. boues, ff. de leg. 3. in 10. limit. nam ratio est quę dispositionẽ ampliat, & extendit, l. regula, §. si quis, & ibi Bart. & Bald. ff. de reg. iur. & l. 1. §. mater, versic. quid si curatores, & versic. quid si decesserint, ff. ad S. Consul. Trebel. & ad satietatem id comprobat idem Tiraquell. in tract. cessante causa, par. 1. num. 146. cum seq. Atqui in proposito militat eadem prohibendi ratio: Ne scilicet minores ex diuisione aliquod patiantur damnum; quæ ratio in mæru, ne minor fraudetur, fundata, generalis est. Nec obstat quod minores sint a maiore prouocati, ideoq. ex necessitate possint diuidere; quia verum id est, quando a maiore prouocantur, cum quo dicitur diuisio necessaria, secus verò quando plures minores vellent inter eos diuidere, quia tunc cessat ratio necessitatis, & per consequens debet dispositio denegans minori alienationem, firma remanere. Et parum vrget d. l. cum pater, §. quindecim, quia ideo ibi dispositio verificatur

ficatur in prima vice, quia nullum remanet impedimentum in personis quę liberè possunt de suis bonis disponere; secus verò in casu nostro, quia licet iam semel sit verificata dispositio, adhuc tamen remanet prohibitionis ratio, & personæ reperiuntur prohibitæ, cũ duret minor ætas: Prohibitionis namque causa semper inspicienda est, quia ab ea ampliatur, & extenditur prohibitio ad rationis limites, Ripa in l. filiusfamil. §. Diui, num. 66. de leg. 1. & determinatio accipit regulam a ratione, indeq. vitam accipit, sicut corpus per animam. Marian. Socin. consi. 15. num. 24. par. prima. Præterea, regula d. §. quindecim, non procedit in alienatione quæ fit ex causa diuisionis, quia diuisio intelligitur facta cum sua causa, secundum Bald. consil. 379. præmissis verbis, lib. 2. Dec. cons. 88. num. 5. quos sequitur Franc. Ripa d. l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 68. Ex quibus omnibus omninò concludendum esse censeo, cum minor a maiore prouocatur, non propterea possint inter ipsos minores diuidere, sed solummodo cum eo a quo prouocantur.

32 Declaratur modò † communis conclusio supra firmata, vt non procedat, quãdo res pro diuiso communis esset, tunc etenim cessante oratione, decreto locus erit, l. magis puto, §. vlt. ff. de rebus eorum.

Item, non procedit, si vnus proprietatem, alius vsumfructum in eadem re haberet, l. sed si, ff. eod.

Tertiò declaratur, si res inter duos pupillos communis esset: Nam cũ prouocatio necessaria sit, quæ minori est prohibita, impeditur diuisio, seu alienatio, l. si pupillorũ, in principio, ff. eod. & istas declarationes sequitur Nicol. Vigel. ff. lib. 18. par. 2. c. 6. reg. 1. excep. 22.

In dubio autem, an censeatur prouocatio facta a maiore cum reperitur facta diuisio, vide Angel. cons. 66. Calcan. cons. 80. & Gabriel. consil. 36. nu. 42. vol. primo.

33 Forma autem decreti est † multũ diuersa hoc in casu, a iam in alienatione relata: Siquidem solùm habet iudex cognoscere, an causa diuisionis sit iusta, & postea pronunciare bona esse diuidenda: Diuisio deindè æqualis partium per tutores, vel curatores fit, qua facta, sua auctoritate iudex eam confirmabit; quam formam nobis tradidit eruditiss. vir Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 2. casu 171. numero 39.

Pro complemento præsentis tituli, necessariò locus hic expostulare videtur, vt diligenter dispiciamus, an verum sit, id quod vulgò dici solet,

34 † quippè quod si sint fratres quorum aliqui maiores, aliqui verò minores existant, quod maior teneatur portiones facere, minori verò competat electio; quia in re breuiter agendo, duæ sunt sententię, quarum altera est vt maior natu teneatur portiones facere, minor verò valeat eligere, quam tenuit Host. Ioan. Andr. Ant. de Butr. & Petr. de Anchar. in c. 1. de paroch. Abb. & Io. de Anan. in c. qualiter & quando, extra de accusa. Ant. de Butr. in c. si Episcopus, num. 6. de paroch. & alieno paroch. Io. Ganfredi, in secunda par. Collectarij, libro 3. de paroch. & alieno paroch. c. 1. nu. 1. Barb. in rubr. de rebus eccl. num. 182. Nicol. de Neap. in l. 2. in princ. C. quando & quibus quar. pars deb. liber. 10. & Io. de Plat. in l. 1. vers. quarto not. C. eodem tit. Luc. de Pen. in l. vni. col. 1. vers. & nota quod priuilegium, C. de his qui se defer. libro 10. Rainer. de Forliuio in l. inter pupillos, ff. de aut. tut. Bald. in l. suus quoque, ff. de hæred. instituend. & in l. 2. C. quãdo & quibus quar. pars deb. lib. 10. & hanc opinionem videtur sensisse Alex. in l. pen. C. com. diuid. in addit. ad Bal. & clarius in l. 1. C. de his qui se def. libro 10. in addit. ad Bart. Ias. Inst. de act. §. quædam, sub num. 67. vbi dicit hanc opinionem de iure Canon. esse ✱ communem, * & claram. Steph. Bertrand.

trand. conf. 117. per totum, viso casu mihi exhibito, par. 2. Corn. conf. 234. licet in hac, lib. 1. Aemil. Feret. respon. primo, per totum. Castr. sing. 8. Guido Pap. decis. 289. & sing. 92. in diuisione. Hieronym. Zanet. in tract. contrarietatis iuris Can. differ. 88. Misynger. sing. obser. cent. 4. obseruat. 37. inquiẽs * ita obseruari * in iudicando. Afflict. in tract. de iure prothomis. in princ. n. 45. Franc. Sarment. in tract. de redditibus ecclesiasticis, par. 3. cap. 4. num. 2. vbi plura ad id congerit Arnoldus Feron. in consuetudinibus Burdegalens. lib. 2. tit. 5. §. 25. in princip. vbi latè circa id insistit, & versic. iuniori, vbi dicit, quod datur minori talis electio, vel ob ætatis fragilitatem, vel quod antiquior rectius distribuere possit, propter rerum cognitionem, & administrationem. Ioan. Sainson in Consuetud. de Tours de successions de fief, artic. 13. Emanuel Soarez. in tract. receptarum sententiarũ, in verbo, diuisio, & istã sententiam amplexi sunt nõnulli alij quos refert Tiraquel. de iure primigeniorũ, quæst. 60. vers. & ita quoque, num. 3.

Pro qua opinione duo potissimum adducuntur, & Primò, c. 1. de paroch. vbi dicitur, quod ille debet diuidere, qui amplius tẽporis in Episcopatu habuit, & minor eligit.

Huic contextui ex intentione Legistarum responderi potest, quod loquatur in bonis ecclesiasticis fauore ecclesiæ, ratione cuius multa specialia contra regulas iuris recepta sunt, l. fin. C. de sacrosanct. eccl. & ita respondet Bertrãd. d. conf. 117. num. 3. Gomez. Inst. de act. §. quædam, sub num. 32. versic. & isto modo, & alij omnes qui contrarium tenent. Item duobus alijs modis ad d. c. 1. respondet Tiraquell. d. q. 60. num. 11. nullam constituens differentiam inter ius Ciuile, & Canon.

35 Secundò, & in hoc Ias. & reliqui præcipuum constituunt fundamentũ. Dictum vnius Sancti munitum auctoritate noui, vel veteris testamenti, præfertur cuicumque constitutioni, etiam Papali, gloss. sing. in c. de libellis, versic. illorum, 20. distin. Alexan. num. 31. Ias. num. 38. Purpurat. nu. 147. Ripa num. 69. cæteriq. omnes communiter ad l. 1. ff. si cert. petat. Felin. in cap. ex parte, sub num. 45. versic. fortius, de rescript. & latius in cap. ne initaris, num. 7. vers. tertius casus, de constitut. vbi etiam Dec. num. 8. istius dicti rationem reddens. Ioan. Sainson in Consuetud. de Tours de successions de fief, art. 13. Roman. sing. 587. incip. dicas. latè Tiraq. de iure primigeniorum, quæst. 60. nu. 5. & est textus expressus in c. placuit, cau. 36. quæst. 2. & ibi gloss. quæ id extendit etiam si cõstitutio Papalis, conciliaris esset; quod dictum poterit esse verum, non ratione dicentis, sed propter auctoritatem Diuinæ legis: sed pro ista opinione est dictũ Sancti August. libro 16. de Ciuit. Dei, capit. 20. in fine, in auctoritate veteris testamenti fundatum, vbi Abraham maior fecit partes, & Loth eius nepos minor elegit: Ergo ea absque dubio amplectenda est. Nec obstat si dicas, quod d. opinio possit esse vera de iure Canon. secus verò de iure Ciuili, cum Legistæ communiter contrarium firmẽt, vt seq. opinione videbimus; quia tunc subintrat alia regula, quod quando aliquid est dubium de iure Ciuili, & clarè terminatum de iure Canon. vt est in præsenti quæst. tunc indistinctè in vtroque foro seruari debet ius Canonicum, gloss. in c. licet, versic. vacante, extra de for. compet. & per istud argumentum putant præcitati hãc opinionem verissimam esse.

Cui tamen rationi, etsi multũ videatur stringere, potest nihilominus multipliciter satisfieri.

Primò, quod auctoritas S. August. loquatur de consuetudine tantum, quo casu nemini dubium est, consuetudinem seruandam, l. de quibus, cum materia, ff. de legibus, & in proposito admittunt omnes supra relati. Barbat. in

ficatur in prima vice, quia nullum remanet impedimentum in personis quę liberè possunt de suis bonis disponere; secus verò in casu nostro, quia licet iam semel sit verificata dispositio, adhuc tamen remanet prohibitionis ratio, & personæ reperiuntur prohibitæ, cũ duret minor ætas: Prohibitionis namque causa semper inspicienda est, quia ab ea ampliatur, & extenditur prohibitio ad rationis limites, Ripa in l. filiusfamil. §. Diui, num. 66. de leg. 1. & determinatio accipit regulam a ratione, indeq. vitam accipit, sicut corpus per animam. Marian. Socin. consi. 15. num. 24. par. prima. Præterea, regula d. §. quindecim, non procedit in alienatione quæ fit ex causa diuisionis, quia diuisio intelligitur facta cum sua causa, secundum Bald. consil. 379. præmissis verbis, lib. 2. Dec. cons. 88. num. 5. quos sequitur Franc. Ripa d. l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 68. Ex quibus omnibus omninò concludendum esse censeo, cum minor a maiore prouocatur, non propterea possint inter ipsos minores diuidere, sed solummodo cum eo a quo prouocantur.

32 Declaratur modò † communis conclusio supra firmata, vt non procedat, quãdo res pro diuiso communis esset, tunc etenim cessante oratione, decreto locus erit, l. magis puto, §. vlt. ff. de rebus eorum.

Item, non procedit, si vnus proprietatem, alius vsumfructum in eadem re haberet, l. sed si, ff. eod.

Tertiò declaratur, si res inter duos pupillos communis esset: Nam cũ prouocatio necessaria sit, quæ minori est prohibita, impeditur diuisio, seu alienatio, l. si pupillorũ, in principio, ff. eod. & istas declarationes sequitur Nicol. Vigel. ff. lib. 18. par. 2. c. 6. reg. 1. excep. 22.

In dubio autem, an censeatur prouocatio facta a maiore cum reperitur facta diuisio, vide Angel. cons. 66. Calcan. cons. 80. & Gabriel. consil. 36. nu. 42. vol. primo.

33 Forma autem decreti est † multũ diuersa hoc in casu, a iam in alienatione relata: Siquidem solùm habet iudex cognoscere, an causa diuisionis sit iusta, & postea pronunciare bona esse diuidenda: Diuisio deindè æqualis partium per tutores, vel curatores fit, qua facta, sua auctoritate iudex eam confirmabit; quam formam nobis tradidit eruditiss. vir Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 2. casu 171. numero 39.

Pro complemento præsentis tituli, necessariò locus hic expostulare videtur, vt diligenter dispiciamus, an verum sit, id quod vulgò dici solet,

34 † quippè quod si sint fratres quorum aliqui maiores, aliqui verò minores existant, quod maior teneatur portiones facere, minori verò competat electio; quia in re breuiter agendo, duæ sunt sententię, quarum altera est vt maior natu teneatur portiones facere, minor verò valeat eligere, quam tenuit Host. Ioan. Andr. Ant. de Butr. & Petr. de Anchar. in c. 1. de paroch. Abb. & Io. de Anan. in c. qualiter & quando, extra de accusa. Ant. de Butr. in c. si Episcopus, num. 6. de paroch. & alieno paroch. Io. Gaufredi, in secunda par. Collectarij, libro 3. de paroch. & alieno paroch. c. 1. nu. 1. Barb. in rubr. de rebus eccl. num. 182. Nicol. de Neap. in l. 2. in princ. C. quando & quibus quar. pars deb. liber. 10. & Io. de Plat. in l. 1. vers. quarto not. C. eodem tit. Luc. de Pen. in l. vni. col. 1. vers. & nota quod priuilegium, C. de his qui se defer. libro 10. Rainer. de Forliuio in l. inter pupillos, ff. de aut. tut. Bald. in l. suus quoque, ff. de hæred. instituend. & in l. 2. C. quãdo & quibus quar. pars deb. lib. 10. & hanc opinionem videtur sensisse Alex. in l. pen. C. com. diuid. in addit. ad Bal. & clarius in l. 1. C. de his qui se def. libro 10. in addit. ad Bart. Ias. Inst. de act. §. quædam, sub num. 67. vbi dicit hanc opinionem de iure Canon. esse

* communem, * & claram. Steph. Bertrand.

trand. conf. 117. per totum, viso casu mihi exhibito, par. 2. Corn. conf. 234. licet in hac, lib. 1. Aemil. Feret. respon. primo, per totum. Castr. sing. 8. Guido Pap. decis. 289. & sing. 92. in diuisione. Hieronym. Zanet. in tract. contrarietatis iuris Can. differ. 88. Misynger. sing. obser. cent. 4. obseruat. 37. inquiens ita obseruari * in iudicando. Afflict. in tract. de iure prothomis. in princ. n. 45. Franc. Sarment. in tract. de redditibus ecclesiasticis, par. 3. cap. 4. num. 2. vbi plura ad id congerit Arnoldus Feron. in consuetudinibus Burdegalens. lib. 2. tit. 5. §. 25. in princip. vbi latè circa id insistit, & versic. iuniori, vbi dicit, quod datur minori talis electio, vel ob ætatis fragilitatem, vel quod antiquior rectius distribuere possit, propter rerum cognitionem, & administrationem. Ioan. Sainson in Consuetud. de Tours de successions de fief, artic. 13. Emanuel Soarez. in tract. receptarum sententiarũ, in verbo, diuisio, & istã sententiam amplexi sunt nõnulli alij quos refert Tiraquel. de iure primigeniorũ, quæst. 60. vers. & ita quoque, num. 3.

Pro qua opinione duo potissimum adducuntur, & Primò, c. 1. de paroch. vbi dicitur, quod ille debet diuidere, qui amplius tẽporis in Episcopatu habuit, & minor eligit.

Huic contextui ex intentione Legistarum responderi potest, quod loquatur in bonis ecclesiasticis fauore ecclesiæ, ratione cuius multa specialia contra regulas iuris recepta sunt, l. fin. C. de sacrosanct. eccl. & ita respondet Bertrãd. d. conf. 117. num. 3. Gomez. Inst. de act. §. quædam, sub num. 32. versic. & isto modo, & alij omnes qui contrarium tenent. Item duobus alijs modis ad d. c. 1. respondet Tiraquell. d. q. 60. num. 11. nullam constituens differentiam inter ius Ciuile, & Canon.

35 Secundò, & in hoc Ias. & reliqui præcipuum constituunt fundamentũ. Dictum vnius Sancti munitum auctoritate noui, vel veteris testamenti, præfertur cuicumque constitutioni, etiam Papali, gloss. sing. in c. de libellis, versic. illorum, 20. distin. Alexan. num. 31. Ias. num. 38. Purpurat. nu. 147. Ripa num. 69. cæteriq. omnes communiter ad l. 1. ff. si cert. petat. Felin. in cap. ex parte, sub num. 45. versic. fortius, de rescript. & latius in cap. ne innitaris, num. 7. vers. tertius casus, de constitut. vbi etiam Dec. num. 8. istius dicti rationem reddens. Ioan. Sainson in Consuetud. de Tours de successions de fief, art. 13. Roman. sing. 587. incip. dicas. latè Tiraq. de iure primigeniorum, quæst. 60. nu. 5. & est textus expressus in c. placuit, can. 36. quæst. 2. & ibi gloss. quæ id extendit etiam si cõstitutio Papalis, conciliaris esset; quod dictum poterit esse verum, non ratione dicentis, sed propter auctoritatem Diuinæ legis: sed pro ista opinione est dictũ Sancti August. libro 16. de Ciuit. Dei, capit. 20. in fine, in auctoritate veteris testamenti fundatum, vbi Abraham maior fecit partes, & Loth eius nepos minor elegit: Ergo ea absque dubio amplectenda est. Nec obstat si dicas, quod d. opinio possit esse vera de iure Canon. secus verò de iure Ciuili, cum Legistæ communiter contrarium firmẽt, vt seq. opinione videbimus; quia tunc subintrat alia regula, quod quando aliquid est dubium de iure Ciuili, & clarè terminatum de iure Canon. vt est in præsenti quæst. tunc indistinctè in vtroque foro seruari debet ius Canonicum, gloss. in c. licet, versic. vacante, extra de for. compet. & per istud argumentum putant præcitati hãc opinionem verissimam esse.

Cui tamen rationi, etsi multũ videatur stringere, potest nihilominus multipliciter satisfieri.

Primò, quod auctoritas S. August. loquatur de consuetudine tantum, quo casu nemini dubium est, consuetudinem seruandam, l. de quibus, cum materia, ff. de legibus, & in proposito admittunt omnes supra relati. Barbat. in

rubr. de rebus ecclef. non alien. col. 58. num. 183. Luc. de Pen. d. l. 2. colum. 3.

Secundò, auctoritas alicuius Sancti munita veteris, vel noui testamenti auctoritate; constitutioni humanæ præfertur, quoties sumus in materia peccati, fecus verò si simus extra materiam peccati, vt in præsenti casu; quia tunc humana cõstitutio potius inspicitur, & seruari debet. Abb. in c. quæ in ecclesiarum, extra de constitut. Felin. in cap. 2. col. antepen. in fine, de rescript. & istis duobus modis respondet Illustris præceptor meus Tob. Nonius ad interpretat. l. 1. ff. si cert. pet. quam habeo manu scriptam.

Tertiò respõdetur, quod auctoritas veteris testamenti de Abrahã, & Loth non afficit, cum nullo pacto mores respiciat, sed iudicia, & leges, quo casu nos non adstringit. ita dicit Tiraquell. alios referens d. q. 60. num. 13.

Quartò respondetur, quod dictum S. August. non est veteris testamenti auctoritate munitum, quia licet reperiatur in veteri testamẽto, quod Abrahã, & Loth ita diuiserunt, non tamen propterea reperitur lex testamenti, quòd ita præcisè mandet, glos. igitur d. c. de libellis, debet intelligi, quando esset auctoritas veteris testamenti præceptiua, & dispositiua, sed propter hoc, quod fuerit semel inter aliquos fratres ita seruatum, non infertur necessariò, quod in futurum sit faciendum, cum exemplis iudicandum non sit, sed legibus, vulg. l. nemo, C. de sent. & ibi glos. & ita respondet Gomez. Inst. de act. §. quædam, num. 31. multis hanc responsionem comprobans.

Animaduertendum etiam est, quod huiusmodi dictum videtur elusorium prorsus. Numquam profectò poterit dari casus, quod id, quod Papa facit, vt Papa, Diuinæ legi contradicat; nisi tamen intelligeres vbi Papa faceret legem expressè limitantem, seu declarantem ius Diuinum, quod vtique ex causa potest, vt tradit Felin. d. c. ne initaris, sub num. 7. vers. sed considera. & plenius in c. quæ in ecclesiarum, num. 19. de constitut.

Circa quæ tamen, & circa alia omnia, quæ dixi in isto Tractatu, subijcio me in omnibus, & per omnia determinationi sanctissimæ matris Ecclesiæ.

36 Quamobrẽ altera † sequitur opinio, quod seruari debeat æqualitas inter fratres, ideo diuisio iudicis, vel sortis iudicio facienda sit; quam sententiam secuti sunt Bar. in l. 1. in fine, C. de his qui se defer. lib. 10. Bald. in l. si maior, in 1. notab. C. communi diuid. in l. 1. num. 1. in fine, C. de pact. & in l. iubemus, la 2. num. 3. C. de sacrosanct. eccl. Ang. in l. fin. ad finem, C. com. de legat. Alberic. in l. cum omnes, C. de præd. minorum. Ioan. de Plat. in l. vnica, circa princ. vers. & ex hoc dicunt vulgares, C. de his qui se defer. libro 10. Angel. Aretin. in §. quædam, Instit. de act. Ias. qui alios allegat, in l. 1. num. 39. dicens ✱ hanc esse * magis communem opinionem Legistarum, & ibidem Ripa nu. 70. ff. si cert. pet. idem Ias. in l. si duobus, C. commun. de leg. vbi dicit hanc opi- ✱ nionem esse * cõmunem. Fab. Gioch. in repetit. Auth. nouissima, in 10. quæst. princ. col. 3. C. de inoffic. testamen. vbi ✱ dicit ita * communiter teneri Marsil. in l. quæstionis, nu. 25. ff. de quæst. Abb. in cap. 1. in vlt. not. de paroch. Petr. de Vbald. in tract. de duobus fratribus, par. 11. q. 12. Io. Montolonius in Prõptuario Iuris, super commento verbi, diuidere. vers. Beniamin. Lupus, tomo 1. Matth. Gribald. in suis cõmun. opin. in verbo, (diuisio) & in verbo, (frater) vers. quando plures fratres, vbi di- ✱ cit hanc esse * communem, & magis communem opinionem. Gomez. Inst. de act. d. §. quædam, num. 31. Speculat. in Pratica artis notarij, in forma instrumẽtorum duorum fratrum, fol. paruo ✱ 283. vbi dicit id esse * commune. Martin. Laudens. in tract. de primogenitura, col. 11. vers. quæro an istud vulgare. & Tiraquell. in eodem tract. q. 60. nu.

60. num. 10. vbi plurimos pro hac sententia adducit, inquiens, hanc sententiam * de iure communi veriorem. Capra consil. 109. numero 17. Didac. Couarru. Practicarum quaest. cap. vlt. numer. 3. in principio, & in fine, inquiens id * communi sententia receptum esse. Boer. q. 46. numero 1. Cattel. Cotta in suis Memoral. in verbo, Sortis dijudicatio, inquiens sententiam istam communiter * approbari per Legistas. Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. casu 123. numero 2. & 3. Roman. consil. 471. in fine. Bertrand. consil. 4. numer. 15. vbi de * communi testatur, par. 1. & Ruin. consf. 149. num. 1. lib. 4. & consil. 29. col. 3. vers. circa tertium, lib. 5.

Et pro ista opinione adducitur l. 2. C. quando & quibus quar. pars deb. libro 10. & l. 1. C. de his q. se defer. libro 10.

Quae tñ iura loquũtur in casu particulari, cum id ibi priuilegiũ appelletur, & ita respondet Tiraquell. d. q. 60. nu. 12.

Secundò adducitur §. quaedam, Inst. de acti. & §. quod si commodè, Instit. de offic. iudic. vbi videtur diuisio sortis iudicio remitti. Respondetur dicta iura procedere, quãdo diuisio aliter cõmodè fieri nequiret, & solum in casibus in quibus id expressè cautum reperitur: Cum sortis dijudicatio numquã locum habeat, nisi in casibus a iure expressis, quia in alijs continet peccatum. Bald. in leg. 2. in 2. not. C. quando & quibus quar. pars deb. libro 10. Felin. latè in cap. capitulum S. Crucis, col. pen. vers. sed an sortibus, extra de rescript. Aemil. Ferett. qui circa id latè insistit respon. 1. nu. 2. & Cotta in suis Memor. in verbo sortis dijudicatio.

Postremò adducitur l. planè, & l. ante pen. ff. famil. herci. l. potest, ff. de leg. 1. l. ad officium, C. com. diuid. & §. pen. & vlt. Inst. de offic. iudic. quibus omnibus in locis deciditur, diuisionem debere iudicis officio experiri, & hac de causa proposita fuerunt iudicia familiç hercisc. & communi diuid. vt si vel haereditas, vel quodlibet aliud diuidendum esset, adiudicationibus id fieret, alioquin frustra textus dicerent, diuisionem iudicis officio experiri. Et per istud argum. per auctoritatesq. & numerum hanc opinionẽ sequentium, cum ea omnino pertranseundum esse censeo; licet contraria opinio mihi videatur magis aequa, quod si frater maior est vir sapiens, notitiam rerum habens, minor è contra, quod ipse maior portiones faciat, minor verò eligat: idq. iustum esse iudicialiter obseruari inquit Luc. de Pen. in l. vnica, colum. 1. vers. & nota quod priuilegium, C. de his qui se defer. lib. 10.

37 Aduertas tamẽ, † quod maior in proposito non dicitur maior nati, sed qui diutius tractauit, & administrauit. ita dicit Aretin. Ias. & caeteri d. §. quaedam. Host. Ioan. Andr. Anton. de Butr. & Petr. de Anch. d. cap. 1. Felin. ad rubr. de maior. & obedien. in fine. Bald. in l. suus quoque, in princ. ff. de haer. instit. Luc. de Pen. d. l. vnica. Bertrand. d. cõs. 117. nu. 3. vsque ad finem. Ant. de Butr. in c. si Episcopus, num. 6. de paroch. & alieno paroch. Io. Sainson in Consuetud. de Tours, des successions de fief, artic. 13. & Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. cent. 2. libr. 2. casu 124. in princ. vbi optimè declarat, quis dicatur frater maior in diuisione bonorum.

38 Ex quo postea inferunt † ad socios studij, vt ille q. diutius fuit in studio debeat portiones facere, minor verò eligere. ita infert Luc. de Pen. d. l. vnica, col. 1. vers. & nota quod priuilegiũ. Ant. de Butr. d. c. si Episcopus, nu. 6. Io. And. d. c. 1. & Petr. de Vbald. in tract. de duobus fratribus, par. 11. quaest. 12. vers. & aduerte. Id quod valde frequens esse poterit propter leuitatem, & incon-

39 stantiam Scholarium. † In nobilissima tñ Hieronymiana academia, quae vulgò dicitur Sapientia Noua, id perrarò, aut numquam accidit, tanta est illorũ collegiatorum mutua dilectio ac familiaritas: Praeclara etenim multa, & omni lau-

ni laude cumulatiss. in eis circumspiciuntur, excelsoq. loco eorum sunt sitæ laudes, quæ aliud tempus requirerent, vt commodè aliqua ex parte prædicari possent: Cum igitur tempus non patiatur me longius progredi, & ne ipse tãquam d. Collegij alumnus, testis videar suspectus, silentio præteribo, quæ eorũ in Deum sit religio, quæ pietas, quæ iuuentam agunt non ignauia marcescentem, nõ abiectissimis scortis, non aleę, non luxuriæ deditam, non ventri, somnoq. indulgentem, non alijs illecebris irretitam, quæ generosos animos frangunt, & eneruant; sed ieiunijs, oratione, ac disciplinis præomnipotenti Deo inseruiunt, non ita tamen, vt studia ad quæ principaliter intẽdunt, aliquo vmquam tempore omittãt, quorũ studijs plurimum religio confert, iuxta illud, *Initium sapientiæ, est timor Domini*. Et non solum præclarissimi illi iuuenes Legalibus, Philosophicisq. disciplinis, sed varia morũ honestate præditi sunt, ita vt meritò de eis lætari possit Illustriss. & Reuerendiss. Benedictus Guidelottus d. Domus, seu Collegij Sapientiæ Nouæ fundator, ornamento vitæ non minus, quam Pontificio titulo clarissimus. Nõ parum etiam gloriari debet Perusina Ciuitas, quæ tanto decorata est Collegio, immò vniuersus Orbis, cum ex eo tamquam ex equo Troiano viri in omni scientiarum genere prodierint præstantissimi, quotidie prodeunt, prodibũtq. in æternum, inter quos ne Episcopos, Prælatos, diuersosq. doctissimos nominẽ viros, fuit Abbas, vt certè apud eum me legisse recolo, cuius quanta fuerit excellentia, sua nobis demonstrant scripta.

BONA MINORIS AN TACITE obligari, vel pignori tradi valeant.

TITVLVS V.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Minoris bona an sint tacitè obligata pro dote recepta.*
Communis quod sic, nu. 2.
Noua circa id distinctio, nu. 5.
3 *Priuilegiatus in specie, debet præferri priuilegiato in genere.*
4 *Scholaris officium est, semper defendere Bartolum.*
6 *Locupletari ex aliena iactura nemo debet.*
7 *Minoris bona quæ seruari nequeunt, sunt tacitè pro pensione domus obligata.*
8 *Minoris bona quæ seruari possunt, sunt tacitè pro pensione domus obligata.*
Contraria tamen opinio verior, num. 12. & 18.
Quæ declaratur, non habere locum, si creditor dictorum bonorum possessionem haberet, nu. 20.
Itẽ non procedit in Scholaribus, nu. 21.
Quod tamen subdeclarationem recipit, num. 22.
Distinctiones duæ pro harum opinionum concordia, num. 16. & num. 17.
Noua Auctoris distinctio, sub. nu. 18.
9 *Lex generaliter loquens, comprehendit etiam priuilegiatos. Et quomodo id procedat.*
10 *Lex generalis non comprendit priuilegiatos etiam in genere.*
11 *Minori facilius est obligare personam, quam bona.*
13 *Mulier potest compellere virum ad faciendam*

dendam donationem propter nuptias.

14 Minoris bona non sunt tacitè obligata pro administratione, dato quod esset tutor.

15 Minor non potest esse prælatus ecclesiæ, quia eius bona nō possunt esse pro administratione obligata.

19 Minoris bona illata in prædio cōducto, non sunt tacitè obligata pro prædio conducto.

23 Pignori rem suam tradere nequit minor.

24 Pignoris suppositio alienationis est species.

25 Tutor si rē obligauit sine decreto, quāuis obligatio non valeat, est tamen exceptioni doli mali locus, si pecunia accepta ei soluatur, qui sub pignore erat creditor.

26 Forma interponēdi decretum in pignoratione, quam facit minor.

27 Pignoris constitutio tenet absque decreto, cum iussu prætoris facta est.

28 Pignoris obligatio a curatore facta ex rebus proprijs tenet, licet contractus principalis sit inualidus.

Ampliatur id, vt procedat, etiam si curator minori successerit, numero 30.

Ampliatur secundo, etiam in fundo dotali, num. 31.

Declaratur vt procedat, quando se, & sua bona obligauit curator, secus, si propria bona non obligauit, numero 32.

33 Pignoratus si fuerit fundus minori, poterit absque decreto vendi.

34 Minor rem suam alteri pignoratam, an possit distrahere.

35 Iuri hypothecæ non potest minor renunciare.

36 Creditor numquid possit rem minoris, cum debita solemnitate sibi pignoratam absque decreto distrahere.

Communis opinio est, quod possit, nume. 38.

Idq. maximè procedit cum creditor a parente minoris quid pignori accepit, num. 40.

Daturq. minori contra talem venditionem in integrum restitutio, nu. 41.

37 Faciens aliquid nomine alterius, non plus potest, quam ille cuius nomine facit.

39 Consilium legis est, semper tutiorem partem eligere.

42 Ecclesiæ bona obligata creditori cum solemnitatibus, poterunt a creditore postea vendi sine decreto.

43 Decretum sufficit quod apponatur in actu semel, nec aliter postea requiritur in executione ipsius actus.

44 Decretum si interueniat in contractu promissionis, non requiritur in actu solutionis.

45 Decretum si interueniat in contractu obligationis, in interpellatione non requiritur.

46 Decretum adhibitum in compromisso, non requiritur in prolatione laudi.

47 Minoris bona si fuerint debita cum solemnitate vendita, emptor verò non soluat, poterit tunc tutor, vel curator sine aliqua solemnitate debitum persoluere, & dicta bona retinere.

48 Successor reuocare debet si quid fraudolenter contra S. Conf. auctoritatem, a prædecessore commissum deprehenderit.

49 Decretum si interuenit in mandato minoris ad contrahendum, vel alienandum, non requiritur in actu procuratoris, nomine minoris contrahentis.

Declaratur ut id procedat, quando fuit habita discussio, seu cognitio certi contractus gerendi, secus si esset simpliciter constitutus procurator ad contrahendum, nu. 50.

Item, non procedit si propter temporis interuallum mutatus esset status rerum minoris, num. 53.

51 Sindicus constitutus ad alienādum res vniuersitatis, non valet alienare, nisi sit expressum qua bona vendi debeant.

52 Procurator generaliter cōstitutus a minore, vel muliere, cum debitis solemnitatibus, an possit omnes contractus

absque

absque alia solemnitate celebrare.

54 *Minor emens prædia a fisco, vt quoad pretium solueret, essent pignori obligata, obligatio tenet.*

55 *Minor emens fundum ab aliquo priuato de pecunia pupilli, remanet res illa obligata minori, ex cuius pecunia fuit res empta.*

56 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum.*

57 *Minor emens prædia a priuato, vt donec soluatur pretium, essent pignori obligata, obligatio non tenet.*

58 *Feudum habens a Rege, si obtineat, vt illud alienare possit, ipse autem vendat adiecto pacto pignoris donec soluatur pretium, valebit uenditio, non autem obligatio.*

ALIENATIONIS appellatione & obligationẽ, & pignoris suppositionẽ significari, non est dubiũ, vt post alios firmauit Fab. de Monte in tract. de empt. & vendit. in vlt. quęst. 4. quęst. princip. num. 5. vbi varias istius verbi (Alienatio) significationes recenset, & latiss. Guglielm. Redoan. in tract. de alienat. rerum ecclesiasticarum, fol. 2. ita vt iure hic alienationis materiam prosequendo, subnectatur iste titulus de obligationibus, siue pignorationibus (vt ita dicam) bonorum minoris, quem, vt perfectè ac ordinatè absoluamus, nonnullæ sunt considerandæ inspectiones.

PRIMA INSPECTIO.

VTILIS, subtilis, atque quotidiana præsens hæc est inspectio, ideo diligenter animaduertenda, iuxta l. le-
1 gaui, ff. de liberat. leg. † Numquid scilicet, minoris bona sint tacitè obligata pro dote ab eo recepta; in qua duę sunt principales opiniones, quarum altera est negatiua, vt sensit Bart. in l. itẽ quia, circa finem, ff. de pact. & in l. si constante, & ibidem Imola, dicens, quod opinio Bartoli securè est tenenda Salicet. in l. certi iuris, num. 4. C. locati. Angel. Aretin. in §. item Seruiana, col. 2. vers. quid in minore, Inst. de act. Io. Crot. d. l. si constante, sub num. 103. colum. 3. vers. quid tenendum, asserens in puncto iuris hanc opinionem veriorem esse. Bald. in tract. dot. in 6. par. priuileg. 58. vbi cogitandum relinquit, & cons. 92. lib. 3. Anchar. cons. 94. ista Domina Ioanna, post principium.

Mouetur aũt prędicti ex pluribus, & Primò ex l. 1. & toto tit. ff. de reb. cor.

Respõdetur pręd. procedere in alienatione, & translatione dominij, non autem in hypotheca, seu pignore, quæ non sunt tanti præiudicij, l. vlt. C. quæ res pign. oblig. poss. vbi id not. Bart. & ita respondet Bal. Ang. & alij d. l. si constante. Quæ tamen respõsio nullius roboris est, quãdoquidem quemadmodum in trãslatione dominij, ita in hypotheca, seu pignore decretum requiritur, l. 1. §. vlt. ff. de rebus eorum, & l. lex quæ tutores, C. de administrat. tutorũ, ibi, (vel pignorare.) Immò, cõcessa minori venditione, non censetur permissa pignoratio, l. si pupillorum, §. si prætor, ff. de rebus eorum. & latè diximus sup. tit. 1. inspect. 4. num. 92. Vnde apparet, non ita de facili pignorationem permitti. Quamobrem respondeas, (& melius) quod prædicta procedunt in alienatione expressa, quæ sine decreto fieri minimè valet; quęstio verò nostra loquitur in obligatione, & hypotheca tacita, quæ inducitur ab ipsa lege, quæ multũ differt ab expressa, vt infra pro contraria opinione ostendam.

Secundò mouetur idẽ Bart. ex Auth. dos data, C. de donat. ante nupt. vbi cõstitutum est, quod eo ipso quod dos data est, dicatur cõstituta etiam donatio propter nuptias, nullo intercedente hominis facto, & tamen non censentur obligata bona minoris ob d. donationem, si non interuenerit decretum, d. l. lex quæ tutores, in princip. & l. prædium, C. de præd. minorum. quod argumen-

gumen. fortiter stringit, cum simus in obligatione legali. Et huic quoque argumento ex intentione Bald. Rom. & Croti in d.l.si constante, in prima lect. in fine, respōderi potest, quod d. Auth. dos data, procedit in hypotheca quæ non indifferēter in quibuscumque rebus constituitur, sed in quibusdam tantū; siquidem illa donatio propter nupt. nō respicit omnia bona mariti, sed tantum pro dotis quantitate, & ideò statim non cōstituitur, quia decretum iudicis debet adesse, vt discutiat, atque determinet, qua in re sit constituenda hypotheca, nempè, in rebus minus vtilibus, l. magis puto, §. ne passim, ff. de rebus eorum; secus verò in casu nostro, cum simus in hypotheca quadam legali, quæ indifferenter causatur in omnibus bonis minoris, & in ea omnia bona includūtur, l. assiduis, & l. vlt. C. quæ res pign. oblig. poss. Verùm hæc Doctorum responsio non videtur tuta. Nam cum vir recipit dotem, tenetur solùm pro illius quantitate donationem propter nuptias constituere, illiusque bona omnia in vniuersum sunt obligata, ad hoc, vt faciat donationem respectu quantitatis dotis; ita igitur in proposito dicendum, vt minoris bona in vniuersum sint obligata, ad hoc vt constituatur tacita hypotheca respectu quntitatis dotis, quam recipit minor, & sic nulla est differentia inter casum nostrum, & d. Auth. dos data.

Quamobrem, secundo loco respondet Bald. d. l. si constante, quem sequitur Salicet. in l. prædia, circa finem, C. de præd. minorum, quod immò in casu d. Auth. dos data, obligata dicuntur bona minoris pro donatione propter nuptias facienda, etiam si non interuenerit decretū: Eaq. est ratio, quia obligatio illa constituendi donationē pp nupt. est obligatio necessaria ex dispositione legis, quæ non exigit decretum.

Posset & hæc solut. in dubium reuocari, verùm quia latius dicturus sum in seq. inspect. de intellectu d. Auth. dos data. pro nunc cum hac solutione pertranseo.

Tertiò mouetur Bart. d. l. si constante, num. 77. Sicut ex parte viri contrahitur tacita hypotheca pro dote restituēda, ita ex parte vxoris pro dote danda, l. 1. §. & vt plenius, C. de rei vxor. act. At si vxor promittat dotem minori, eius bona non erunt tacitè obligata pro restitutione dotis, sine decreti interuentu, l. Titia, & ibi not. ff. de iure dot. & l. 1. C. si aduers. donat. merito.

Respondetur non esse absurdum, quod si mulier dotē promiserit ex bonis immobilibus cum decreto iudicis censeatur contracta tacita hypotheca in bonis suis, quia cum fuerit adhibitū decretum in principali constitutione dotis, trahitur postea dictum decretū ad consecutiua contractus principalis, & sic ad tacitam hypothecam, iuxta l. si pupillorum, §. si pupillus, ff. de rebus eorum. & ita respondet Roman. d. l. si constante, sub num. 34. vers. non obstat, quam respōsionem ibidem refert Crot. sub num. 103. vers. secundo argumento. Sed tamen vereor, ne isti intentionem Bart. malè perceperint: Noluit etenim sentire Bart. quod fuerit cōtracta tacita hypotheca in bonis mulieris minoris, dotem promittentis: Nā nemini (præsertim Bartolo) dubium esse potuit, quod si fuit adhibitum decretū in constitutione dotis, censeantur eius bona tacitè obligata vigore d. decreti, quod postea trahitur ad consecutiua principalis contractus, arg. d. §. si pupillus, sed aliter equidem voluit arguere Bartol. videlicet, quod cum bona tam mariti, quàm vxoris sint hincinde obligata pro restitutione, & pro datione dotis, vt supra vidimus, sed pone (inquit Bart.) quod vxor minori promittit dotem, erunt ne bona eius tacitè obligata? debent igitur verba illa, (Bona eius) intelligi bona eius qui dotem recepit, non autem bona mulieris quæ dotem dat, alioquin non probaret intentionem suam Bartol. cum intendat

probare

probare bona illius qui dotem recipit, non censeri tacitè obligata, quod colligitur dum de restitutione loquitur, quā vtique qui dotem recipit facere debet, & ex subsequentibus etiam verbis id manifestò apparet: Ex quibus intelligitur, istos malè percepisse intentionē Bart. nisi eos saluando dixeris, quod alij ter ipsi legerint verba Bart. quam nos fecerimus, legendo nempè hoc pacto, (Sed pone quod vxor minor promittat,) prout in quibusdā libris antiquis scriptum reperi, sed in meo libro, (& melius quidē) legitur, (Sed pone quod vxor minori promittat,) & ita re vera legi debet lectura Bart. ex his quæ diximus, quo stante, indissolutum remanet adhuc argumentum.

Respondeas igitur, quod d.l. Titia, & d.l. 1. non probant id, ad quod eas Bart. adducit; solum enim disponitur ibi, quod mulier minor non possit dotem in immobilibus cōstituere absque decreto, quod autem tacitè non censeātur obligata bona minoris dotem recipientis, nullum ibi verbum.

Quartò, ceteris omissis de quibus dicemus seq. inspect. est optimus verborum contextus in l. vlt. C. de legitim. tutor.

Respondetur, quod tutela est actus ꝓhibitus minori a lege: (minor enim tutor esse non potest, cū potius ipse tutore egeat, d.l. vlt.) dotis receptio autē est actus permissus, & obligatio legalis, secundum Bald. in l. 1. §. vlt. ff. de rebus eorum. Non mirum igitur si vno casu obligata sint, alio autem non.

2 Superiori quamobrem contraria sequitur opinio, quæ à Scribentibus magis cōmuniter est recepta. Quod bona immobilia minoris tacitè sint obligata pro dotis restitutione, vt voluerunt Iacob. de Aren. in l. sed hic, nume. 3. ff. de rebus eorum, & in l. vbi adhuc, nu. 3. C. de iure dot. & ibidem Io. Sichard. numer. 31. & 32. tom. primo. Ioan. Faber in suo Breuiario, ad l. nemo, nu. 1. & ad l. ad auunculos, C. de legitim. tutor. Iacob. Aret. & Alberic. d.l. sed hic. ✱ Cin. Bald. testans de * communi. Angel. & Salicet. qui pariter de * communi testantur in l. vltim. C. de legit. tutor. Angel. Gugliel. de Cun. Castr. & Alex. in l. item quia, ff. de pact. Bald. Angel. Roman. Alex. Clad. Seisel. nu. 63. vbi de * communi testatur. & Ias. in 4. q. 3. par. vbi d. opinionē corroborat quinque medijs, eam * communem dicens, in l. si cōstante, ff. solut. matrim. & ibidem Crot. sub nu. 103. vers. quartò quærit Bart. & vers. quid tenendum, dicens hanc opinionem in decisiuis tenendam esse, quia communis est. Bald. in l. prima, §. & vt plenius, C. de rei vxor. act. in l. 1. col. 2. C. de priuileg. dot. in l. certi iuris, in 8. q. C. locati. & in l. 1. §. vlt. ff. de rebus eorum. glos. & DD. in l. 1. vers. omnia bona, C. si aduers. dot. Castr. & Barth. Socin. sub nu. 2. in l. conditionibus, ff. de condit. & demonstrat. idem Castr. in l. more, nu. 5. ff. de acquir. hæredit. & in l. licet prætoris, §. prius, ff. de peculio. Io. Faber in §. fuerat, col. 5. vers. item quid si Martius. & ibidem Monticul. nu. 86. Inst. de act. Bald. Nouell. in repetit. l. 1. num. 369. ff. sol. matrim. & clarius, dicens hanc opinionem veriorem esse, in repetit. d.l. si costante, nu. 76. Io. Lup. in repetit. c. per vestras, §. 26. ampliat. 5. nu. 1. & seq. de donat. inter vir. & vxor. qui dictam opinionem veriorem, & tutiorē esse dicit. Roman. cons. 394. præsupposito, nu. 5. Cor. cons. 151. videtur in hac cōsultatione, col. 2. libr. 4. Barth. Socin. cons. 80. præsens consultatio, nu. 6. & seq. vol. 4. Gozadin. cons. 16. nu. 9. ✱ Curt. iun. testans de * communi, cons. 168. nu. 20. Calcan. cons. 13. pro parte negatiua, col. 4. vers. nec obstat. Ruin. cons. 61. ex themate, col. 2. nu. 4. lib. 3. Ioan. Andr. in addit. Speculat. in tit. de dote post diuort. restit. §. vlt. vers. quid si mulier. Negusant. in tract. de pignoribus, in 4. membro, 2. par. sub num. 73. Fab. de Monte in tract. de emptio. & vendit. 22. & ult. q. 4. q. princip. sub num.

num. 18. Tiraquell. de legibus connub. glos. 8. num. 188. Cæsar Lambertin. in tract. de iure patronat. 3. art. 5. q. princ. 1. par. 1. libri, sub nu. 2. & ante eũ Paul. de Cittadin. in eod. tract. de iure patro nat. in 3. par. 2. causæ, q. 12. sub nu. 21. Mãtua in suo Glossario, class. 2. dialog. denarr. cap. 33. num. 2. Moderni Fiuizanenses in tractatu de tutore, & curatore, sub nu. 159. circa finem, vers. nec * bona, vbi de * communi testantur. Gugliel. Redoan. in tract. de alien. rerum eccles. fol. 43. nu. 3. Iacob. Menoch. de adipiscen. poss. remed. 3. sub nu. 68. in- * quiens, quod ita se habet * magis recepta opinio. Grammatic. decis. 103. nu. 17. Franc. Viu. lib. 1. comm. opin. opin. 209. incip. maritus minor.

Pro qua sententia frequentiori calculo recepta, quamplura adducuntur. Et primò, minor cum est pubes, põt matrimonium contrahere, c. 1. & 2. de desponsat. impub. & Inst. de nup. in princip. Sed qui potest nuptias contrahere, dotis nomine obligari potest, iuxta l. mutus, ff. de iure dot. ergo debet minor dotis nomine obligari posse. Huius argumenti in quo DD. tutissimum constituunt refugium, facilis est responsio, ad mittendo consequentiam, potest matrimoniũ contrahere, ergo & dotem recipere, dũmõ (inquit Bart. d. l. si constante,) minor recipiat dotem modo legitimo, id est cum tutoris, ac iudicis auctoritate. Et parum vrget obiectio quam facit Ias. d. l. si constante, nu. 220. quod ita intelligendo, esset magna suppletio ad illum contextũ; quia textus ille debet ita necessariò intelligi. arg. l. 1. cum ibi not. C. de sacrosanct. eccl. & pro hoc est textus in terminis in l. promittendo, in prin. ff. de iure dot. ubi deciditur, q quilibet promittendo dotẽ, obligatur, & nihilominus non cõprehenditur minor promittẽs dotẽ ꝓ muliere, l. vlt. C. ad Velleian. Quælibet enim dispositio intelligi dẽt secundũ terminos habiles, l. qui testamẽto, cũ similibus, ff. de testa.

Secũdò adducitur l. 2. & 3. in princ. ff. de reb. eorũ, per quæ iura putarunt Scribẽtes hanc quæstionẽ terminatam esse, cũ ibi ꝑbetur tacitã hypothecã legalem in bonis pupilli causari, absque iudicis decreto, etsi expressa prohibita sit, Bar. rñ det, q in dictis iuribus oblig. transit cũ sua causa, & cũ illa qualitate, vt esset fisco obligata; quam Bartol. responsionem reprobat Alex. d. l. si constante, quia antequã d. res esset acquisita minori, erat in dominio fisci, & per consequens, non potuit dici obligata fisco, per regulam l. neque pignus, ff. de reg. iur. & ita ante Alex. Bart. reprehen debat Baldus d. l. item quia, vt ibidem refert Ias. nu. 20. vers. tertiò pro ista parte. Subtilissimè tamen posset hæc Bart. responsio defendi, vt per Crot. d. l. si cõstante, num. 104.

Secundò respondetur, (& hanc puto verissimam responsionem) q ideo in casu d. l. 2. & 3. causetur tacita hypotheca in bonis minorum, quia ita ibi expresse cautum reperitur. Nã quando lex inducit tacitam hypothecam in bonis minorum, illud clarè exprimit, vt apparet in casu d. l. 2. vbi inducit obligationẽ bonorum a fisco emptorũ per minorẽ, vt sint pro residuo pretij obligata. Item in casu d. l. 3. censentur bona obligata alteri minori, ex cuius pecunijs fundus ille erat emptus, qđ quidem vtroque casu factum est expressim fauore personarum, fisci scilicet, & minoris. Et sic licet regulariter bona cẽseantur obligata pro restitutione dotis, non tamen hoc reperitur expresse cautum in bonis minorum.

Adducit tertiò huiusmodi ratio, Priuilegiatus in specie, dẽt præferri priuilegiato in genere, facit tex. in Auth. rogato, C. ad Trebell. & in corpore vnde sumitur. Bart. in Auth. quas actiones, col. 2. C. de sacrosanct. eccle. not. Abb. in cap. ad aures, per illum textum, in 2. notab. de præscript. & in c. cum pro causa. pariter in 2. notab. per illũ textum de sent. excommunicat. Atqui mulier priuilegiata est in specie, minor verò in genere,

nere, vt probabo, meritò. Minor probatur: Nāque mulier est ī specie priuilegiata, qđ bona mariti sui sint tacitę obligata pro dote, l. assiduis, C. qui pot. in pig. hab. & l. vbi adhuc, C. de iure dot. Minor verò est priuilegiatus in genere, in hoc quod eius bona non possint obligari sine auctoritate tutoris, ac iudicis decreto, non autem reperitur priuilegiatus in specie in causa dotis de qua agitur. Cui tamen rationi satisfieri potest, negando minorem, cum minor dicatur priuilegiatus in specie sicut mulier, tūc etenim dicitur quis priuilegiatus in specie, quando est priuilegiatus in ea causa de qua agitur, l. vlt. C. quibus cau. maior. & not. Bart. in d. Auth. quas actiones.

Et si obijcias, ꝙ mulier dicitur esse priuilegiata in specie, cum non sit priuilegiata in omni causa, sed solùm in causa dotis, tunc dicēdum est, quòd neque etiam minor est priuilegiatus in omnibus bonis, sed in immobilibus duntaxat, & his, quæ possunt seruando seruari, d. l. lex quæ tutores.

Postremo loco, decreti solemnitas ea ratione fuit inducta, ne minores ętatis imbecillitate fraudentur, l. lex quæ tutores, C. de administrat. tut. & dictū latius fuit supra in præfat. num. 24. quę ratio vtique cessat in casu nostro, cum nulla prætextu ætatis causari deceptio queat; quandoquidem minor contrahendo matrimoniū, dotemq. recipiendo, facit illud quòd quilibet diligēs paterfam. faceret, ideò nulla considerari potest deceptio, l. vlt. C. de in integr. restitut. minorum. Et sic arguendo a cessatione rationis, erunt bona minoris pro restitutione dotis tacitè obligata, ꝙ argumētum bonum, & reale appellat Ias. d. l. si constante, nu. 215. & tamquam indissolubile insolutū dimittit.

Ipse tamen putarē, altero ex duobus modis submoueri posse, considerando, quòd licet minor contrahendo matrimonium, dotemq. recipiendo, dicatur se tamquam paterfamilias prudentissimè agere, non per hoc tamen potest inficias iri, quin dolo, fraudiq. suppositus sit. Posset etenim dum recipit dotē, decipi in receptione monetæ, vel in quantitate, vel qualitate, quo casu licet competat restitutio, melius est tamen minorum iura intacta seruari, quàm post causam vulneratam remedium quærere, l. vlt. C. in quibus caus. rest. in integr. non est necess.

Secundò, & vrgentius, facilè potest cōsiderari fraus: Nam minor accipiendo in dotem pecuniam, seu quid aliud, absque decreto, pter deceptiones multas quibus suppositus est, posset dicta re quam accipit abuti, & illico in malos vsus conuertere, quod vtique accidere nequit, si iudicis interueniat decretum, qui diligenter curat, (vt suę sunt partes) quod dicta dos seruetur, atque in bonos, legitimos, vtilesque conuertatur vsus, argum. l. magis puto, §. ne tamen, ff. de rebus eorum; vbi facta alienatione rei minoris ob æs alienum, prætor curat, vt pecunia accepta creditoribus soluatur, ne sub prætextu æris alieni, ea pecunia, vel alia re quam acceperint abuti valeant. Ita igitur & in proposito dicendum est, decretum requiri.

Ex quibus apparet, disputando vtrāque opinionem, in dubium reuocari posse, ita vt quam ipse firmem prorsus ignorem. Nollem etenim contra Bar.
4 sentire, † cum officium boni scholaris sit semper defendere Bartolū, valdeq. ei dolendum est, cum quis eum impugnat, eiusque opinionibus contradicit; quia ipse est illuminator iuris, & lucerna ardens, vt inquit Bessiu. in repetit. l. re cōiuncti, in princ. ff. de leg. 3. Ex aduerso autem etiam vereor, ne impudentiæ ac temeritatis crimen incurrā, si ego adhuc scholaris inexpers, & ignarus, audeam contra communem a tot excellentissimis Patribus receptam sen
5 tentiam quidquam proferre. † Quamobrem vt præsens hæc inspectio absoluta remaneat, & ne videar neque Bar. neque communi opinioni contradicere

dicere, tres puto in proposito considerandos esse casus.

PRIMVS casus est, cum minori traduntur in dotem res æstimatæ, vel ex dote comparatæ, quo casu dicendũ est, dictas res esse pro dotis restitutione tacitè obligatas, ex eo quia hæ cum sua obligatione pertrãseunt, ita voluit Bar. d. l. si constante, num. 77. quem sequitur Ludou. Gozadin. consil. 16. num. 2. dicens Bartol. in hoc ab omnibus approbari.

SECVNDVS est casus, quando res quæ minori in dotem datæ sunt, durante minori ætate consumptæ fuere; quo casu concluderem, quod minoris bona non sint pro restitutione tacitè obligata. Ad quod firmandum moueor ex secundo argumento primæ opinionis, de Auth. dos data, cui adhuc benè responsum non vidi, cum prima responsio supra tradita, fuerit rectè sublata: quo ad secundam verò responsionem quam adfert Salic. in d. l. prædia, quod scilicet in casu d. Auth. dos data, cẽseantur obligata bona minoris pro donatione propter nuptias facienda, etiam sine decreto, ex eo, quia obligatio legalis est, id est de directo contra l. lex quę tutores, C. de administrat. tut. & l. prædia, C. de præd. minorum.

Pręterea, vt mox dictum fuit, inuentum est decretum, ne minores fraudentur; quæ ratio isto casu minimè cessat, immò expressim de lęsione apparet, cũ ipse minor dotem non habeat quam recepit, sed eam cõsumpserit; alioquin dubium non est, quod teneretur eam
6 restituere, † cum nemo debeat ex aliena iactura locupletari, vt in ꝓprijs minorum terminis inutiliter alienãtium, seu obligãtium probat expresè textus in l. si fundus, §. vlt. in fine, & l. si pupillorum, §. pen. ff. de rebus eorum, l. vtere, & l. si prædium, C. de præd. minorum, l. ait prætor, §. si impubes, l. quod autem, §. si quid cum, ff. quæ in fraud. credit. Sibi igitur imputet mulier, aut is qui pro ea soluit, si sine decreto id fecerit, cum sine eo non sint bona minoris tacitè obligata.

TERTIVS casus est, cum minor pecunias, aut alias res quas accepit, non in minori, sed in perfecta ætate constitutus, cõsumpsit, quo casu concludi debet, bona minoris esse tacitè obligata pro dotis restitutione. Et ratio est, quia statim quod minor peruenit ad perfectam ætatẽ, sunt tacitè eius bona obligata. Et licet ab initio non fuerint obligata, cum perfectę tamen effectus est ætatis, bonaq. in dotem a muliere data, tunc temporis in esse reperiantur, debet tunc habere locum priuilegium dotis, quippè quod bona recipiẽtis dotem sint pro restitutione tacitè obligata, cum eo tempore reperiatur habilis ad obligandum, & cesset ratio decreti, cum amplius fraudi suppositus non sit, & potest tertius iste casus confirmari, arg. eius quod scripsit Alber. in l. 1. C. si aduers. solut. quod scilicet minor non restituatur, quando fuit facta solutio in minori ætate, & factus maior pecuniã perdidit; & ratio est, quia in minori ętate non fuit lęsus. Ex quibus perfectiss. absoluta remanet p̃sens hæc inspectio.

INSPECTIO II.

VALDE similis superiori succedit inspectio, an bona minoris illata in domum conductam, sint tacitè obligata pro pensione illius absque decreto; in qua duo sunt principales considerandi casus.

PRIMVS CASVS.

7 PRIMVS casus est, † cum minor in domum conductam infert bona mobilia, quæ non possunt seruando seruari; in quo indubiè cõcludendum est, dicta bona esse tacitè pro pensione obligata, absque alio iudicis decreto, l. 1. & toto tit. ff. de rebus eorũ, & l. lex quæ tutores, C. de administratio. tutorum. Quemadmodũ etenim posset expresè

dicta bona obligare, ita & tacitè, arg. l. cum quid, ff. si cert. pet. Nec obijci potest defectus decreti, cum in talibus bonis necessariò non requiratur d. l. lex quæ tutores. Quod tamen intelligas de adulto, nam si esset pupillus, requireretur in his saltem tutoris auctoritas, glo. in l. item quia, ff. de pactis. Bald. in l. 1. in fine, ff. de reb. eorum.

CASVS II.

8 SECVNDVS est casus, † cum in domum conductam inferuntur bona quæ possint seruando seruari, in quorū obligatione necessariò requiratur decretum, iuxta l. lex quæ tutores, C. de administrat. tut. Et in hoc duæ sunt inuicem contrariæ opiniones; quarum altera est affirmatiua, quam tenuit Iacob. de Aret. & Alber. in l. sed hic, ff. de rebus eorum. Bald. Ang. Castr. & Ias. in l. item quia, ff. de pact. Bald. Angel. Roman. Alex. & Ias. in l. si constante, ff. soluto matrim. Bald. in l. certi iuris, in §. quæst. C. locati. & in l. vnica, §. & vt plenius, C. de rei vxor. act. vbi hanc sententiam * communem esse dicit Ioan. Andr. in addit. Speculat. tit. de donat. inter vir. & vxor. §. vlt. versic. quid si mulier. & Neguſant. in tract. de pignoribus, in 4. membro, 2. par. num. 154. limit. 9. Arnold. Feron. in Consuetud. Burdegalens. lib. 1. tit. 3. de locat. §. 4. vers. adeo autem. Intelligens tamen id si minor tutore auctore conduxit domum.

Pro qua opinione hæc præcipuè adducuntur.

Et primò l. conditionibus pupillus, ff. de condit. & demonstrat. quo loci habetur, quod etsi minor non possit principaliter obligari sine tutoris auctoritate, potest tamen in consequentiam: Eodem pacto dicendū est in casu nostro. Huic contextui ex intentione Cumani quem sequitur Barth. Socin. d. l. conditionibus, circa principium, responderi potest, concedendo pupillum obligari se in consequentiā ex legis dispositione sine tutore ad implementum conditionis; sed reuocabiliter, cum habeat beneficium abstinendi, l. necessarijs, ff. de acquir. hæredit. secus verò casu isto, cum obligatio bonorum pro pensione domus sit irreuocabilis: Nō debet igitur de casu minus præiudiciali ad magis præiudicialem argumentari.

9 Secundò facit vulgata illa regula, quæ habet, † quod lex generaliter, & indistinctè disponens, comprehendit etiam personas priuilegiatas, l. in fraudem, §. vlt. ff. de milit. testam. scribit latè Tiraquell. de retractu consanguinit. §. 1. gloss. 14. num. 96. At iura quæ disponunt, illata in domum conductam, esse tacitè obligata pro pensione domus, generaliter & indistinctè loquuntur; ergo etiam minor sub d. generalitate comprehendi debet.

Prædicta tamen regula intelligi debet, nisi in specie in casu de quo agitur, quis sit priuilegiatus: Nam tunc sub generali dispositione non comprehēditur persona priuilegiata. & ita procedat l. hæres absens, ff. de hæredibus instituend. vt sensit Crot. d. l. si constante, in prima lect. sub num. 84. Atqui in casu nostro minores sunt in specie priuilegiati, ne eorum bona absque decreto obligari valeant. l. 1. & toto tit. ff. de rebus eorum. & l. lex quæ tutores, C. de administrat. tut. Ergo non continebuntur sub lege generaliter loquente.

10 Præterea lex generalis † nō comprehendit priuilegiatos, etiam in genere, secundum Ias. in l. 1. num. 9. ff. sol. matrim. & latiùs. Calcan. consil. 13. col. 2. vbi tredecim attulit instantias, quibus ostendit, generalem dispositionem nō comprehendere causam dotis, & causam piam, quæ in genere sunt priuilegiatæ. Neuizan. cons. 77. num. 13. & Tiraquell. de retractu consanguin. §. primo, glos. 14. num. 91. & 92. quos sequitur Menoch. de adipiscen. poss. remedio 3. num. 78.

Addu-

Adducitur Tertiò l. 1. in fine, & l. 2. ff. de rebus eorum, vbi tacita hypotheca in bonis pupilli causatur, licet expressa sit prohibita. Huic argumento respondetur vt in præcedenti inspect. sub num. 2. vers. secundo.

Quartò adducitur l. si sine hærede, §. Lucius, ff. de administrat. tut. vbi cautum exstat, obligationem legalem non esse minori interdictam.

Respondetur, quod d. l. loquitur in obligatione personali, quorum obligatio facilior est, quàm bonorum.
11 † Namque minori facilius est obligare personam, quam alienare, vel bona obligare. Bald. in l. certi iuris, in 8. q. C. locati. quod patet, cùm minor qui non habet curatorem, possit se obligari, l. si curatorem habens, C. de in integr. restit. gloss. in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebell. & not. in l. 1. ff. de nouat. & tamen sua bona immobilia obligare nequit absque decreto, l. 1. ff. de rebus eorum, l. 1. & 2. C. de his qui ven. ætat. impetr. Vel melius dicas, quod ibi erat lex manifesta, quę ipsam rem affectam habebat, vt declarat Tiraquell. de retract. consanguinit. ad finem, num. 54.

12 Secunda itaque superiori † cōtraria est opinio negatiua, quàm tenuit Accurs. in l. item quia, in verbo, illata, ff. de pact. & in l. vlt. C. de legit. tut. Din. Faber, num. 7. Ias. num. 57. vers. quid autem si minor, vbi hanc opinionē * cōmunem esse dicit, & Ang. Aret. in nu. 4. Inst. de act. §. item Seruiana. Bart. Fulgos. & Salicet. in d. l. item quia, & ibidem Aemilius Ferett. num. 6. Salicet. in l. certi iuris, quęst. 3. sub num. 3. C. locati. & ibidem Io. Sichard. num. 11. dicēs dictam opinionem in practica tamquam * communem sequendā. Imola & Gomez. in l. si constante, in princip. ff. sol. matr. Bald. sibi contrarius in l. 1. §. vlt. ff. de rebus eorum. Io. And. in addit. Speculat. in tit. locati, §. postquam, sub num. 27. Amanell. de claris aquis, sing. 209. Iacob. Menoch. de remed. adipiscen. possess. remed. 3. num. 81. & Iodoc. Damhouderius in pupillorū patrocinio, tit. de tutorum, & curatorum munere, cap. 7. num. 60. vsque ad finē, referens dictam opinionem a multis communiter * approbari.

Et pro ista opinione adducitur in primis validissimum arg. ex d. Auth. dos data, C. de donat. ante nupt. in qua dispositum exstat, quod eo ipso quod dos data est, dicitur etiam donatio propter nuptias constituta, nullo hominis facto intercedente; & tamen minor dotem recipiendo, non dicitur constituere donationem propter nuptias, cū illam sine decreto cōstituere nequeat, d. l. lex quæ tutores, & l. prædia, C. de præd. minorum. Eodem pacto dicendum est tacitam obligationem nō causari sine decreto, licet aliter essent bona regulariter pro pensione obligata. Omissis pluribus de quibus superiori inspect. 2. argum. primæ opin. satis fuit dictum, respondetur ex mente Saliceti d. l. prædia, circa finem, quod in casu d. Auth. dos data, bona censentur obligata pro donatione facienda, etiā si non interuenerit decretum, eo quia, obligatio illa constituendi donationem, est necessaria ex legis dispositione, quæ decretum non requirit, & ita ante Salicet. d. Auth. intellexit Bald. in d. l. si constante. De qua tamen responsione valdè dubito, cùm in d. l. lex quæ tutores, & d. l. prædia, sit obligatio legalis, quæ necessariò fieri debet, non tamen excluditur decretum. Secundò respondetur per eruditissimum Menoch. in tract. de remed. recuper. possess. remed. 15. sub nume. 165. negando quod vir teneatur facere hanc donationem propter nuptias, sed totum reponatur in arbitrio ipsius viri, l. vlt. C. donat. ante nupt. quam legem ipse negat correctam esse per d. Auth. dos data, cuius verissimus sensus est, vt priuilegia illa quæ viro conceduntur in exactione dotis, illa pariter concedantur in exactione donat. propter

nupt. vxori, cùm aliquid est donatum. Non autem dicit ibi textus, donationem esse faciendam, sed præsupponit contingentiam facti, quod si donatio facta sit, eius exactio non impeditur, si dos ipsi viro culpa viri soluta nõ fuit; qui intellectus multum conuenit litteræ, & in stricta disputatione optimè deseruiret. Sed admonitum te esse volo, huiusmodi subtilissimi Menochij intelligentiam ad d. Auth. dos data, esse contra receptam Scribentium sen-
13 tentiam; † quia mulier potest compellere virum ad d. donationem facien-
* dam, vt de * communi testatur Afflict. dec. 242. vbi plures citat. Ruin. consil. 11. num. 12. libro 5. quos refert Menoch. d. loco, quæ communis opinio optimè comprobari posset, ponderando singula verba d. Authen. dos data, quod cum non sit præsentis indagationis, omitto. Nec obstat id quod dicit Menoch. quod ita intelligendo cor rigeretur d. l. vltim. quia in ea datur licentia viro celebrandi donationem, licet prius esset prohibita; dum postea superuenit d. Authen. dos data, non modo dat licentiam, sed de nouo plus inducit, quod immò necessariò vir teneatur dictam donationẽ propter nuptias celebrare; illa certè, ni fallor, non poterit dici correctio, sed potius additio quædam, seu ampliatio ad d. l. vlt.

Secundò adstipulatur huic opinio-
14 ni, quod † pro administratione tutelæ omnia tutoris bona tacitè obligata censentur, l. pro officio, C. de administrat. tutor. & tamen minoris bona ob dictam causam non obligantur, l. vlt. C. de legit. tut. vbi deciditur, quod minor 25. annis non potest esse tutor alicuius; & posito pro possibili, quod possit esse, eius bona non essent tacitè obligata pro administratione; ita etiam nõ debent esse tacitè hypothecata pro pensione domus, per quam legem inquit notanter gloss. in cap. similiter, 16. q. 1.
15 † quod ideo minor 25. ann. non potest esse prælatus ecclesiæ, quia eius bona non essent hypothecata ecclesię pro administratione, prout requiritur cap. ex litteris, de pignoribus. Cui tamen legi respõdetur, quod loquatur in actu minori prohibito, siquidem prohibetur minor tutelam administrare, secus verò isto casu quo minor non est prohibitus domum conducere. Potest huiusmodi responsioni replicari, quod ideo textus ille prohibet tutelam, quia hypotheca est prohibita, non autem prohibet hypothecam quia prohibita sit tutela. Namque præsupposito, vt ibi fit, quod minor possit esse tutor, tamen prohibetur ex alio, quia eius bona sunt tacitè obligari prohibita. Respondetur itaque secundo loco ex intentione Salicet. in d. l. vlt. quod ibi minor acceptando onus tutelæ, dato quod posset, non facit illud quod faceret diligens paterfamil. cum tutelæ, ac curæ munera sint periculosissia; sed conducendo domum, facit quod quilibet prudens fecisset: ideò debent eius bona censeri tacitè obligata pro pensione domus.

Tertiò, & vltimò adducitur l. 1. §. 1. C. de rei vxor. act. vbi cautum reperitur, quod celebrato contractu dotis, bona censentur hinc inde tacitè obligata. Sed bona minoris dotem recipientis, non possunt tacitè obligari sine decreto, l. Titia, ff. de iure dot. & l. 1. C. si aduers. donat. Idem ergo dicendum est isto casu, vt tacita hypotheca non sit inducta ex illatione bonorum in domum conductam. Posset huic postremo argumento responderi, negando minorem; magis etenim communis est opinio, quod bona minoris sint tacitè pro dotis restitutione obligata, vt satis in præcedenti inspectione demonstratum est, vbi dictis iuribus fuit optimè satisfactum. Et sic, vt vides, in stricta disputatione vtraque opinio posset facilè defendi.

16 Guglielm. de Cuneo, quem † secutus fuit Cin. in l. certi, C. locati, cogitauit distinguendo has opiniones conciliandas

liandas esse, vt refert Bart. d. l. item quia, num. 2. Quod aut post contractũ sequitur tacita legalis obligatio, absque alio hominis facto, & tunc minoris bona censentur obligata. l. 1. §. vlt. & l. seq. ff. de rebus eorum. & isto casu procedat opinio affirmatiua supra relata. Aut requiritur aliud hominis factum, vt in casu nostro, in quo post conductionẽ requiritur, quod bona inducantur, & inferantur in domum, & tunc nulla potest in bonis minorum causari obligatio, cum ea absque decreto obligari nequeant, & in hoc casu procedat opinio negatiua. Verùm si es memor eorum quæ supra diximus circa intellectum l. 1. §. vlt. & l. 2. ff. de rebus eorum, apparebit expressè, quod primum distinctionis membrum iure nõ probatur. Et per id, & alia hanc distinctionem reprobat Bart. d. l. item quia, & d. l. si constante, num. 75.

17 Alia etiã † pro præsentis dubitationis concordia affertur distinctio a Petro de Bellapert. in l. certi iuris, C. locati, quam sequuntur Cin. Ang. & Bal. vt refert Ias. d. l. item quia, num. 20. versic. vltima fuit opinio, quæ talis est, quod aut minor conduxit domum condecentem suæ conditioni, ac facultatibus, ita vt quilibet prudentiss. ita fecisset, & tunc illius bona innecta, & illata in domum erunt tacitè obligata, cum cesset ratio prohibitionis, qua minores obligari prohibentur. Aut verò minor conduxit domum minus amplam atque honorificam, suæq. conditioni minimè condecentem, & tunc eius bona non censebuntur pro pensione domus obligata, cum satis constet minorem fuisse sua facilitate deceptum, conducẽdo domum minus honorificam, & hanc distinctionem refert Ioannes Siccard. d. l. certi iuris, num. 11. dicens eam æquam esse. Hæc etiam distinctio est peior priore: Namque primũ huius distinctionis membrum falsum est; siquidem minoris bona absque decreto obligari nequeunt, etiã quod vtiliter contrahat, melioremq. suam conditionem efficiat, vt infra lib. 3. inspect. 17. tit. 8. clariss. ostendam. Nec etiã obstat id quod voluit Petr. per l. verum, §. non restituitur, ff. de minoribus, vbi quando minor sobriè rem suam administrat, non restituitur, & ætas non curatur: Quandoquidem id procedit, quando contractus est solemnis, sed tractatur de restitutione, & ita illum contextum intelligit Salicet. d. l. certi iuris, num. 4. vers. nec obstat.

18 Quamobrem † ipse indistinctè vnà cum eruditissimo Menoch. in loco præcitato, putarem communem opinionem verissimam esse, nempè, minoris bona nõ esse pro pensione domus obligata; quæ vltra iam dicta, optimè hisce comprobatur.

Et primò, quemadmodũ bona minoris non valent absque decreto expressè obligari, l. 1. & l. magis puto, §. si pupillus, & tot. tit. ff. de rebus eorum, ita nec tacitè, nisi in his casibus in quibus lex expressè tacitam hypothecam induxit, vti videmus in casu l. 2. ff. de rebus eorum, vbi quãdo inducitur hypotheca in rebus minorum, id clarè exprimitur, quod quidem factum est ibi in duobus casibus expressim fauore personarum, fisci scilicet, & minoris. Et sic, licet regulariter bona in domum illata censeãtur hypothecata pro pẽsione, nõ tamen reperitur id expressè cautum in bonis minorum; non debent ergo tacitè censeri obligata eius bona, quemadmodum nec expressim obligari potuissent, arg. l. cum quid, ff. si cer. pet. per quod argumentum sententiam istam indistinctè veram esse fuit arbitratus Io. Andr. in addit. Spec. in tit. locati, §. postquã, sub nu. 27. Secundò, decretum fuit inuentum, ne minores fraudentur, l. lex quę tutores, C. de administrar. tut. & latè fuit dictum supra in Præfat. nu. 24. Atqui minor conducendo domum posset decipi, cũ locator maiori pretio locare posset, quàm faceret viro prudenti, perfectæque ætatis. Posset etiam

decipi in alio conducens domum suæ conditioni, ac honestati minimè condecentem, meritò non debent eius bona censeri tacitè hypothecata. Tertiò, id comprobo ex l. magis puto, §. si pupillus, ff. de rebus eorum, vbi habetur, debere omnem viam recludi per quã minor alienando, seu obligando, decipi posset: Sed si bona minoris essent tacitè hypothecata pro pensione domus, esset adinuenta via qua minor posset, quæ seruando seruari queunt distrahere; domum scilicet cõducendo, in eaq. dicta bona inferendo, quod vtique esset contra intentionem Vlpiani in d. §. si pupillus. Ex quibus legendo, consulendo, & iudicando hanc opinionem amplectendam esse censeo, si indistinctè concludere velimus. Verùm cum pugnantes opiniones debeant, si possibile est, ad concordiam reduci, cap. super litteris, de rescript. & latissimè probabimus infra tit. 8. num. 228. nouam, ac veram profectò (ni fallor) distinctionem cogitaueram, quod aut minor solus ex se ipso domum conducit, & tunc indistinctè procedat cõmunis opinio, quod non sint obligata, per iura, & rationes pro communi opin. iam adductas. Aut verò conducit domum cum auctoritate tutoris, vel curatoris, vel etiam iudicis, & tunc vtique dubium non est, quin eius bona sint tacitè pro pensione obligata, cum quando decretum interuenit in actu, non requiratur postea in executione ipsius actus, secundum Socin. in l. prima, §. fuit quæsitũ, sub num. 5. ff. ad Trebell. Alex. in l. si ex legati causa, num. 4. vers. potes concludere, de verbor. obligat. & dicam mox infra inspectione 4. nu. 43. & seqq. ad plura in proposito inferens. Præterea, cum iudex permiserit domum conducere, censetur etiam consentire, vt illatã sint pro pensione obligata, argum. l. ad rem mobilem, ff. de procurat. & facit optimè glo. in l. fin. C. de legit. tutor.

19 Ex cuius resolutione deciditur, † & alia huic non dissimilis quæstio, bona scilicet minoris, illata in prædio conducto, non esse tacitè pro pẽsione prædij obligata, & id per iura, & rationes mox supra pro communi opinione relatas.

20 Quæ opinio ita firmata, † declaratur non habere locum, si creditor dictorũ bonorum possessionem haberet: Nam posset ea retinere vsque ad quantitatẽ, qua minor vtilitatem habuit, l. si pupillorum, §. vlt. ff. eod. & not. in l. 1. C. si alien. res pign. data sit. ita tradit Ioan. Faber d. §. item Seruiana, sub num. 7. vers. satis tamen: eaq. est ratio, ne minor locupletetur cum aliena iactura, contra d. l. si pupillorum, §. vlt. & l. vtere, & l. si prædium, C. de præd. minorũ.

21 Secundò declaratur, † vt id non procedat in scholaribus huius amplissimi Gymnasij Perusini, præcipuè, in quo cum non reperiantur commodæ dusinæ, neque etiam vt vulgò dicitur (camere locante,) scholares vt plurimum domus conducunt, quorum bona in domibus illata erunt tacitè obligata, licet sint minores, vt in simili probatur in l. item filiusfam. §. quod dicitur, ad S. Cons. Macedon. vbi Macedonianũ cessat, si in studio filiofam. mutuetur; ita quoque cessare debet decreti solẽnitas, quando minor causa studij domum conducit: Nam quando minor est in studio de voluntate patris, potest bona patris inferendo obligare, quia tunc magis pater, quàm ipse obligari videtur, l. si longius, §. si filiusfamilias, & quod ibi not. & l. Macedoniani, cũ ibi no. C. ad Macedon. Faber d. §. item Seruiana, num. 6. & 7. Declaratur etiã id nõnullis alijs modis, vt per Assisienses in decision. causarum Perusinarum, par. 2. decis. 75. per tot. in qua latissimè circa id insistunt.

22 Ne tamẽ in me definitio † scholaris videatur verificari, qui semper solet cõtra propria cõmoda laborare, & sic ipse qui sum scholaris, cum superiorem declarationem cõtra scholares firmauerim, nunc in eorum fauorem dictã

decla-

declarationem notabiliter subdeclaro, quod licet bona scholaris censantur tacitè obligata pro pensione domus, libri tamen, & vestimenta sine quibus scholaris absque dedecore, & maximo damno viuere non posset, non veniunt in tacita obligatione; est optimus verborum contextus in l. obligatione, ff. de pignoribus, per quem textum ita firmauit Angel. Aretin. d. §. item Seruiana, num. 2. & ibi Ias. nu. 64. & doctissimi Callienses in tractatu de priuileg. scholar. priuileg. 33. quod si verum est, prout verissimum arbitror, declaratio supra tradita, modici, aut nullius erit momenti, cum scholares vt plurimum solum habeant quędam bona, sine quibus absque dedecore atque ignominia viuere minimè possent, vt sunt libri, vestimenta, thorum, & alia huiusmodi. Aduertendum tamen est, quod ista sublimitatio videtur aliquantulũ dubitabilis, ex his quæ tradit Hippol. Marsil. ad rub. de fideiuss. sub n. 202. in fine.

INSPECTIO III.

DVABUS præcedentibus inspectionibus visum fuit, de prima parte tituli, nempè, de obligatione; consequens nunc est, vt de secunda tractemus, scilicet, de pignoratione. Videamus igitur in hac inspectione, Nũquid minor possit rem suam pignori tradere; qua in re sunt plures distinguendi casus.

23 PRIMVS erit † quãdo minor simpliciter velit rem suam pignorare, in quo indubitanter concludi debet, eũ absque decreto rem pignori tradere haud posse. ita sensit Accurs. in l. 1. in princip. & ibidem Bartol. ff. quæ res pign. vel hypoth. oblig. non poss. Fulgos. in l. etiam, num. 2. C. si aduers. vendit. pignorum. Didac. Couarru. variarum resolut. lib. 2. cap. 16. nu. 7. per textum in l. si pupillorum, §. si prætor, ff. de reb. eorum, vbi expressim cautum est, minorem nõ posse obligari seu pignori rem suam tradere sine decreto, etiã (quod maius est) si decretum appositum esset, vt dicta res posset vendi, adhuc tamen pignorari nequiret, vt latius diximus supra lib. 1. tit. 1. inspect. 4. num. 92. & est etiam pro hoc textus expressus in l. eos, C. de eis qui ven. æt. impetr.

Ratio autem istius casus esse potest, 24 quia pignoris † suppositio alienationis est species, l. magis puto, §. si pupillus, l. si pupillorum, §. si pupillus, & l. pen. §. quãquam, ff. de rebus eorum. Fabian. de Monte de empt. & vendit. 22. & vlt. q. 4. q. princ. nu. 10. cum seq. Natta cons. 534. nu. 5. lib. 3. Cardinalis Albanus cõs. 340. num. 3. & Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 2. casu 171. nu. 30. & prohibita alienatione censebitur etiam prohibita pignoratio, ac omnis denique alienationis actus, argu. l. sed si pecunia, §. si ius, ff. de reb. eorum, & l. non solum, C. de præd. minorum.

25 Si autem † obligauerit rem tutor sine decreto, quamuis obligatio non valeat, est tamen exceptioni doli mali locus, cum pecunia accepta ei soluitur, qui sub pignore erat creditor, l. si pupillorum, §. fi. ff. de rebus eorum. Id quod verum est, etiam si ei qui pecuniam præstat, res obligetur. Valet etenim obligatio vt ius prioris creditoris ad sequentem transeat, si eamdem sortem acceperit, nec grauioribus vsuris grauetur, d. l. si pupillorum, §. fin. per quem text. id firmauit Nicol. Vigel. ff. lib. 18. par. 2. c. 6. reg. 1. except. 28. Et est etiam pro hoc tex. expressus in l. nõ fit, ff. de rebus eorũ, vbi scripsit Marcellus, non fieri contra Senatuscons. si tutor creditori patris pupilli exsoluit vt eius loco succedat, q̃ tñ hodie immutatum exstat per §. qd si quis, in Auth. vt hi qui obligat.

26 Aduertẽdum tamen est, † quod cum res minoris pignori danda est, iustis de causis decretum prætoris (vt in ipsa venditione) interponi debet, sed non sub eadem forma, cum non sit necessarium rem illam in publicum proferre,

& subhastationi subijcere, sed sufficere illi singulari personæ cōcedere, quæ pignus recipere vult. Non enim multum confert, quod vni, vel alteri res tradatur, postea quam intra aliquod temporis spatium luenda est, ita opinatus fuit Iacob. Menoch. d. casu 171. nu. 32. & 33.

27 SECVNDVS est casus,† cum iussu preto ris fundus est pignori captus, & distractus; in quo concludas, tenere & pignoris constitutionem, ac etiam alienationem, absque alio iudicis decreto. l. 3. in prin. ver. pignori, ff. de reb. eorum, & in vers. subseq. firmat ibidē Vlpian. vt teneat constitutio pignoris, quando fundus est captus causa seruan dorum legatorum, vel ob damnū infectum; ea ratione, quia hę obligationes non ex tutoris, seu curatoris voluntate fiunt, sed ex Magistratuum auctoritate, vt expressim inquit ibi textus. & istū casum firmat Azo in Sum. C. quando decr. opus non est, num. 3. Nicol. Vigel. ff. lib. 18. par. 2. cap. 6. reg. 1. except. 5. Ferand. Vasq. de success. creat. in tit. de testam. pot. §. 10. num. 78. versic. quarto, lib. 1. Iacob. Menoch. d. casu 171. num. 71. & Iodoc. Damhouder. in subhast. compend. exeg. c. 1. num. 35. versic. quarto.

28 TERTIVS casus est,† quando celebratur contractus cum minore, curator verò ex rebus proprijs ob euictionis periculū pignora obligat, quo casu valet obligatio pignoris a curatore facta, licet principalis contractus sit inualidus, vt rescripserunt Cæsares in l. & si is, §. pignora, C. de præd. minorum. cuius cōtextus hæc formalia sunt verba, (Pignora sanè quæ ob euictionis periculum idē curator ex rebus proprijs tibi obligauit, non prohiberis persequi:) per quem textum ibidem id sequuntur Bald. Alberic. Salicet. & alij. Bar. in l. si ita stipulatus, in 12. opp. ff. de verb. obligat. Bald. in l. non dubium, in 14. oppos. C. de legibus. Dec. in l. cum principalis, ff. de reg. iur. & ibi etiā Cagnol. sub nu. 9. in fine. Imola in c. cum contingat, sub nu. 18. extra de iureiur. Alex. cons. 4. circa primū, col. pen. lib. 1. & cōs. 66. ad finem, lib. 4. Barth. Soc. consil. 2. vol. 2. Paris. cons. 16. num. 112. & consil. 17. num. 22. lib. 2. Iacob. Menoch. cons. 58. num. 38. & 39. lib. 1. Negusant. in tract. de pignoribus, in primo membro, 3. par. princ. num. 42. Io. Campeg. in tractat. de dote, in tit. de pact. dotal. quæsito 17. num. 2. Aymo Crauetta in quæst. de indemnit. mulierum, num. 19. & seq. & num. 39. vbi latißimè de intellectu d. l. & si is. Tiraquell. de retractu linagier, §. primo, gloss. 13. num. 59. Boer. decis. 80. par. prima, & decis. 273. par. 2. Ant. Gabriel. libro 3. suarum conclus. tit. de rerum alienat. conclus. 2. num. 24. circa finem. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 2. casu. 171. num. 77. in fine. & nouissimè Fiuizanenses in tract. de tut. & curat. sub num. 172. Io. Igne. de Senatuscon. Syllan. l. 3. §. eleganter, num. 201. Et sic licet alienatio principalis sit nulla, tamen consistit accessoria, contra l. non dubium, C. de legibus, l. cum principalis, ff. de reg. iur. capit. accessorium, de reg. iur. in 6. & contra id quod in proprijs terminis nostris dicit Constan. Harmenopulus in Promptuario iuris ciuilis, libro 1. tit. 12. ver-
29 sic. quoties,† quod quoties absque decreto prædia minorum alienantur, ne adhibiti quidem fideiussores eo nomine tenentur: Cuius contrarietatis occasione quamplures afferuntur solutiones, & quinque tradit gloss. d. l. & si is, in verbo sanè, aliæ afferuntur a DD. in d. l. non dubium, & alijs in locis, quibus omissis, communis est solutio ab omnibus præcitatis relata: Quod contractus interdum simpliciter prohibetur, & tunc procedat regula d. l. cum principalis; interdum respectiuè, & tunc procedat regula d. l. & si is. Nam ibi obligatio prohibita est respectu minoris, & eius fauore, non respectu tutoris, vel curatoris; ideo fideiussores tenentur,

nentur, & pignora ab eo data cũ nõ sit eadem ratio in curatore, quæ est in minore, ita firmant Alciat. in tractatu de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 5. num. 2. in fine. Prateius lib. 1. Iurisprudentiæ mediæ, cap. 26. in fine, & omnes præcitati magis communiter. Concludamus igitur, valere pignoris obligationem a curatore de proprijs bonis factam, licet principalis contractus contra Senatusconsf. auctoritatem factus, non valeat.

30 Quod ampliatur, † vt procedat etiã si iste curator minori successerit: Nam licet minor potuisset cõtrauenire alienationi factæ per curatorem, non tamen is, qui minori successit potest contrauenire, cum ex parte alienantis, etiã nomine alieno, valeat alienatio, adeò, quod talis alienans factus dominus nõ poterit contrauenire; cum ex facto suo alienatio fuerit accessoriè valida, ex quo ne turpitudinem suam alleget, exceptione submouebitur, arg. l. donari, §. quidã, ff. de donat. Bart. in l. cum vir, ff. de vsucap. Bald. d. l. & si is. Crauetta d. q. de indemnit. mulierum, num. 14. & seq. & nu. 21. vbi perpulchrè in proposita loquitur materia, quos sequuntur moderni Fiuizanens. in tractat. de tut. & curat. sub num. 175.

31 Ampliatur secundò, † quod dictum est in minore procedere etiam in fundo dotali, vt si maritus rem suam dotalẽ alienauit, & de euictione promisit, fideiussoresq. dedit, tenet eius obligatio, & fideiussor, licet non valeat vẽditio, vt per d. l. & si is. ibidẽ sensit Cin. Salic. & Imola d. c. cũ contingat, n. 18.

32 Declaratur † modò communis conclusio, vt procedat, quando se, & sua bona obligauerit curator, secus si propria bona non obligauerit: Nam tunc de euictione non tenebitur, vt per DD. in l. 1. de euict. Iacob. Nouell. reg. 230. in verbo, venditor, in prima fall. Crauetta de indemnitate mulierum, num. 14. & seq. & moderni Fiuizanenses de tut. & curat. sub numero 172. vbi latè firmant, non teneri tutorem quando propria bona non obligauit, etiam qd' esset tutor illegitimus, & falsus.

33 QVARTVS est casus, † quando è conuerso fuerit pignoratus fundus minori, an possint tutores, seu curatores illum vendere absque decreto? Et eos posse, concludas, vt expressim cauetur in l. magis puto, §. si fundus pupillo, ff. de rebus eorum, & l. 1. C. de præd. minorum, secundum vnum intellectum gloss. ibi, quem videtur approbare, cũ posteriori loco illũ reponat. Huiusque casus est ratio, quia tunc tutores quasi debitoris, hoc est alienum, vendunt. d. §. si fundus, per quem id voluit Rofred. in tract. de libellis, par. 7. de Senatuscon. Clementiano, num. 3. Nicol. Vigel. ff. lib. 18. par. 2. c. 6. reg. 1. except. 13. & Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. casu 171. num. 73.

Id quod tribus declaratur modis, & Primò, vt non procedat quoties pupillus, vel pater eius impetrauerit iure dominij possidere, vt non dubiè deciditur d. §. si fundus, & firmauit Rofred. d. num. 3. & Vigel. d. except. 13. versic. huius exceptionis. Secundò non procedit si ex causa damni infecti fuerit iussus possidere, d. §. si fundus. istis enim duobus casibus cessat ratio: Nam cum ipsius sit effectus, non tanquam alienum, sed tamquam suum vendit, quo casu decretũ exigitur. Declaratur Tertiò, quando fundus alienus esset a minore bona fide possessus, tunc etenim haud distrahi valet, d. l. magis puto, §. 1. declarat Vigel. d. except. 13. versic. nisi fundus, qua de re dicam latiss. tit. 8. inspect. 8. num. 60.

INSPECTIO IIII.

34 QVARTA succedit inspectio, cũ minor † rẽ suã pignoratã distrahere cupit, in qua tres sũt cõsiderãdi casus.

PRIMVS quidem est, quando tutor rem pignori nexam, velit vendere, quo casu licet videatur dicẽdum quod possit, quia cũ res sit alteri obligata, nõ videtur

videatur in totum ipsius minoris esse, ratione iuris quod habet creditor in ea: Contrarium tamen reperitur iure decisum, quod nec etiam rem pignori nexam possint tutores absque decreto vẽdere, vt placuit Imperatori Gordiano in l. 2. in 1. sui par. C. de pręd. minorum. & Ferand. Vasq. de success. creat. §. 10. sub num. 72. ampl. 19. lib. 1. Ratioq. Decisionis secundum eum potuit esse, quia immò verè illa res obligata remansit in bonis minoris, & eius periculo periret. l. pignus, C. de pignorat. act. Non esset tamen id verum quando minor absque decreto, vel alia solemnitate rem pignori traderet, tunc etenim non periret periculo ipsius minoris, qui non remanet dominus de iure cõi, sed speciali. glos. in l. nõ omnis, §. 1. ff. si cert. pet. vbi Rom. singulariter notat, & Ias. in l. 1. n. 16. C. de iur. emph.

35 SECVNDVS casus est, † cũ minor velit renunciare iuri hypothecæ, in re immobili, & tunc sine decreto nequit, sicut nec alienare valeret. arg. l. non solum, C. de præd. minorum, ibi (vel alio quoque modo.) Bald. quem refert & sequitur Castr. in l. cum hi, §. si vni, numero 5. ff. de transact. Nicol. Euerard. in sua cent. in loco a contractu ad distractum, versic. quarto volo te scire. Hippo. Marsil. in tract. Bannitorum, in verbo Bona, num. 71. vers. itẽ scias. Istiusq. casus potuit esse ratio, quia idẽ iudicatur de actione ad immobile cõpetente, quod de ipsa actione, vt latè ostendimus supra tit. de alien. act. n. 3.

36 TERTIVS casus est, † cũ minoris rem pignoratam cum debita solemnitate, creditor alienare velit, An absque decreto id ei liceat? Isto casu duæ videntur esse opiniones, quarum est altera, quod creditor d. rem sibi pignoratã absq; iudicis auctoritate distrahere minimè possit: Idq. probari videtur ex eo
37 quod, † qui facit aliquid nomine alterius, non plus potest quàm ille cuius nomine facit, l. minor, ff. de procurat. Atqui minor rem sine decreto vendere nõ posset, vt notissimũ est, ergo neque etiam creditor qui eius nomine rem sibi pignoratam vendidit. Respondetur quod licet creditor vendat rem minoris, non vendit nomine minoris, sed vẽdit ex iure suo, ideo decreti solemnitas necessaria non est, sicut videmus in simili, quod substitutio pupillaris directa, & expressa matrem excludit, l. Papinianus, §. sed nec impuberis, ff. de inoff. test. Nec obstat si dixeris, Pupillus non posset præterire matrem, ergo nec pater qui ei facit testam. cum qui aliquid facit nomine alterius, non plus possit quàm is, cuius nomine facit, vt diximus: Quia licet pater faciat testament. filio, non tamen facit nomine filij, sed ipsius patris testam. est, ideo non requiritur illa solemnitas, quæ in persona filij requireretur. Ita igitur dicendum in proposito.

Est etiam pro opinione ista text. in l. 2. C. de præd. minorum, vbi tutores, vel curatores rem licet pignori nexam, si sine decreto vendant, dicitur nulla venditio: Si igitur ipsi tutores, vel curatores prohibentur, multo magis debent creditores prohiberi. Huic contextui respondetur, quod ibi illa res obligata verè remansit in bonis pupilli, eiusq. periculo perit, textus est in l. pignus, C. de pignorat. act. Et ideo non valet absque decreti interuentu distrahi, hancq. esse veram rationem decisionis d. l. 2. sensit Ferand. Vasq. de success. creat. tit. de testament. pot. §. 10. sub num. 72. extens. 19. vbi id alijs rationibus comprobat: Vereor tamen ne grauissimus iste vir minus perfectè loquatur circa rationem decisionis d. l. 2. Nam ibi non ex eo quod res obligata remanserit in bonis pupilli prohibetur alienari, quia si hoc esset, neque etiam creditor id posset, quod est contra text. expressum in d. l. 2. sed ex eo est; & hæc erit optima responsio ad d. l. 2. quia tutores & curatores vendunt nomine ipsius minoris, & quemadmodum minor non potuisset sine decreto alienare, ita nec etiam ipsi

ipsi tutores.arg.l.minor, ff. de procur. secus verò est in creditore,qui licet vendat rem minoris, vendit tamen iure suo,vt dixi supra num.37.Non mirum igitur si aliud decretum non exigitur, sed solùm sufficit adhibitum fuisse in obligatione,& ista est veriss.ratio decisionis d.l.2.

38 Contraria itaque est opinio † cómunis,& verior, ab omnibus passim recepta, quod creditor qui rem minoris cũ debitis solẽnitatibus pignori accepit, possit eam secundum iuris communis, vel cõuentionis ordinem inter eos initum, postea vendere absque alia solemnitate,vt firmauit Bart. Bald. Salicet. & alij in d.l.2.Bar.in l.hoc ius porrectum, col.fin. C. de sacrosanct. eccl. in l.sed nec Papinianus,§.sed nec impuberis, ff. de innoff. testam. & in l. tutor rerum,ff. de administrat. tutorum, inquiens sufficere,quod semel auctoritas prætoris, & causæ cognitio interuenerit. Bald. in l. si pupillorum, §. si pupillus,ff.de rebus eorum. Fulg.in l.etiam, num.2.C. si aduers.vendit.pignorum. Dec. in l. mandata, num. 4.ff.de offic. eius.& in l. singularia,num.10. ff.si cer. pet.Cagnol.in l.2.num.151.C.de pact. inter empt,& vendit.vbi alios adducit. Nicol. Vigel.ff.lib.18.par.2.cap.6. except.8. Alexan.consil.189.viso statuto, num.14.& seq.lib.7.Socin.cons.8. præsens consultatio, col.4.vers. sed ad hoc respondetur, lib. 4. Fabian. de Monte de empt.& vend.5.q. princ. in titul. de solemnit. in alien. rebus minor.num. 98. Iodoch. Damhouder. in subhast. compend. exeg. cap. primo, num.35. versic. quinto. Hipp. Marsil. in tract. Bannitorum, in verbo, Bona,num.70. Gulielm. Redoan.in tract. de alienat. rerum ecclesiasticarum, fol.260.num. 2.& 6. Capic. decis.182.num.11.Idq. manifestò probatur in d.l.2. & clariss. in l.si pupillorum,§.si pupillus,ff.de rebus eorum, quo loci licet dicatur nullam dubitationem esse, quin creditor possit inconsulto prætore rem pignoratam ex permissu prætoris alienare, tutius tamen inquit esse creditori, si prius, quàm vendat prætorem adierit;

39 ex quo colligit Accurs. † consilium legis esse semper tutiorem partem eligere.

40 ad quod cõcordantes adducit: † Et id absque vlla difficultate procedit, cũ creditor agrum,seu quid aliud a parente pupilli pignori accepit, l.1.§. si communis, & l.pupillorum, §.si pupillus,ff. de rebus eorum.l.2. C. si aduers. vend. pignorum.& ibi glos.& Salicet. notanter Ferand. Vasq. de success. creat. tit. de testam.pot.§.10.num.78.versic.tertio,lib.1.Eaq.est ratio, quia licet res in præsenti dicatur ipsius minoris,tamen nihil fuit gestum cum eo,sed ex connẽtione, & facto prædecessoris venditur, cũ igitur isto casu persona minoris non sit in consideratione, non mirum esse debet si prędictæ res valeant sine decreto distrahi; sicut in simili videmus, qđ si pater stipulanti fundum spoponderit,successeritq. pupillus in stipulatum, potest sine prętoris auctoritate eũ reddere: Idemq. etsi iure hæreditario alteri successerit, qui erat obligatus. Eadem ratione etsi parens fundum vendidit, vel quis alius cui pupillus successerit,potest dici pupillum cętera vẽditionis inconsulto prætore posse perficere, vt expressim cauetur in l.magis puto,§. si pupillus stipulanti, ff. eod. vbi Alberic.l.1.& 2.vbi Bald. C.de præd. minorum. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vend. 5.quæst.princ. num.98. vers.quinto,& vltimo. Tiraquell.super legib. connub. glos.8.nu.184.cum seq. vbi plura congerit in proposito.Hippolit. Riminald. Inst. quibus alien. licet, vel non,§.vlt.num.80.

41 Daturq. minori cõtra talem † venditionem in integrum restitutio, ratione ætatis, si in ea sit ætate cui subueniri soleat,l.1.C.de præd. minorum. Nicol. Vigel.ff.libr. 18.par.2.cap.6. reg.1.except.8. versic. huius. Item non valet d. pignoris venditio si dolo facta est, l.2. in fine,C.de pręd.minorum.& Nicol. Vigel.

Vigel.d.excep.8.verſ.tertia explicatio.

42 Ex principali concluſione † ſupra firmata. Bart. Alberic. Nicol. de Neap. Bald. & alij d.§. ſi pupillus, inferunt ad eccleſiam quæ obligauit prædium creditori cum decreto Epiſcopi, ceteriſq. ſolemnitatibus, quod creditor poſtea poterit vendere ſine decreto, & alijs requiſitis, quod & firmauit Dec.d.l.mandata, num.4. & Gulielm. Redoan. in præcitato loco, num.1. cum ſeq. vbi latè:

43 † Vnde ex his concluditur, ſufficere qđ decretum ſemel apponatur in actu, nec aliter poſtea in executione ipſius actus neceſſariò requiratur, eſt optimus verborum contextus in l. ſiue generalis, verſ. ſed vt expediatur quæſtio, ff. de iure dot. vbi ſi fuerit conſtitutus curator ad dandam dotem, quãdo ea conſtituitur, nihil amplius quęrendum eſt, vt Terentius ibi reſcripſit: Pro quo etiam facit gloſ. valdè notabilis in l.3. §. ſed vtrum, verſ. inuito patre, ff. de minoribus, volens quod ſufficiat vt a principio in iudicio interueniat conſenſus patris, nec nouus requiratur conſenſus, qñ petitur executio illius ſentẽtiæ. Idq. latè cõprobat Clementinus in tract. de patr. pot. effectu 4.n.6. & ſcripſit Bald. in l.vlt.§. ſin autem in ſecunda, in fine, C. de bon. quæ lib. quod ſi pater conſenſit in officio tutoris filij, non eſt neceſſarius alius conſenſus pro exercitio illius, ad quod adducit gloſ. quam dicit ſingularem in l. Lucius Titius, in gloſ. 2.ff. de administrat. tutorum, quam ſequitur, & ſingularem appellat Matth. Afflict. in Conſtitut. Siciliæ, incip. conſtitutionem, col.12. verſ. decimo quæro, vbi etiã ex hoc dixit, quod ſi in promiſſione vendendi feudum interuenit conſenſus Principis, non neceſſe eſt poſtea, vt interueniat in venditione: cui non longè diſſimile eſt, quod ſenſit Imol. & Roman. in l. vſusfructus, ff. ſol. matrim. quos refert Capic. deciſ.182. num.11. Quod conſenſus domini aditus in datione rei feudalis in dotẽ marito, operatur vt trãslatio dominij quæ fienda eſt, non requirat alium conſenſũ. Ex quibus ad plura vtilia ac neceſſaria in propoſita noſtri tractatus materia poteſt vtiliter inferri.

44 Infertur Primò, quod † vbi in contractu promiſſionis interuenit decretum iudicis, non requiritur poſtea in actu ſolutionis, & ſic quando interuenit in actu, non requiritur in executione ipſius actus, ſecundum Socin. in l.1. §. fuit quæſitum, ſub n.5. ff. ad Trebel.

45 Infertur Secundò, † quod ſi in ipſo contractu in quo interuenit obligatio, interceſſit decretum, in interpellatione non requiritur aliud decretum, ſeu auctoritas iudicis; quia decretum non dicitur eſſe neceſſarium in ipſa traditione, ſeu executione. Alex. in l. ſi ex legati cauſa, num.4. verſ. potes concludere, de verb. obligat. quem refert, & ſequitur Soc. in l.1.§. item acquirimus, nũm.14. ff. de acquir. poſſ. Bald. in l. magis puto, §. ne paſſim, ff. de rebus eorũ, vbi dicit, quod licet nullo iure caueatur decretum bis eſſe interponendum, tamen eſt optima cautela, vt bis interponatur, & Bald. ſequitur Euerard. in ſua centuria, in loco a locutionis geminatione, num.6. Sebaſt. Medic. in tract. de reg. iur. reg.3.n.27. & Carol. Ruin. conſ.63. num.6. lib.5.

46 Infertur Tertiò, † quod decretum adhibitum in compromiſſo, non requiritur in prolatione laudi, per quod cõpromiſſum purificatur, ſecũdum Bart. in l.2. ff. de arbitr. Roman. in l.1. num. 34. ff. eod. Bald. in l. præſes, C. de tranſact. & in l.1. C. ſi aduerſ. tranſact. Socin. d.l.1.§. item acquirimus, nu.15. & conſ.52. viſo inſtrumento ſindicatus, num.2. vol.4. Io. Mar. de Riminald. conſ.178. n.5. vol.1. & dicam tit. ſeq. inſpect.8.

47 Infertur Quartò notabiliter, † vt ſi fuerint vendita bona minoris debita cum ſolemnitate, & decreto, emptor verò non ſoluat, poterit tunc iuſtè tutor, vel curator abſque alia ſolemnitate, iuſtum pretium ſoluere, ponereq. in

vti-

vtilitatem minoris,& bona pro se retinete,& valebit alienatio, postquam dicta bona semel cum decreto fuerũt facta alienabilia. Bart. in l. tutor rerum, per illum textum,ff.de administr.tutorum. Dec.ad l.fingularia,nu.9. ff.si cer. pet. Ias.in l.filius familias,§. Diui,num. 28.in secunda lect.ff.de leg.1. Phanuc. in tract.de lucro dot.glos.10.num.27. Iodoc.Damhoud.in pupillorum patrocinio,tit.de tutorum,& curatorum munere,cap.10.num.43. vers. primus hic. Idq. pro valde singulari tradidit Petr. de Rauen.sing. 760.incip. tutor potest licitè. & Petr. Gerard. sing. 57. incip. qualiter tutores,num.3.Gaspar Caballin.in glos.super constitut. Aegid.lib.5. cap.9.num.14. &Carol. Ruin. consil. 41.num. 40.lib.1. Cuius decisionis ratio fuit,quia illa solemnitas contractus celebrati cum alio, sufficit in tutore qui in eius locum subrogatur,vt considerauit Dec.d.l.singularia, num.9.

48 Aliàs enim tutor regulariter † nõ potest rem minoris sibi emere, etiam cũ decreto;etsi dolum,& fraudem contra Senatusconsulti auctoritatem prætor commissum deprehenderit, successor eius debet id reuocare, textus est in l. quamuis,ff.de rebus eorum. Iacob. Menoch. de arbitrar. iud. lib.2.cent.2.casu 171.num.25. Nicol.Vigel. ff.lib.18. par.2. cap.6.reg.1. except.3. replic.10. facundissimus Castald.in tract.de Imperatore,q.114.num.15.si tamen tutor creditori patris pupilli exsoluit, vt eius loco succedat,non fit contra S.C.vt rescripsit Marcellus in l.non fit,ff.de reb. eorum. Sed id hodie correctum est,vt in Auth.vt hi qui oblig.§. quod si quis.

49 Infertur Quintò,† quòd si in mandato minoris ad contrahendum, vel alienandum interuenerit decretũ cum debitis solemnitatibus, non requiritur postea in actu procuratoris quando nomine minoris contrahit,vt probat textus in l.tutor rerum,iuncta declaratione Bart.ff.de administrat.tutorum.

50 Declaratur tamen id vt † procedat, quando in mandato fuit habita discussio,seu cognitio certi contractus gerendi per procuratorem super re certa, de modo, & forma,vtilitate,& inutilitate, secus si esset constitutio procuratoris cum decreto ad contrahendũ,vel alienandum simpliciter: Nam tunc nõ poterit alienatio celebrari absque decreto. Feder.de Sen.cons.95.incip.Abbas subiectus, quem refert, & sequitur Socin.d.l.1.§. item acquirimus, nu.18. & seq.& Moderni Fiuizanẽses in trac. de tut. & curat.num.130.

51 † Cui declarationi multum deseruit, quod ad hoc, vt sindicus constitutus ad alienandum res vniuersitatis, possit facere actum alienationis,requiritur quod sit expressum quę bona debeant vendi,aliàs simplex facultas vendẽdi non sufficit. Bal. in rubr.C. de contrah.empt.dicens se ita consuluisse, per l. prohibere, §. planè, ff.quod vi, aut clam. Dec.in c.cum omnes, in fine, de constitut. & consil. 142.col.fi.vers.&in simili, quos refert Roland.a Valle consil.90.nu.28.lib.1. Ratioq.declarationis est,quia requiritur discussio,an adsint alia bona,quidnã sit vtilius alienare, & pleraque alia multa quæ debet iudex diligenter animaduertere,iuxta ea quæ pleniss. tradidimus supra tit.1. in princip. alioquin esset adinuẽta via fraudandi minores, qui de facili decipi possent per submissionem procuratoris: Ad quorum minorũ tutelam leges non fuerunt cõtentę de arbitrio nominis priuati,sed præsidis prouinciæ,vel prętoris viri clarissimi sũmeq. pbitatis industriã elegerũt.

52 Et per hãc declarationẽ † terminari põt quæstio quam latè disputauit Ias.in l.1.§.item acquirimus,n.8. cũ pluribus seq.ff.de acquir.poss.an procurator generaliter constitutus a minore,vel muliere,cũ debitis solẽnitatibus,possit oẽs contractus absque alia solẽnitate celebrare; an verò requiratur solẽnitas in singulis contractibus postea per procuratorẽ celebrandis,adeò,ꝙ si postea faciat particulares cõtractus sine debita solem-

solemnitate, valeant: An verò requiratur solemnitas etiam postea in quocumque contractu particulari.

53 Declaratur Secundò notabiliter,† vt id non procedat, si propter temporis interuallum mutatus esset status rerũ minoris, putà, quia tempore decreti erat vtile sic fieri, vt decernebatur, sed postmodũ antequã exequeretur, superuenit pupillo opulẽta hæreditas mobilium, vel aliter immutatus rerũ status esset, ita vt cessaret alienandi causa: Nã tunc d. res ex decreto in mandato apposito, non poterit alienari. ita notabiliter (& verissimè quidem iudicio meo) declarant Addit. ad consil. Alexand. consil. 189. viso statuto, sub rub. lib. 7. in littera A.

INSPECTIO V.

54 QVINTA principalis, & vltima succedit inspectio, † quando minor emit prædia, vt quo ad pretium solueret, essent pignori obligata venditori, in qua tres sunt considerandi casus.

PRIMVS est, quando minor emit à fisco, vt quo ad pretium solueret essẽt pignori obligata prędia, quo casu fauore fisci tenet obligatio. l. 2. ff. de rebus eorum. & ibi Alberic. & alij. Angel. in l. si constante, in fine principij. & Alex. num. 29. vers. sed hæc distinctio, ff. sol. matrim. & Io. Lup. in repetit. c. per vestras, in 5. ampliat. num. 1. cum seq. de donat. inter vir. & vxor. Et ratio est, secundum Nicol. de Neap. in d. l. 2. quia ista est obligatio legalis, ex qua minor sine alio iudicis decreto obligatur. Si autem propter debitum fiscale, celebrãda esset alienatio, adhuc tamen decretum necessarium foret, vt rescripserunt Imperatores in l. vlt. C. de prædijs minorum. & Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. casu 171. num. 66.

55 SECVNDVS est casus, † quando minor emit fundum ab aliquo priuato de pecunia alicuius pupilli, & tunc quãuis res efficiatur istius minoris emptoris, nihilominus remanet obligata illi minori ex cuius pecunia fuit res empta, textus est notabilis in l. 3. in princ. ff. de rebus eorum: Pro quo facit id qđ voluit glos. & ibi Castr. in l. si vt proponis, C. de rei vendicat. Roman. in Authen. similiter, fall. 10. C. ad leg. Falc. Ferand. Vasq. de success. creat. §. 10. tit. de testamentorum potent. nu. 72. ampliat. 4. lib. 1. Mantua in Glossario, Dialogo Denar. class. 5. cap. 4. nu. 2. & Euerard. in loco a pupillo ad ecclesiam, nu. 8.

56 † Cuius decisionis ratio est, quia priuilegiatus nõ vtitur priuilegio contra priuilegiatũ, l. sed & militis, in prin. ff. de excusat. tutorum. Alex. in l. 1. §. ad municipium, ff. ad leg. Falcid. Rip. in l. 1. num. 14. C. de eden. Fel. in c. in presentia, colum. 14. in princ. vers. sed aduertere diligenter. & Dec. cap. 1. num. 15. de probat. Bernard. Diaz reg. 219. incip. ecclesia, in 3. similit. vbi plenè, & nouissimè nouissimi Fiuizanenses de tut. & curat. sub num. 169. Et hinc est, quod quamuis minor constituat debitorem in mora, absque interpellatione, id tamen non procedit contra alium minorem. Castr. cons. 125. lib. 1.

57 TERTIVS erit casus, † quando minor emit prædia ab aliquo priuato qui sit maior, vt quo ad pretium solueret, essent pignori obligata venditori; quo casu omissis pluribus dubitandi rationibus, quę per Pinell. in l. 1. par. 3. num. 52. C. de bon. matern. recensentur, cõcludendum est, cum habeamus casum legis expressum, minorem non posse talia prædia pignori obligare donec soluatur pretium, vt voluit Vlpian. in l. 1. §. vlt. & l. 2. ff. de rebus eorum. Nicol. Vigel. ff. lib. 18. par. 2. cap. 6. reg. 1. except. 29. Gozadin. cons. 15. & 16. quem sequitur Alciat. respon. 121. num. 2. Sigismund. Lofredi cons. 3. num. 2. Bero. cons. 154. num. 19. volum. 1. vbi id limitat, quando fuisset iuratum. Pinell. in l. 1. par. 3. sub num. 52. vers. ego ingenuè fateor, vbi concludit casum d. §. vlt. & l. 2. procedere solùm in ea facti specie

in

in qua loquitur, scilicet in pignore; in alijs verò omnibus ob maximum d. §. rigorem, putat eius decisionem cessare, latissimeq. circa intellectũ d. §. vlt. vagatur. Ferand. Vasq. de success. creat. lib. 1. §. 10. nu. 72. ampl. 4. & Menoch. de arbitrar. iudic. cent. 2. casu 171. nu. 31. libro 2.

58 Pro quo etiam facit,† quod si habẽs feudum a Rege, obtineat vt illud alienare possit, ipse autem vendat adiecto pacto pignoris, seu hypothecæ ipsius feudi, donec soluatur pretium, valebit venditio, non autem obligatio, vt tradit Matth. Afflict. lib. 3. Constit. Neapolit. rubr. 5. num. 16. & in c. 1. quæst. 24. notab. 12. num. 107. de prohib. feudi alienat. per Feder. Et ratio decisionis istius casus esse potuit, quia vbi dominium quæsitum est minori, cœpit non posse obligari, vt expressim cauetur d. §. vlt. Itaq. rectè procedunt secundum communes DD. traditiones, quicquid perperam locutus fuerit Cagnol. in l. 2. sub num. 149. C. de pact. inter empt. & vendit. Sed intelligendo d. §. vlt. & d. l. 2. nouo quodam sensu, vt nos intelligimus, secundum quod latè dicemus infra tit. seq. inspect. prima, num. 20. iste casus falsus prorsus reddetur.

DE VARIIS ACTIBVS QVI meram alienationem non videntur sapere.

TITVLVS VI.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Pactum de retrouendendo, an possit per minorem apponi.*
Plures circa id considerantur casus.

2 *Pactum de retrouendendo appositum a defuncto, seruatur ab hærede minore, absque alio decreto.*

3 *Redimendi ius quod minor habet ex pacto patris, sine decreto distrahi nequit.*

4 *Pacto de retrouendendo minor renunciare non potest.*

5 *Prorogari tempus reuenditioni præstitum, per minorem non potest.*

6 *Tutor, vel curator non potest debitori minoris, tempus solutionis debiti prorogare.*

7 *Pactum retrouendendi potest per minorem apponi, etiam sine decreto, quando emit annuum censum.*

8 *Pactum adiectum ad resolutionem donationis, ut res reuertatur ad donantem, uel ad alium, ualidum est, etiam in minore.*

9 *Pactum retrouendendi per minorem ex interuallo appositum, sine decreto non ualet.*

10 *Intellectus l. si ad resoluendum, C. de prædijs minorum.*

11 *Pactum appositum per minorẽ, etiam incontinenti in ipso contractu, sine decreto, non ualet.*
Declaratur id dupliciter n. 12. & 13.
Contraria superiori sententia, nu. 14.

15 *Intellectus plures ad l. 1. §. ult. ff. de rebus eorum.*
Nouus Auctoris intellectus, nu. 20.

16 *Solemnitates omnes requiruntur in tutore, uel curatore alienante, quæ in ipso minore.*

17 *Principis consensus difficilis est, & plerumque impossibilis.*

18 *Ratio cum est expressa in textu, uel quando unica tantum reddi potest, licitum est ab ea arguere, etiam in pœnalibus exorbitantibus, correctorijs, atque rigorosis.*

Ratio

19 Ratio quando in pluribus casibus est eadem, eadecidit omnes casus, non extensiuè, sed comprehensiuè.
21 Locare potest minor ad breue tempus.
22 Locandi potestatem quoties quis habet ratione administrationis, alius qui in tali administratione succedit, tenetur locationem obseruare.
23 Locare potest minor ad longum tempus, cum pacto, vt nullum inde ius conductori acquiratur.
Contrarium verius, num. 24.
25 Locare nequit minor, seu tutor, vel curator eius ad longum tempus, sine decreto.
26 Locatio ad longum tempus, dicitur alienatio.
27 Longum tempus in locatione dicitur ad decennium.
28 Emphiteusim, vel feudum, minor distrahere nequit.
29 Vsumfructum nequit minor alienare.
30 Emphiteuta vendens inconsulto domino, non obseruata solemnitate debita, non cadit a iure suo, cum venditio sit nulla.
Ex quo infertur ad minorem sine decreto alienantem.
31 Emphiteusim accipere, vel alijs eius bona in emphiteusim dare nequit minor.
32 Alienationis appellatione venit emphiteusis, & liuellus.
33 Census minorum prædijs imponi nequit, nisi ex vrgenti causa, seruatis seruandis.
34 Minor non potest accipere in emphiteusim, & ea de causa, se obligare soluere canonem, & liuellum.
35 Feudum ad se reuersum, potest minor alteri concedere sine decreto.
Contrarium tamen firmatur.
36 Minor an possit mercaturam exercere, & dicta de causa eius bona obligare.
37 Minor non potest traficum, seu mensam mercatoris, sine causa & decreto alienare.
38 Traficum potest de nouo erigi per minorem, de pecunijs quas præ manibus habet.
39 Non autem potest pro trafico erigendo, fundum, vel aliud quod possit seruari, distrahere.
40 Mercaturam, vel traficum an minor exercere valeat.
41 Mercatoris filius qui sit minor, non potest alienare res, quas pater venales habuit.
42 Pater si disposuit ire ad S. Iacobum, filius non tenetur ire, nec mittere nisi in testamento præceperit.
43 Minor in mercatorum albo descriptus, si in mercatura actu cōtrahat, an possit sine decreto se, vel bona immobilia obligare.
Quod sic, num. 45.
Contrarium, num. 46.
44 Mercatura non consistit in immobilibus.
47 Cōsuetudo circa rerum minorum alienationem strictissimè interpretanda.
48 Interpretatio ea semper facienda est, quæ minus lædit ius commune.
49 Minor facilius obligat personam, quàm bona.
50 Minor 25. & maior 20. potest pati se venundari sine decreto.
51 Cautela est, vt interueniat decretum in contractu mercatoris publicè approbati, nisi adsit statutum, quod cōtractus eorum, qui sunt publici mercatores, valeant.
52 Minor an possit sine decreto hæreditatem adire.
53 Pupillus potest hæreditatem adire absque iudicis auctoritate.
54 Pupillus quandoque curatorem habet.
55 Minor non potest absque iudicis auctoritate, iustis de causis decretum interponentis, hæreditatem alienare.
Ampliatur nedum in hæreditate acquisita, sed etiam in acquirenda, nu. 56.
Ampliatur secundò, quod licet fuerit appositum decretum, vt hæreditas alienari valeat, si non vendatur hæreditas, sed bona hæreditaria, alienatio

natio non valet, numero 57.
Ampliatur tertiò, quod si alienetur hæreditas ex causa partim vera, partim falsa, non valet alienatio, nec etiam ex causa vera, num. 58.
Declaratur d. conclusio sub nu. 59. in fine.
58 Decretum est actus indiuiduus.
59 Vtile, per inutile non vitiatur.
Non procedit in indiuiduis.
60 Decretum an sit necessarium in confectione inuentarij.
61 Decretum in inuentario ipsius hæredis necessarium non est.
Non procedit quando aditur hæreditas cum beneficio legis, & inuentarij.
62 Hæreditas cum beneficio legis, & inuentarij quomodo adeatur.
63 Auctor tractatus de decretis, quo tempore lauream Doctoratus accepit.
64 Episcopus est loco tutoris, vel curatoris.
65 Successor, an, & quando teneatur stare locationi a prædecessore factæ.
66 Insinuatio excedens summam quingentorum aureorum, an requirat decretum.
Communis quod non, nu. 67. & nu. 69.
Distinctio, num. 68.
70 Decretum si reperiatur a iudice interpositum, insinuatio facta præsumitur.
71 Compromittere an possit minor.
De mobilibus potest, num. 77.
72 Alienare prohibitus, non potest aliquẽ actum facere, per quem sequi possit alienatio.
73 Compromissum alienationis est species.
74 Iurans non alienare Rom. Pontifice inconsulto, non poterit compromittere.
75 Forma interponendi decretum in compromisso.
76 Decretum sufficit interuenire tempore compromissi, nec aliter postea requiritur in laudo.
78 Minor an comprehendatur sub statuto disponente, quod controuersiæ inter affines compromittantur.
Communis quod sic, num. 84.
79 Statuta debent intelligi, vt non inducant absurdum.
80 Minor restituitur aduersus sententiam arbitri.
81 Appellare licet a sentẽtia arbitrorum, ex forma statuti necessariò electorum.
82 Arbiter facit litem suam, si malè iudicat.
83 Statutum tractans de auferendo ius quæsitum, seu de inferendo damnum, numquam comprehendit minorem.
85 Statuta generaliter disponentia comprehendunt etiam minores.
86 Compromissum esse nequit, de eo de quo non est lis, nec esse speratur.
87 Minori quando litem habet, vel expectat, licitum est compromittere, vel etiam alienare.
88 Tutor, vel curator potest pro exercitio litis, etiam sine decreto immobilia obligare.
89 Iussus iudicis de faciendo compromissum, ex statuti forma necessarium, habet vim decreti.
90 Litem mouere, seu actiones exercere nequit minor, sed bene ei potest moueri lis, num. 92.
91 Alienatio ob rei iudicatæ auctoritatem, etiam sine decreto valida est.
93 Alienatio rei minoris valida est etiam sine decreto, si fundus pupillaris a tutore petitus sit, & aduersarius non restituat, sed litis æstimationem offerat.
94 Litis æstimationi, an, et quãdo locus sit.
95 Cautelę vt res minorum possint sine decreto distrahi.
Quæ locum sibi uendicant in muliere, furioso, prodigo, ac generaliter in qualibet persona alienari prohibita, num. 98.
Non procedunt prædictæ cautelæ quãdo detegeretur collusio, num. 97.
96 Confessio adulti rei vendicatione conuenti, dicentis rem esse aduersarij, an valeat.
99 Transigere nequit minor sine decreto.
Ampliatur id, & limitatur nonnullis modis, num. 102. & 103.

103 *Transactio dicitur alienatio.*

101 *Alienationem factam a minore ex causa transactionis absque decreto, validam fore, sensit Ripa, sed reprehenditur.*

104 *Praelati ecclesiarum non possunt transigere de re ecclesiae, ut eam alijs dent, sed vt eam retineant, aliquo dato, vel facto, licitum est.*

105 *Forma decreti in transactione.*

106 *Transactio de alimentis debitis ex vltima voluntate, an sine decreto fieri valeat*

107 *Transactio super alimentis futuris, potest etiam sine decreto fieri, quando ea a testatore permissa est.*

108 *Minor potest sine decreto alienare, transigere, ac alia omnia facere, ex voluntate patris in testamento, uel in contractu collatae.*

Ampliatur id dupliciter, n. 109. et 111.

109 *Voluntas testatoris operatur, vt alienatio possit sine decreto fieri, etiamsi testam. irritũ sit: secus uerò si probaretur uoluntas ex scriptura, nu. 110.*

111 *Voluntas patris operatur, quod alienatio possit fieri sine decreto, etiam statuto contrarium disponente.*

Quod intelligendum est, si alienatio in minoris utilitatem tendat, num. 112.

113 *Transactio de alimentis debitis ex cõtractu inter uiuos, ualida est sine decreto.*

Ratio cur secus dispositum fuerit in alimentis ex ultima uoluntate debitis, num. 114.

115 *Transactio quae utilis est minori, uel alijs transigentibus, ualida est sine decreto.*

116 *Interpellatio minori an fieri ualeat.*

Variae afferuntur sententiae.

Distinguit Auctor, num. 117.

118 *Minor non potest seruo libertatem daret sine decreto.*

119 *Permutare numquid minor possit.*

120 *Permutatio alienationis est species, uenditioniq. aequiparatur.*

121 *In solutum dare nequit minor sine decreto.*

122 *Datio in solutum emptioni, & uenditioni aequiparatur.*

123 *Laudomia dommo debetur ex datione in solutum.*

124 *Datio in solutum continetur in statuto disponente de alienatione.*

125 *Minor obtinens licentiam uendendi fundum, qui postea non uendatur, sed in solutum detur, an talis datio in solutum ualeat?*

126 *Cedere bonis nequit minor ex se ipso, quando non molestatur a creditoribus.*

Sed numquid possit, quando molestatur? num. 127. & num. 129. ubi traditur distinctio.

128 *Pupillus carcerari nequit.*

130 *Minor ex statuti forma, bona sua administrans, potest cedere bonis.*

131 *Minor non propterea carcerabitur, quia iudex nolit in cessione bonorum decretum apponere.*

132 *Pax potest per minorem sine decreto fieri.*

Ampliatur, etiam si extaret statutum, quod minor non possit sine decreto cõtrahere, num. 134.

Limitatur in infante, num 135.

Limitatur secundo, quoties pax poenali uallaretur stipulatione. num. 136.

Contrarium, quod in pace requiratur decretum, num. 137.

Limitatur quando esset iuratũ, nu. 140.

133 *Minor tenetur praestare cautionem de non offendendo.*

138 *Iniuriam inultam relinquere uerecundia est.*

139 *Pax si fuerit facta per minorem sine decreto poenali, stipulatione uallata, non ualet, neque pax, neque poena ei adiecta.*

141 *Pacem facienti, consentire nequit minor sine decreto.*

142 *Consentire non potest qui facere prohibetur.*

143 *Consentire alienationi, an, & quando possit, qui est prohibitus alienare.*

144 *Minori non datur restitutio aduersus pacem habitam.*

In su-

IN superioribus titulis me hactenus satis declarasse existimo omnes ferè alienationis actus. Verũ quoniam multi, varijq. sunt actus, qui in meram alienationem tendere minimè videntur, de his nobis nunc dicendum restat: Pro quorum actuum apertiori, amplioriq. explicatione quamplures inspectiones consideran-das esse duximus.

PRIMA INSPECTIO.

PRAESENTIS igitur tituli prima
1 erit inspect.† nũquid minor absq; iudicis auctoritate possit in emptione quam facit, apponere pactũ de retrouendendo: Vtque omnium quę in hac difficili pacti retrouendendi materia perfecta habeatur resolutio, & vt nullus indecisus, seu intactus remaneat casus, quã plures sunt distinguendi casus.

2 PRIMVS erit,† qñ emptor fecit pactũ de retrouendendo, mortuusq. fuerit superstite eius filio, & hærede minore, quo casu indubiè concludendũ est, permissum esse minori absque decreto retrouẽdere rem olim per eius patrem cui minor successerit, cũ d. pacto retrouendendi emptam, vt voluit Alber. in l. 2. C. de pact. inter emp. & vẽd. ĩ prin. Petr. Foller. in Praxi censuali, vers. instrumento gratię pro consimili pretio, nu. 33. Aug. Bero. cons. 163. nu. 1. lib. 1. id extendens ẽt si in emptione a patre facta, nulla de herede fuit habita mentio; qui casus indubitabilis profectò remanet, per ea quæ habentur in l. 1. & in l. prædium, C. quando decr. opus non est, & l. magis puto, §. si pupillus stipulanti, ff. de rebus eorum.

3 SECVNDVS casus est,† cũ minor velit alienare ius redimẽdi ꝙ habet ex pacto patris, in quo concludi debet, minorẽ absque decreto haud posse præd. ius redimendi distrahere, secũdũ Alex. cons. 27. col. 2. vers. plus videtur, incip. attentis narratis, lib. 3. quem refert, & sequitur Foller. in Praxi censuali, d. vers. instrumento gratię, nu. 63. circa finem.

4 TERTIVS casus est,† cum minor facultati huic retrouendendi velit renunciare, in quo dicas eũ minimè posse, vt consuluit Alex. d. cons. 27. col. vlt. vers. plus videtur. Foll. in d. Praxi cens. d. vers. instr. gratiæ, num. 62. & Tiraq. de retract. linagier, §. 1. glos. 7. num. 31. & 32. & expressius de retract. cõuent. ad finem tituli, nu. 19. Et præsentis, superiorisq. casus ratio est, quia idem iudicatur de actione ad rem, sicut de ipsa re, secundum gl. Bar. & alios, in l. 1. C. si aduers. transact. Tiraq. & Foll. in preci-tatis locis. & dictum satis fuit supra lib. primo, tit. 3. nu. 3. Qui duo casus supra relati pariter declarantur, qñ pactum retrouẽdendi esset appositum super re immobili, vel mobili, quæ tamẽ possit seruari, secus si super re mobili quæ nequeat seruari: Nam cum d. rem valeat minor liberè alienare, sine alio iudicis decreto, vt dicam infra lib. 3. titu. 8. inspect. 7. nu. 49. multo magis debet posse huiusmodi pacto renunciare.

5 QVARTVS casus,† qñ minor. aut tutor, seu alius administrator vult prorogare tempus reuenditioni prestitum, & tunc concludendum est, nõ posse tale tempus prorogari, quod qñ iam tempus finitum est, nullam habet dubitationem: Nam tunc species alienationis esset, rei iam quæsitæ irreuocabiliter; facta si quidem post primum tempus prorogatio, non est propriè prorogatio, siue extensio, quod enim iam finitum est, & amplius non est, vtique extendi, siue prorogari non potest, l. cum stipulatus sim, & q. ibi not. ff. de verb. oblig. c. ad dissoluendum, extra de desponsat. impub. & tradit latè Tiraq. de retractu conuent. §. 1. gl. 7. num. 24. sed etiam (quod magis est dubium) nõ potest prorogari pactum ante tempus finitum, quo tẽpore propriè dicitur prorogatio, & ita sensit Tiraq. de retractu conuent. ad finem tit. nu. 17. & 18. quẽ refert, & sequitur Foll. in d. Praxi cens. d. vers. instrumento gratię, num. 61. Ad

quod firmandum ea præcipuè ratione
6 mouentur;† quia si dubium est, An tutor curator, aut quiuis alius administrator, possit prorogare debitori pupilli, vel minoris, aut alterius cuius administrationem gerit, tempus solutioni debiti præstitum, vt per DD. in l. qui Romæ, §. Callimachus, ff. de verb. oblig. quinimmò verissimum est, curatorem, aut alium administratorem non posse prorogare tempus solutioni præstitutũ, secundum Bald. in l. pactum curatoris, in princ. & Salic. in fine, & ibidẽ Alex. * qui dicit id esse* commune, C. de pact. Ex his quæ pro contraria opinione adducebantur, optimè satisfacit Tiraq. ex intentione Baldi, & aliorum, de retrac. connent. ad finem tit. num. 18. Si igitur prorogari non potest tempus debitori, quo casu modicum affertur præiudiciũ ipsi minori, cũ nihil auferatur ab eo, §. libertas, & ibi gl. Inst. de sing. reb. p fideicomm. relict. quãto magis dicendũ est nõ posse prorogari tẽpus pacti de retrouẽdendo, p quod immobilia alienant?

7 QVINTVS casus est,† cum minor emit annuum cẽsum cum pacto retrouendendi; in quo cõcludatis, siue illud pactum apponatur ex interuallo, siue incontinenti, valere, licet decretum seu alia solẽnitas nõ interuenerit. ita dicit Foll. in dicta Praxi censuali, d. vers. instrumẽto gratiæ, n. 60. Et ea (secundum ipsũ) est ratio, quia istud pactum reuendẽdi prouenit ex legis dispositione, tendit q. ad validandum ipsum contractũ censualem, cum sine dicto pacto contractus non esset validus, & sic minor apponẽdo tale pactum, videtur potius gessisse rem vtilẽ & expediẽtem, quàm sibi aliquo modo præiudicare. Læsus enim dici haud potest, cum fecerit id quod de iure facere tenebatur, l. inter oẽs, §. cũ inter, vbi gl. concordãtes adducit, ff. de fideiuss. & ita declarat Foll. in loco vbi supra, tenens contractũ censualem, de quo ibi, non posse valere, nisi tale pactũ retrouendẽdi apponatur.

8 SEXTVS est casus,† qñ a principio cũ fit donatio, minori adijcitur pactũ, modus, vel cõuentio ad resolutionẽ donationis, vt res reuertatur ad donantẽ, vel ad aliũ, & tunc absque dubio seruabitur quod cõuentũ est, c. verũ, de cond. appos. c. Pontifices, 12. q. 3. Tiraq. de retr. conuent. ad finẽ tit. n. 14. Didac. Couarruuiarum reso. lib. 1. c. 14. nu. 6. qui licet loquatur in ecclesia, idem tñ est etiã in minore, cui res donatur eo pacto, vel onere, vt probatur in l. causã, ff. de manumiss. & l. si rogatus, ff. de manumiss. vin. quibus iuribus expressim cauetur, quod cũ minor aliquid consequitur ex causa lucratiua, teneatur omninò ad implementũ pacti in ea re appositi, & ita intelligit Cuma. nõ habere locũ l. 1. §. vlt. ff. de rebus eorũ, distinguentẽ inter causam lucratiuam, & onerosam. Idque sequitur latè cõprobãs Arius Pinel. in l. 1. p. 3. sub nu. 52. vers. infertur tertiò, & latius sub n. 54. illat. 21. C. de bon. mater.

9 SEPTIMVS casus est, † qñ minor emit rem, & postmodum ex interuallo adijcit pactũ retrouẽdẽdi, quo casu pactum absque pretoris auctoritate minimè valet, l. si ad resoluẽdum, C. de pd. minorũ, vbi Accurs. intelligit eã procedere, qñ pactum fit ex interuallo; quã expositionem probarũt Cuman. in l. 1. §. vlt. nu. 1. ff. eod. Salic. d. l. si ad resoluẽdũ, circa prin. Cast. cons. 318. col. fi. lib. 1. Aug. Bero. cons. 154. nu. 20. lib. 1. Tiraq. de retractu conuent. ad finem tit. in princ. & n. 12. quæ expositio optimè procedit, ponderãdo ibi verbũ, (Contulerat) quod significat perfectã donationem, & verbum (Emisisti) cũ non possit mitti cautio resolutiua donationis, nisi ex interuallo. Pro quo ẽt facit qd consuluit Alex. cons. 106. incip. super alio dubio, lib. 7. quod scilicet filiusfam. non possit se ex interuallo obligare sine cõsensu patris, ad reuendendam rem vẽditori, restituto pretio, quod verissimum ea ratione censeo; quia cum semel ius fuerit minori quæsitũ in re immobili, non habet potestatem minor ius illud a se abdicandi sine decreto, l. 1. §. vlt. & l.

& l. sed si pecunia, §. si ius, ff. de rebus
10 eorum. † Qui casus licet verissimus sit in se, non tamen videtur ad id adduci posse d. l. si ad resoluendum, vt communiter faciunt DD. cum ibi non agatur de pacto vel conditione, in principio vel ex interuallo apposita, sed de simplici reuocatione eius quod actum erat, & disponitur ibi, quod cum fuerit iam res minori acquisita, non pôt amplius donatarius reuocare, quod declarat l. perfecta, C. de donat. quæ sub modo. Nec ēt minor volens, pôt illam rem refutare, cū ei hoc sit interdictū, l. magis puto, §. fundum, ff. eod. & id sibi vult ibi textus si benè consideretur; & ita postea inueni d. contextum declarantē Pinell. in l. 1. p. 3. n. 54. C. de bon. matern.

Octavus casus est, (& hic du-
11 bius) quando † minor in emptione q̃ facit alicuius rei, non ex interuallo, sed statim apponit pactum de retrouēdendo, quo casu duæ sunt inuicem contrariæ sententiæ; quarum altera est, quod huiusmodi pactum non sit validum, & sic valet contractus, non autem pactū; cuius opinionis auriga fuit Accurs. in sua disput. incip. Titius, quem sequuntur Io. Andr. in addit. Specul. in rubr. de pact. col. 1. Alberic. d. l. si ad resoluēdū, per illum textum, per quem etiam id sēsit Ang. Aret. Inst. de auctor. tutorū, ad finē principij. amplissimus, & eximius Card. Alb. in lucubrat. ad Bart. in rub. de minoribus, num. 16. inquiens incredibile id sibi videri posse, nisi haberemus textū singularem in d. §. vlt. & in l. 1. §. si minor, & in l. sed hic, ff. de reb. eorum, d. decisionem mirabilē appellans. Castr. consil. 112. ad finem, lib. 1. Gozadin. cons. 15. nu. 7. & seq. & cons. seq. n. 8. Aug. Bero. cons. 154. in prin. & n. 19. vbi id limitat, qñ iuratū esset, lib. 1. Fab. de Mon. in tract. de emp. & vendit. q. 7. princ. n. 1. & moderni Fiuizanens. in tract. de tut. & cur. sub nu. 146. vers. sed tñ ego intelligo. Quæ opinio ex difficili, ac nimiū rigoroso Vlpiani responso in l. 1. §. vlt. ff. de reb. eorū, clarè probatur, volēs ꝙ si minor 25. annis emerit prædia, vt quo ad pretiū soluerer, essent pignori obligata vēditori, nō valeat pignus. Nā vbi (inquit Vlpianus) dominium quęsitū est minori, cępit nō posse obligari; sic igitur dicendū isto casu, pactum retrouēdendi a minore appositū, non valere, cū appositū sit postquam dñium ipsi minori quæsitū est, quo contextu adeò pręsens hęc opinio fortiter firmatur, vt nō defuerint q putauerint illū esse mēdosum, seu corruptum, vt seq. dicā opinione. Et pro hac sētētia adducitur ēt d. l. si ad resoluendū, quę tñ nihil probat; quia aut loquitur qñ pactū ex interuallo apponit, aut vt verius arbitror, nō loquitur ī istis terminis, vt fuit superiori casu declaratū.

12 Qua tñ opinione retenta, † eā declara non procedere, si in cōtractu fuerit dictū, ꝙ vēdidit minori cum hac cōditione reemēdi, siue recātādi, & nō aliter, nec alio mō: Nā tunc d. verba operantur, ꝙ si nō valet uēditio ut agit, nō intelligitur cōtractus celebratus, neque ēt ex parte qua ualere posset, secundum Bal. in c. 1. §. denique, vers. sed pone quę fuer. prima causa benefic. amitt. Alex. cons. 3. viso instrum. n. 4. vers. intantū, vol. 1. Benuenut. Stracc. de assecurat. gl. 35. nu. 2. car. 136. quos refert, & sequitur Borgn. Caualcan. in tract. de tut. & curat. sub num. 251. uers. & considera.

13 Declaratur Secundò, ut † nō procedat quoties fuisset per minorem iuratum. Aug. Bero. cons. 154. nu. 19. lib. 1. quod uerissimum est, cum minor per iuramentum efficiatur maior, ut latissimè dicam libro 3. tit. 8. num. 138.

14 Non tñ defuerunt multi, † qui cōtra præd. opinionem ita declaratā firmarunt, prout fuit Ang. & Iacopin. in l. fin autem, ff. de pact. Castr. nu. 4. & Ias. nu. 2. in l. contra iuris, §. si filius, ff. eod. licet re uera prædicti uideantur magis firmare contrarium, cum se remittant ad Io. Andr. qui contrarium tenet. Ideo Gozad. cōs. 15. & seq. inquit eos firmare negatiuam opinionē, quod optimè

deducit, licet Castr. iun. qui pro hac parte consuluit, consil. 146. & seq. velit eos inducere pro hac opinione, cum qua pertransei it Castr. sibi contrarius, cons. 318. col. vlt. lib. 1. Bald. cons. 415. lib. 2. Gozadin. parum sibi constans, in repetit. l. 2. num. 144. C. de pact. inter empt. & vendit. Ceterùm, posset saluari a contrarietate Gozadin. intelligendo id qd dixit d. l. 2. altero ex tribus modis quos posuit d. cons. 16. sub num. 17. vers. non obstat quod dixi in l. 2. Boer. decis. 182. num. 35. inducens pro hac opinione Castr. & Ias. l. 1. §. si filius, & d. opinionē sequitur (pariter pro ea Cast. & Ias. adducens) Negusant. in tract. de pignoribus, in 4. par. princ. num. 37. Tiraq. latè in tractatu de retractu convent. ad finē tit. num. 10. putans in d. l. 1. §. vlt. esse aliquod mendum, nec aliter sibi persuaderi posse inquit; & post hos omnes id latissimè firmauit grauissimus, & insignis vir Arius Pinell. in l. 1. p. 3. sub nu. 53. C. de bon. matern. dicens hanc partem magis a DD. firmari, dum communiter reprehendunt opinionem Innocentij in c. verum, circa medium, extra de foro comp. & concludunt valere pactū expressum resolutiuum contractus contra ecclesiam, vel minorem tali pacto emanatū. vt post Tiraq. de retractu convent. ad finem tit. n. 14. firmauit Pinell. d. l. 1. sub d. n. 53. moderni Fiuizanenses in tract. de tutore & cur. sub n. * 246. vbi inquiunt, hanc ipsis videri *cōmunem opinionem, licet eam non sequantur. Et sic, vt vides, in hac difficultate variè senserūt Scribentes. Ideò vt veritas magis elucescat, sunt vidēda iura, & rationes quibus quælibet pars firmetur: Veritas etenim disputādo reperitur, l. vlt. §. mitta, & ibi Bart. n. 1. ff. de muner. & honor & latè exornant moderni Cortonenses in elegāti tract. de communi opinione, in præfat. num. 1. Plura igitur pro hac parte, quod tale pactum validum sit, adduci possent, sed his tantum sum contentus.

Primò facit: Quia pactum illud pignoris, dum pretium nō solueretur, est legi cōsentaneum, l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. & pactum iuri consonū magis seruatum, l. nō impossibile, ff. de pact. gl. Bar. & omnes in l. ea lege, C. de condict. ob causam. Bart. in l. legitima, ff. de pact. His tamen & similibus, quæ facilè possunt in contrarium adduci, respondetur, ea procedere in maiore, qui potest sua obligare, secus in minore qui prohibitus est, & licet pactum fuerit simul in ipsa cōuentione appositum, necesse tamen est, quod prius fuerit acquisita rēs minori, postmodum apponatur pactum, arg. l. neque pignus, ff. de reg. iur. quod pactum non valet, vt dixi.

Adducitur Secundò id quod voluit Angel. in l. contra iuris, §. vlt. ff. de pact. volens per illum contextum, quod administratores, vt puta tutor, vel curator, prælatus, vel similes personæ, possint in actu contrahendi nobis præiudicare, apponendo pacta pęnalia, vel resolutiua. Respondetur, ꝙ Angel. loquitur in his in qbus administratores possunt præiudicare, videlicet in rebus mobilibus, in quibus non requiritur decretum. Vel verius dicas, auctoritatē simplicis Doctoris non esse necessariam, ideo negari potest quod ipse dicit.

Tertiò adducitur l. 1. §. vlt. ff. de rebus eorum, vbi prohibetur hypotheca ex eo, quia iam res erat acquisita minori, quæ ratio cessat in casu nostro, cum dominium nō fuerit prius quæsitum, antequam esset hypothecata res: Ideo qñ ei acquiritur, dicitur res cum suo onere pertransire, d. l. contra iuris, §. vlt. aliàs est l. seq. ff. de pact. vbi DD. notant. Cuius §. facilis est responsio, quod licet cōuentio sit facta in eodem contractu simul, & semel, tamen necesse est, quod præcedat dominium cū rei suæ pignus esse non possit, d. l. neque pignus. Postquam igitur fuit acquisitum dominiū ipsi minori, non potuit amplius sine decreto pactum apponi.

Postremò (pluribus omissis) facit: Quia venditor verisimiliter non vendidis-

didisset, si putasset pactum non valere, quæ ratio efficit, quod aut contractus non valeat, aut valeat etiam pactum, arg. l. si quis aliam, ibi, (Non accepisset rem integram,) ff. sol. matrim. & l. cum eiusdem, ff. de ædil. edic. Respondetur, quod qui cum minore contraxit eo pacto, alioquin aliter non cõtraxisset, imputet sibi ipsi, si non curauit vt debitæ iuris solemnitates interuenirent: Sciebat enim, aut scire debebat, minorem nõ posse obligari absque decreti interuentu, arg. l. regula, ff. de iuris & facti ignor. iuncta l. qui cum alio, ff. de reg. iur. Immò præsumitur fraus quando sine decreto cõtrahitur, quia qn aliqd fit sine decreto, occultè dicit' fieri. Bart. in l. 1. nu. 5. C. de præd. decurion. lib. 10.

Quamobrem cõtraria sequitur opinio, quę solùm nititur in d. l. 1. §. vlt. pluribus modis d. contextum ponderãdo: & Primò, dum ibi disponitur quod nõ valeat obligatio fundi ẽmpti a minore donec soluatur pretium; quia vbi dominium quæsitum est minori, cœpit non posse obligari; quæ ratio æquè viget in pacto retrouendendi, sicut in pignoris obligatione. Ponderantur etiam pro hac opinione verba l. seq. scilicet l. 2. ff. eod. quæ venit cõtinuatiuè ad superiora, cumq. fuerit in præcedenti lege dictum, quod pupillus acquirit rem, nec pignus valet, subdit l. sequens, quod immò videtur contrarium, quia pignus quęsitum est cum dominio, & ab initio adhæsit obligationi, cum in eodem pacto vẽditionis fuerit appositum pactũ pignoris: Ergo videtur trãsire cum ipso dominio. Et respondet ibi Paulus Iureconsf. quod cõtrarium benè procedit, quando pupillus a fisco emisset: Nam tunc fisco ius pignoris saluum est, secus verò est in priuato, cum hypotheca sit ex conuentione hominis; & ideò fateri oportet dominium quæsitum esse emptori, postea constitutam esse hypothecam, quæ absque decreti interuentu nõ valet. Et sic id probatur non solùm auctoritate Vlpiani d. §. vlt. sed & auctoritate Pauli in d. l. seq. Nec obstat (vt inquit Paulus) ꝙ cum dominio pignus quæsitum est, & ab initio obligatio inhæsit, quia vt declarat Bald. d. §. vlt. qñ dominium pręcedit conuentionẽ, conuentio pignoris nõ tenet: Immò etiam si præcesserit conuentio; sed quando vnum non reperitur sine alio, & tunc quia nullo momẽto temporis res fuit in dominio pupilli, sed transit cum suo onere, valet conuentio, vt est in hypotheca tacita quam habet fiscus, d. l. seq. secus in casu priuati. Nam licet conuentio præcesserit, tñ est impossibile quod sit pignus constitutum, quia necesse est dicere, quod dominium trãseat in emptorem, & postea pignus constituatur, vt declarauimus supra. Sic igitur in casu nostro, quia pimò præcessit vẽditio, & constitutum, & sic translatio dominij; posteà est conuẽtio pacti, & sic res aliquo momento fuit penès pupillum: Ideo pactum sine decreto minimè valet. Huius igitur difficillimi, ac nimium rigorosi contextus occasione, variè sentiunt Scribentes ad illum varios diuersosq. accomodantes intellectus, quos omnes hic subijciendos fore duxi.

Et primò Curt. iun. d. cons. 147. n. 1.
15 putat distinguendũ esse, †quod aut minor ipse emit, aut eius tutor, seu curator: In primo casu intelligit procedere textum d. §. vlt. & sic opinionẽ Io. And. & sequacium, vt pactum nõ valeat: In secundo verò casu cum tutor, aut curator emit nomine minoris, valet pactũ; quam distinct. videtur probasse Cagn. in l. 2. q. 36. n. 148. cum seq. C. de pact. inter empt. & vend. Intellectus iste reprobatur per Gozadin. d. cõns. 15. n. 7. cum seq. Alciat. respons. 121. num. 2. qui probauit in ea specie Gozad. & ambo consuluerunt contra Curt. iun. prout refert & sequitur Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 2. casu 171. n. 31. Tiraq. in loco supra citato, num. 10. Pinell. in l. 1. p. 3. sub num. 53. vers. sed eam differentiam, C. de bonis matern. Nam minor ex eo prohibetur pactũ apponere,

quia nõ pôt bona fine decreto obligare, quæ ratio æquè viget in tutore, & curatore, cum neque etiam ipse id possit.
16 † Omnes etenim solemnitates requiruntur, quãdo tutor alienat, quæ requiruntur in minore alienante, Paris. cõs. 98. nu. 54. cum pluribus seq. vbi latiss. id defendit, & cons. 99. volum. 1. Plot. in repetit. l. si quando, n. 198. vers. scias ergo, C. vnde vi. & Borgn. Caualcant. in tract. de tut. & cur. n. 130. Præterea, oratio Diui Seueri de qua in principio illius l. 1. loquebatur duntaxat in tutore alienare volente, vel obligare; & tñ I. Cons. d. §. vlt. ostendit idem esse in pupillo: Vnde non est differentia, vt ex ratione ibi adducta apparet, ibi (Nã vbi dominium.) Item Paulus in l. seq. consuluit, ad hoc vt valeat hypotheca, impetrandam esse a Principe cõfirmationẽ. Et si verum esset q̃ dicit Curt. potuisset I.C. dare consilium longè planius, & facilius, q̃ scilicet contractus celebraretur cum tutore, vel procuratore, quàm
17 quod adire Principem, † cuius consensus est difficilis, & plerumque impossibilis, l. apud Iulianum, §. vlt. ff. de leg. 1. Ex quibus hanc Cur. intelligentiã ad d. §. vlt. reprobat Alciat. d. resp. 121. nu. 4.

Secundus est intellectus Cumani d. §. vlt. ad finem, vt decisio d. §. procedat, quando talis obligatio contraheretur post venditionem perfectam; & sic sumus in superiori casu qñ pactum ex interuallo apponitur, secus si a principio. Isthæc Cumani intelligentia vera est in se, sed nõ conuenit litteræ, vt clarè apparet ex illis verbis, (Si emerit prædia, vt quoad pretium solueret, essent pignori obligata.) & sic apparet venditionẽ fuisse ab initio cũ pacto obligationis, cum non separetur tempus pignoris a venditione. Præterea, id clarius constat ex l. 2. quæ subsequitur, ibi (Ab initio obligatio inhæsit.) quæ verba ponderantur a Gozadino d. consil. 15. & ab Alciato in l. si tibi pecuniam, in fine, num. 21. vers. nec ergo, ff. si cert. petat.

Tertius est intellectus, quod ibi pignus rescripto Principis confirmari debeat, vt in fine d. l. 2. dicitur, q̃ propè eumdem effectũ habet, ac si mero iure valeret, arg. l. nihil interest, ff. de reg. iuris, quasi velit ibi Paulus sine dubio Principem confirmaturum obligationem, idq. a Iureconsf. Paulo dictum, q̃a sentiebat iustè facturum Principem confirmando obligationem, quæ iure ipso valere debuisset, vt id clarè deducit Pinell. d. l. 1. par. 3. sub num. 52. vers. & inde. id ad alia non inutilia inferens. Iste tamen intellectus non satisfacit Tiraq. de retract. conuent. ad finem, num. 13. Et vltra quod prorsus est diuinatiuus, est etiam falsus: Nam aut pignus valet, & non debet peti confirmatio a Principe, cum possit esse etiam, quod non confirmet: Aut non valet, & habeo intentum.

Tiraquell. in præcitato loco, nu. 13. circa finem, tenet, quod sit mendum in littera d. §. vlt. inquiens non posse sibi persuaderi quin contrarium senserit I. Cons. d. §. vlt. & l. seq. ad quod dicendum monetur auctoritate Baldi cons. 415. illa solemnitas, lib. 2. qui illum cõtextum citat ad contrarium eius, quod habetur in littera cõmuni; idemq. potuisset Tiraquell. animaduertere apud Bart. in l. item quia, in fine principij, ff. de pact. vbi citat d. §. quasi ibi obligatio minoris valuerit. Inaduertenter tamẽ circa hoc fuit locutus Tiraquell. vt ostendit Pinell. in præcitato loco, sub n. 52. Nam communis littera, quæ negat pactum valere, verissima est; tum quia ita habetur in libris Florentinis, quorũ exempla circumferuntur; cum ẽt, quia inspecta littera quæ habet decisionem negatiuã, nullo pacto conuenire pôt, q̃ dicit Tiraq. Nec possit dici, quod in ea sit mendum, cum d. decisioni annectatur ratio, quæ nullo modo congrueret decisioni affirmatiuæ; q̃ etiam ostenditur ex l. seq. in qua manifestè apparet decisionem negatiuam esse debere, cum eã limitet in fisco, in priuato verò dicat opus esse Principis cõfirmatione.

Sub-

Subtilissimus Pinellus d.l.1.p.3. sub num.52.vers.ego ingenuè fateor, fatetur, quod si contra I. Conf. loqui liceret, contrarium in specie d.§.æquius, & verius sibi videri, per multa quę ibi pro ratione dubitandi adducit: Et tandē in proposito quæst. nostræ concludit, pactum retrouendendi ab initio in ipso contractu a minore appositū, validum fore. Nec monet d.§.vlt.in quo tota cōsistit difficultas, quia intelligit ipse, illū procedere solum in casu de quo loquitur, & nullo modo trahendum extra casum suum, nec ab eius ratione arguendum esse, ob maximum illius cōtextus rigorem, quem videtur quasi im probādo considerasse I.C.in l.seq. Existitq. differentia inter obligationē de qua agit §.ille, & pactum reuendendi, de quo est quæstio nostra: Nam ibi hypotheca rei emptæ præsupponit rē stare penès emptorem; ideoq. si is minor est, exigit ibi textus solemnitatē in alienatione necessariam. Sed pactum reuēdendi ab initio afficit emptionem, indicans rem firmiter non exituram penès emptorem, vt minor emens nō habeat postea de quo conqueratur, nec cur recuset restitutionem rei; cōcludens tamdem quamcumque euasionem a rigore d.§.admittendam esse. Miror equidem, quod doctissimus pariterq. subtilissimus Pinell. in d.l.1.p.3. a num.51. vsque ad nu.55. per quàm plures paginas circa intellectum d. §. vlt. vagatus fuerit, nec aliquid subtile, ac veritati, iuriq. consonū (prout sui moris est) in medium attulerit; hęc etenim ipsius intelligentia nullo pacto videtur posse d. §. conuenire: Nā licet loquatur in pignore, tamen ratio militat etiam in pacto, ac in omni alio contractu, qn̄ dominiū quæsitum est, cum dicat textus, (Nā qn̄ dominium quęsitum est, cępit non posse obligari.) quæ ratio militat etiam in pacto, cum necessariò fatendū sit, prius dominium quæsitum esse minori, postea pactum appositū esse, vt supra conclusimus: Nec monet si dicatur secūdū Pinel. quod cum simus in rigorosis, & exorbitantibus, non liceat ab identitate

18 tis ratione arguere: † Quia a ratione in textu expressa, vel etiam qn̄ vnica tantum reddi potest, licitum est arguere in pœnalibus, exorbitātibus, correctorijs, atque rigorosis, vt per Ias.in Auth. quas actiones, nu.22. C. de sacrosanct. eccl.& in l.de quibus, num.18.ff.de legibus. Tiraq.in tract.cessante causa, n.158.vers.& hęc vsque. Ferand.Vasq.de success.creat.§.6.n.53.lib.1. & §.12.nu.48.lib.2.& §.21.limit.7.n.72.lib.3.quibus in locis hanc esse communem sententiam ostēdit, alios ad id adducens.

19 Præterea, qn̄ in pluribus † casibus eadem est ratio, ea decidit oēs casus, non quidem per extensionem, sed sicut genus comprehendit species, sic generalis ratio comprehendit diuersas species casuum emergentium, vt pulchrè per Petr. & Cin. in l.iura non in singulas, ff.de legibus, & in l.quod verò contra, C.eod. Bal.in cap.quia, paulò ante finem, extra de iudic. inquiens, quod quæ rationis nexus coniūxit, dispositio iuris non separat: Nec id quidem contingit per extēsionem, sed verius per tacitam dispositionem eiusdem, secundū Anchar.cons.96.super dicto, col.1.per textum in l.his solis, C.de reuoc.donat. & pulchrè id declarat Castr.consil.83. pręsens casus, colum.11.lib.2. Crauetta cons.183.nu.3. & in tract. de antiquit. temporum, p.1.nu.36. Iacob. Menoch. qui alios refert cons. 11.num.16.lib.1. & Franc.Burfat.cons.76.num.15.lib.1. Ex quibus necessariò fatendum est, licitum, ac validum esse argumentum ab identitate rationis d.§.vlt.ad quæst.nostram de pacto reuēdendi; quod si verum est, prout verissimū arbitror, reddentur elusorię illationes 20. quas facit Pinell.in præcitato loco, intelligens d. §. procedere in casu quo loquitur: Nā attentis his quæ diximus, habebit locum in omni casu, in quo militat eadem ratio: Et parum quidē vrget diuersitas quā ipse ostendere conatur inter obli-

obligationem pignoris, de qua d. §. vlt. & pactum reuendendi, de quo est quęstio nostra: Nam licet obligatio pignoris ex eo sit inualida, quia præsupponitur rem apud emptorem esse, & postea obligari: Idem etiam est in casu nostro, cum necessariò intelligendum sit, rem prius quæsitam esse minori, postea appositum pactum de reuendendo, cum alioquin rei suæ pignus esse non possit, l. neque pignus, ff. de reg. iur.

Sextus affertur intellectus a Borgnino Caualcano in tract. de tut. & curat. sub numero 246. versicul. quamuis, quod d. §. loquatur de obligatione pignoris in eodem contractu interposita, putans venditor potuisse huiusmodi pactum apponere consentiente minore, aut eius tutore, & rogato postea cōtractu reperijt non potuisse apponi, tanquam interpositum sine causæ cognitione, & decreto iudicis, & sic ex lectura d. contractus fuit translatum dominium in minorem, vti contractus validus ex parte venditoris: Obligatio autem pignoris annullata vti contractus inualidus ex parte minoris, quod stare potest, per multa quæ ibi allegat. Nam a principio (inquit ipse) fuerunt concordes, putantes pro parte eorum contractum valere, & postea celebrato contractu apparuit contrarium, & hanc opinionem sequendam esse dicit, licet non sit communis. Hęc tamen Modernorum expositio potius verbalis, quam iuridica videtur. Nam cum fuerint omnia vno contextu explicata, non videtur vllam diuersitatis rationem considerari posse, arg. l. lecta, §. dicebam, ff. si cert. pet. Et facilis est intelligentia d. §. Sed dubium est, si non valet conuentio pignoris, quare valeat venditio, cum contraria omninò sit facienda decisio, per multa quæ a doctissimo Pinello in loco supra relato, contrarium prorsus suadentia, recēsentur, quibus ipsi non respondent, nec aliquā vrgentem rationem cur id fiat ostendunt, nisi quod ex lectura contractus sit translatum dominium, quod tamē nullo pacto concedere oportet, & si concedatur, quare non transfertur dominium cum conditione appositum? Et ex his omnibus remanet adhuc firma opinio Io. Andr. & sequacium, affirmantium pactum non valere, cum nemo d. §. vlt. rationi rectè satisfecerit. Quid igitur in tanto opinionum conflictu, & in tam magno d. §. rigore considerari potest?

20 Ipse pro communis † opinionis tuitione, cogitaueră posse optimè responderi ad d. §. vlt. nouiter (aliter quàm huc vsque fecerint Scribentes) d. contexum intelligendo. Et miror equidem, quod tot tantiq. viri adhuc non animaduerterint: Siquidem verissimū est, secundum intentionem Vlpiani d. §. vltim. quod statim atque res minori quæsita est, obligari non potest sine decreto. Sed quoniam cum dominio pignus quæsitum est, & ab initio obligatio inhæsit, videtur quod obligatio pignoris valida sit, vt in l. seq. considerat Paulus Iurisconsul. dum inquit, (Sed hic illud videtur mouere, quod cum dominio pignus quæsitum est, & ab initio obligatio inhæsit.) quasi dicat, fuit in hoc malè locutus Vlpianus. Nam cū pignus quæsitum sit cū dominio, & ab initio obligatio inhæsit, debet valere obligatio pignoris, seu hypothecę ?. Nec obstat si supra firmauimus, quod Paul. in d. l. seq. idem confirmauerit, quod Vlpian. dum limitat id quod fuit dictum d. §. vlt. in fisco, & in priuato fatetur non valere pignus, nisi ex rescripto confirmetur. Nam respondetur, & in hoc cōsistit nouus, & subtilis quidē intellectus, quod scilicet in d. §. vlt. dictum fuit, quod minor acquirit rē, nec pignus valet; subdit postea Paulus in d. l. seq. quod immò videtur contrarium, quia pignus quæsitum est cū dominio, & ab initio obligatio inhæsit, cum in eodem contractu venditionis fuerit apposita conuentio pignoris; & sic vi-

sic videtur cum ipso dominio pertransire, & respondet postea Paul. d. l. seq. declarando dictum Vlpiani, quod contrarium benè procedit quando pupillus a fisco emisset: Ratioque est, quia tunc fisco ius pignoris saluum est, cum ipso iure sint hypothecatæ res fauore fisci etiam absque conuentione, quo ad sibi pretium soluatur; pro quo facit regula l. 2. C. in quibus cauf. pign. tac. cōtrah. quam l. in secundo respon. ita intelligit Ferand. Vasq. de success. creat. lib. 1. §. 10. num. 72. ampliat. 4. Si igitur (subiungit Paulus d. l. seq.) talis species in priuato venditore inciderit, Imperiali beneficio opus est, vt ex rescripto pignus confirmetur, & sic venit Paulus Iurisconf. aduersatiuè ad id qđ ipse dixerat, quippè, quod fisco sint res ipso iure obligatæ, non autem dum loquitur de confirmatione ex rescripto Principis faciēda, aduersatur dicto Vlpiani d. §. vlt. sed aduersatur eius dicto, quasi dicat, quod id quod dictum est ab Vlpiano d. §. vlt. non sit verum nisi in fisco, cui res sunt ipso iure obligatæ, sed in priuato opus est, vt rescripto Principis cōfirmentur; & sic Paulus id quod dixit in fisco limitat in priuato, cui non sunt obligatæ res ipso iure, quando nulla de obligatione facta est mentio, nisi pignus ex rescripto confirmetur; & sic Paulus venit declaratiuè ad id quod dixit in fisco, dum requirit confirmationem Principis, non autem loquitur de eo quod dixit Vlpian. d. §. vlt. quod sitadetur ex eo, quia ita intelligendo relatio fit ad proximiora, prout fieri debet: Et per istum intellectum, quod dictū Vlpian. d. §. vlt. sit per Paul. Iurisconf. correctum in dict. l. seq. omnis prorsus cessabit difficultas, & communis opinio rectè defensata remanebit: Ex quo putarem omninò concludendū, quod pactum in contractu emptionis ab initio a minore appositum de retrouendendo, validum sit, licet decretum nō interuenerit.

INSPECTIO II.

SECVNDA erit inspectio, nū minor, aut eius tutor, seu curator possit absque decreto locare? in qua, vt perfecta habeatur resolutio tres sunt cō siderandi casus.

21 PRIMVS quidem est, † cū minor, seu eius tutor, aut curator velit bona ad breue tempus locare, quo casu concludi debet eos posse absque alio iudicis decreto, cui stare tenetur minor post curam, vel tutelam finitam, l. codicilli, §. instituto, vbi Scribētes notāt, ff. de leg. 2. & arg. l. si tutelæ, ff. de administr. tutorum. Cin. in l. emptorem, colum. 2. C. loc. Bart. Castr. & alij in l. si filio, §. si vir, ff. sol. matrim. Socin. consi. 125. num. 6. libro 1. visa narratione puncti. Didac. Couaru. variarum resolut. libro 2. cap. 15. num. 5. circa medium. Arius Pinell. in l. 1. par. 3. nu. 63. cum seq. C. de bon. mater. Ferand. Vasq. de success. creat. tit. de testam. pot. §. 10. sub num.

22 78. vers. nunc videndum, lib. 1. † Vbicumque enim ratione competētis administrationis quis habet potestatem locandi, & locat, alius qui in illa administratione succedit, tenetur talem locationem obseruare, vt concludunt gl. & communiter DD. in c. querelam, extra, ne præl. vices suas. & DD. Rom. præcipuè, d. l. si filio, §. si vir in quinquennium, per quem textum dicit Roman. quod pupillus tenetur stare locationi factæ per tutorem qui liberam habebat potestatem administrandi durante tutela, vt refert, & sequitur Socin. d. consi. 125. num. 4.

23 SECVNDVS est casus, † quādo tutor locat ad longum tempus, sed per pactum conuenitur, vt nullum inde ius reale conductori acquiratur; quo casu etiam vt superiori concludendum est, vt sensit Bald. Io. de Imola, Cast. & alij d. l. codicilli, §. instituto. Bald. in l. si domus, §. vlt. & ibidem Alexan. in fine, & Imol. ff. de leg. 1. Imola, & Alexand. in addit.

addit. ad Bart. in d. §. instituto. Aretin. in l. si quis ante, col. 1. versi. ita puto, ff. de acquir. poss. Bald. in c. 1. §. aut libellario, in fine, in tit. quibus mod. feud. amitt. Imola in c. ad audientiam, de rebus eccles. non alien. August. Berò. in c. nulli, num. 32. eod. tit. & cons. 123. nu. 2. lib. 1. intelligens in his terminis procedere gloss. d. §. instituto, quæ videtur contrarium firmare Alex. consil. 104. sub num. 3. in causa & lite, lib. 3. & consil. 165. num. 4. visis duobus, lib. 2. Fabian. de Mon. in tract. de empt. & vendit. 22. & vlt. q. 4. q. princ. num. 8. versic. circa tertium. Cum etenim locatio ad longum tempus sit prohibita, quia con ductori constituitur ius in re, vt seq. dicam casu, quæ ratio vtique per talem pacti appositionem cessat; ergo eius quoque dispositio cessare debet, arg. l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron.

His tamen minimè refragantibus;
24 † non defuerunt qui contrarium senserint, Bal. in Auth. hoc ius, col. 1. C. de sacrosanct. eccl. Cuman. in d. §. instituto, in 2. lect. Fabian. de Mon. de empt. & vend. 4. q. princip. quæst. vlt. moder. Parisiens. in consuetud. Parisiens. §. 41. q. 8. Ias. qui id optimè comprobat, consil. 94. col. vlt. lib. 1. Couarru. variarum resolut. lib. 2. cap. 16. sub num. 1. & melius quàm quisquam alius latè id comprobat Pinell. d. l. 1. par. 3. sub num. 64. versic. saluatur secundo gloss. Namque commoditas fructuum quæ ad lõgum tempus transfertur, habetur pro vera alienatione in materia prohibitiua ad euitandam fraudem, vt sensit Couarru. præcitato loco: Et incommodum pateretur minor si post tutelam, vel curam inueniret rem penes conductorem longi temporis, cum eius intersit tota re frui, non autem locationis pensione: Item non euitatur damnum ex clausula, vel pactione verbali, quę fraudolenter adijci potuit, l. Seius, & Augerius, ff. ad leg. Falcid. & ita sensit Pinell. in loco mox supra relato. Cum igitur possit minor ex tali locatione fraudari, eã absque decreto inualidã esse credere.

25 Tertius, & vltimus casus † est, cum tutor, vel curator locat bona minorum ad longum tempus, & tunc locatio absque decreto celebrata non valet, Alex. cons. 104. sub num. 3. in causa, & lite, lib. 3. & consil. 165. num. 1. visis duobus, lib. 2. & consil. 117. lib. 5. Boer. decis. 234. sub num. 3. Pinell. d. l. 1. par. 3. nu. 64. Ferand. Vasq. de success. creat. tit. de testam. pot. §. 10. sub num. 78. ver sic. vnde tutor, vbi id * communiter receptum esse testatur.

26 Ratio autem est, † quia locatio ad longum tempus dicitur alienatio, cap. nulli, & c. ad audientiam, de reb. eccl. non alien. glos. in d. c. nulli, in fine glos. in l. vlt. C. de pignor. act. Bald. in Auth. hoc ius porrectum, circa princip. C. de sacrosanct. eccles. & c. 1. §. aut si libellarius, quibus mod. feu. amit. Ang. in l. filio, §. vltimo, ff. solut. matr. Ias. in l. naturaliter, num. 15. ff. de acquir. poss. & in l. 1. numero 34. & l. 2. num. 39. & l. vlt. num. 2. C. de iure emph. August. Bero cons. 123. per totum, lib. 1. & Fabian. de Mon. in tract. de empt. & vendit. 22. & vlt. q. 4. quæst. princip. num. 9. Nec mirum, cum locatio ad longum tempus efficiat, vt ius reale in conductorem transeat, vt per prædictos.

Et hinc Ang. in §. neque, Authen. de non alienandis, inquit, quod sicut tutor, vel curator minoris alienare non potest sine decreto, ita nec locare alicui, pro vno vel duobus annis, hoc pacto, quod finientibus istis duobus annis debeat eidem conductori pro se, & successoribus locari, quia hæc est species alienationis, Alexand. d. consil. 165. num. 1.

27 Dicitur autem longum † tempus in proposito ad decennium, vel vltra, secundum glos. in l. 2. ad finem, ff. si ager vectig. Bart. & cæteri in l. 1. §. quod autem, ff. de superficiebus, & latè Pinell. & Vasq. supra citati, vbi pleniss. declarant, quę, & quando dicatur locatio ad longum tempus.

IN-

INSPECTIO III.

CVM similis locationi sit datio in emphyteusim, consequens nunc est, vt dispiciamus, an minor possit feudum, vel emphyteusim alienare, seu eius bona in emphyteusim dare, vel accipere, qua in re duos considera casus.

28 PRIMVS est, † cum minor emphyteusim, vel feudum alienare velit, & ipsum nõ posse, concludas, cum non tantum proprium, sed nec vectigale, vel emphyteuticarium prædium vendere valeat, vt rescripserunt Cæsares in l. etiam, C. de præd. minorum. per quẽ textum ita voluerunt ibi Bart. Bald. & Salicet. Nicol. Vigel. ff. libro 18. par. 2. capit. 6. reg. 1. except. 11. & 12. eruditissimus Cardin. Alban. in lucubrat. in Bart. ad d. l. etiam. Aemil. Ferett. respon. 43. num. 1. Speculat. tit. de emphyt. §. nunc aliqua, versic. 99. num. 121. Alfons. Aluarez in Speculo Sum. Rom. Pont. Imperat. ac Regum, cap. 80. versic. nunc videamus, car. 475. Carol. Cottus in glos. in l. 1. tit. de prohib. alienat. minorum, super leges Longobardorum. Rofred. in tract. de libellis, par. 7. in rubr. de Senatuscon. Clementiano, nu. 2. Roman. cons. 166. col. 2. in 2. dubio. Fab. de Mon. in tract. de empt. & vend. 5. q. prin. de solemnit. in alien. rebus minorum, num. 96. Ferãd. Vasq. de success. creat. tit. de testam. potent. §. 10. sub num. 72. extens. 5. Iodoc. Damhouder. in subhast. cõpend. exeg. cap. 2. numero 15. & sequen. & Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. cent. 2. casu 171. num. 56. lib. 2. Id quod probatur etiam clarius in l. sed si pecunia, §. si ius,
29 ff. de rebus eorum. † vbi vsumfructum aliudq. quodcumque ius minor prohibetur sine decreto distrahere, tam si pupillus vsumfructum habeat, tam etiam si proprietatem, & vsufrumctum quamuis oratio nihil de vsufructu loquatur, vt inquit expressè Vlpian. d. §. si ius.

Animaduertendũ tamen est in pro-
30 posito, † quod si emphyteuta vẽdat inconsulto domino, non obseruata solemnitate statuti, vel iuris communis, ob quod venditio sit nulla, nõ cadit is emphyteuta, quia verbum, vendere, non comprehendit venditionem nullam, vulg. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. Franc. Curt. sen. cons. 8. viso instrumento, col. 1. in fine. Franc. Bursat. cons. 82. num. 4. & 7. lib. 1. Frãc. Cremens. sing. 112. statuto cauetur. Alciat. in cõmen. l. Paulus, num. 4. ff. de verbor. signific. Hippolyt. Marsil. in l. qui fine, num. 12. ff. de quæst. Clarus in §. feudum, quæst. 31. vers. sed quæro. & Tiraq. de retractu linagier, §. 1. gloss. 2. nu. 6. vbi alios adducit. In proprijsq. terminis nostris, quod minor vendens feudum sine decreto, non perdat ius suum, tradidit Bald. consil. 9. num. 5. factum tale est, lib. 1. inquiens, quod non perdit, quia venditio non tenet ratione ætatis, ita quod non potest dici quod sit alienatio iuris, vel facti, l. magis puto, §. 1. ff. eod. & l. lex quæ tutores, C. de administrat. tut. & Tiraquell. in præcitato loco, & de legib. connubial. glos. 8. num. 205. & seq.

31 SECVNDVS in proposito † casus est, quando minor vult sua bona in emphyteusim, vel feudum dare, vel ipse ab alijs accipere, quo etiam casu negatiuè concludendum est, non posse minorẽ neque bona in emphyteusim accipere, neque alijs dare, pro quo Scribentes adducunt d. l. etiam, & d. l. sed si pecunia, §. si ius, quæ iura esse in proprijs terminis huius casus inquit Paris. consil. 85. num. 11. lib. 3. sed re vera dictæ leges nihil in proposito probãt: Loquuntur enim in primo casu supra considerato, qd scilicet, minor sine decreto non possit emphyteusim alienare; sed an possit dare, vel accipere, verbum nullum. Ideo id rectius probari videtur d. l. sed si pecunia, §. nec vsusfructus, vers. simili modo, dũ ibi disponitur, fundo minoris seruitutem imponi nequaquam

quam posse,& per istum contextum id sensit Fab. de Mon. in tract. de emp. & vendit. 22. & vlt. q. 4. q. princ. vers. circa septimum, num. 13. Pro quo etiam facit §. alienationis, Auth. de non alien. l. vlt. vbi DD. C. de rebus alien. nō alienan. c. nulli, vbi Abb. & alij, de rebus eccles. non alien. quibus locis habetur,
32 quod † alienationis appellatione venit emphyteusis, & libellus, prohibitaq. alienatione, censentur etiam prohibiti isti contractus, vt per Bald. in Authen. hoc ius porrectū, C. de sacrosanc. eccl. Franc. de Curte cons. 63. antiquissima, col. fin. & Dec. consil. 142. & pro tenui, col. 2. versic. sed prædictis. Atqui minor distrahere prohibitus est, meritò & huiusmodi contractus celebrare. Abb. d. c. nulli, col. 3. Alexan. consil. 46. vol. 3. Franc. de Curte cons. 42. Paris. d. consil. 85. num. 35. Rubeus consil. 138. num. 1. August. Bero. consil. 124. n. 17. vbi optimè in proposito loquitur, lib. 1. Iacob. Menoch. cons. 29. num. 17. lib. 1. & cons. 1. num. 85. vbi allegat Alexan. cons. 9. num. 13. lib. 1. vbi id expressim firmat in feudo. Carol. Cottus super legib. Longobard. tit. de prohibita alienat. minorum, in gloss. l. 1. Ferād. Vasq. in loco supra relato, ampliatio. 6. & 7. & Ant. Gomez. de contractibus, cap. 14. sub num. 14. vers. sextò extende, & vers. septimò, vbi ampliat id habere locum, etiam in emphyteusi perpetua, vel temporali, constitutione vsusfructus, vel alterius cuiuslibet seruitutis realis, per textum in d. l. sed si pecunia, §. vlt. & l. vltim. C. de rebus alien. non alien.

33 Nec census quidem † possunt minores ipsorum prædijs imponere, nisi ob vrgentem necessitatis causam, d. l. magis puto, §. non passim, & l. ob æs, C. de præd. minorum, debitis tamen interuenientibus solemnitatibus, secundum Bald. in l. iubemus, C. de sacrosanct. eccles. & respon. 518. lib. 5. Afflict. decis. 249. Tiraq. de retract. §. 1. glo. 6. quos refert, & sequitur Bened. Bouius in tract. de censibus, art. 23. in fine, & artic. 31. per totum. Quod adeò verum est, vt nec maioris vtilitatis occasione, vt puta causa negociationis exercendæ, possit imponi census, Capic. decis. 113. quem refert, & sequitur Bouius d. art. 31. in fine.

Nec etiam solutio censuum absque iudicis decreto fieri poterit, vt censuarius debitor liberetur, l. sancimus, C. de administrat. tut. Bouius d. tract. de censibus, art. 62.

34 Non obstat si dicatur, † quod supra iam dicta procedant, quando minor rem propriam daret alicui in emphyteusim, secus quando accipit, & obligat se soluere canonem, & libellum, quia etiam tunc exigitur decretum, cū sine eo obligari nequeat. l. magis puto, §. item prætor, l. si pupillorum, §. si pupillus, & §. si prætor, ff. de rebus eorum. l. non solum, & l. seq. C. de præd. minorum, vbi deciditur, quod sicut minor sine solemnitatibus non potest alienare, ita nec etiam obligare. Præterea talis obligatio tendit ad annuam præstationem, quæ tamen respectu recipientis, quàm soluentis reputatur inter immobilia, Clem. exiui de Paradiso, vers. cumque annui reditus, de verb. signific. & §. pen. Auth. vt hi qui oblig. se hab. prohib. Bart. in l. vlt. num. 1. C. de vendit. Reipub. lib. 10. Paris. consil. 53. num. 15. vbi id declarat, & cons. 85. num. 10. innumeros adducens, lib. 3. Nicol. Bellon. cons. 23. n. 10. Roland. a Valle cons. 54. num. 9. lib. 2. & Ant. Gabriel. latiss. lib. 6. in tit. de verb. signific. conclus. 8.

35 Declaratur principalis † iste casus, quod minor possit feudum ad se reuersum, alteri sine decreto, cæterisq. solēnitatibus in feudum dare, c. 1. in princ. per quos fiat inuestit. per quem textum id firmauit Illustriss. ac Reuerendiss. Cardin. Alban. in lucubrat. in Bart. ad l. magis puto, §. si pupillus, in lect. Nicol. de Neap. num. 9. ff. de rebus eorū. & Ruin. cons. 40. num. 41. lib. 1. Vereor

tamen

tamẽ ne grauissimi isti viri minus perfectè loquantur, siquidem dicitur in textu d.c. 1. in princip. (inuestitura quæ de veteri fit, posse fieri etiam a minore.) non autem dicitur quod id sine solemnitate fiat: Et parum vrget expositio gloss. dum ibi dicit, meritò id fieri, quoniam minor non alienat, sed alienatum inuenit, & maiorum suorum factum confirmat; quia satis est si id operatur ꝙ minor possit in feudum dare, quod aliàs non posset, per ea quæ mox diximus supra. Et licet minor non alienet, sed alienatum inueniat, id tamen non excludit solemnitates, sed deseruit loco causæ, quæ licet legitima sit, nihilominus requiritur decretum, argu. l. ob æs, C. de præd. minorum. Optimeq. id comprobatur ex his quæ diximus supra in tit. de donat. inspect. 4. sub num. 28. & dicam etiam libro seq. inspect. 11. & 12. tit. 8. Debet igitur decretum interuenire, quo iudex consideret diligenter, an id fieri oporteat, & an magis expediat pupillo concedi vni, quàm alteri. Ex quibus indistinctè cõcludi debet, minorem haud posse in emphyteusim, vel feudum dare, seu accipere, vel etiam quomodocumque se, aut eius bona obligare, argum. d. l. sed si pecunia, §. si ius, ff. de rebus eorum.

INSPECTIO IIII.

ARGVMENTVM frequens est, vtile, ac necessarium: Num mi-
36 nor † possit mercaturam exercere, eiusq. causa sua bona obligare, a nemine adhuc quem viderim tactum, nec excogitatum quidem; qua de re valdè sum semper admiratus, cuius vt perfecta habeatur cognitio, plures sunt constituendi casus.

37 PRIMVS est, † cum minor velit distrahere traficum, seu mensam mercatoris, quo casu dicendum est, id ipsum non posse absque iudicis auctoritate, iustis de causis decretum interponentis; quia traficum dicitur de his rebus, quæ seruando seruari possunt. Nã si potest augeri, quia est quid vniuersale, potius conseruari poterit; ita certissimè recolo me legisse apud Bart. licet post longam cartarum reuolutionem locum nunquam reperire potuerim; quod pronunciatum, si verum est, videtur iste primus casus optimè decidi, cum ea quæ seruari possunt, à minore distrahi prohibeantur, l. lex quæ tutores, C. de aministrat. tutorum. Præterea traficum, seu fondecum potest, & debet connumerari inter annuos reditus, vt certissimum est; sed reditus annui censentur immobiles, Clem. exiui de Paradiso, versic. cumq. annui reditus, de verbor. signific. diximusq. præcedenti inspect. sub num. 34. ergo absque decreto alienari non poterit, d. l. lex quæ tutores.

38 SECVNDVS casus est, † quando minor traficum non habet, sed velit de nouo erigere, cuius causa expendit pecunias quas præ manibus reperiebatur habere; & tunc vtique potest tale traficum erigere, pecunias exponẽdo: Namque cum pecunia sit de rebus quę seruando seruari nequeunt, & per consequens sine decreto alienari valeant, l. 1. §. fuit quęsitum, vbi omnes Scribentes adnotant, ff. ad Trebell. & dicam latissimè infra lib. seq. tit. pen. inspect. 16. multo magis poterit in fondecum conuerti, ex quo facillimè posset non modicum percipere lucrum.

39 TERTIVS est casus, † cum minor traficum nõ habet, sed de nouo cupiat erigere, ad quod faciendum velit fundum, seu quid aliud quod possit seruãdo seruari, vendere, seu obligare; & isto casu concludas, id ei prorsus denegandum. Non enim reperitur causa ista mercaturæ inter legitimas alienandi causas; cum solùm ob æs alienum, vel similem causam sit permissa minori suorum bonorum alienatio, l. ob æs, & ibi DD. C. de præd. minorum. & in proprijs terminis Capic. decis. 113. quẽ refert,

refert, & sequitur Bouius in tract. de cẽsibus, art. 31. in fine, dum firmat, quod causa negotiationis exercendæ, non potest minorum prædijs census imponi. Nec obstat si dicas, quod in mercatura a communiter accidentibus sit lucrum ferè certissimum, ideoq. dicatur distractio permissa, quia negatur esse lucrum certum, immò sæpè reperiuntur multi decocti, seu (vt dicitur) falliti, quod quã facillimè in minore accidere posset, qui perfecta animi discretione, ac iudicio carere a legibus consideratur. Secundò, dato in mercatura esse certum lucrum, adhuc non poterit res minorũ absque iudicis auctoritate distrahi, cũ sola vtilitas non sit sufficiens causa interponendi decretum, vt latè dicemus lib. seq. inspect. 17. tit. penult.

40 QVARTVS principalis † casus est, cum minor habet traficum, quod ex seipso exercere velit, & tunc tres alij erunt subdistinguendi casus.

Primus, cum minor est pupillus, seu impubes, quo in casu intrepidè concludas, illud exercere minimè posse, cum nullam rem etiam mobilem, & quę seruari non potest, alienare valeat, secundum gl. in l. vlt. C. de vend. rebus ciuit. lib. 11. Bart. in l. pro emptore, §. si a pupillo, nu. 2. ff. pro empt. Castr. in l. si curator, num. 3. C. de in integr. restit. Iasin l. 1. §. fuit quæsitum, nu. 27. ff. ad Trebell. & Hippolit. Riminald. Inst. quibus alien. licet, vel non, §. 2. num. 6.

Secũdus casus est, quando minor est adultus, sed curatorem habet, & isto ẽt casu concludas, adultum non posse traficum, seu fondecum exercere, cum per dationem curatoris sit ei bonorum administratio sublata, l. si curatorem habens, C. de in integr. restitu. minorum, vbi Scribentes omnes adnotãt. Azo in sua Summa, C. de pact. n. 6. videnturq. id sensisse moderni Anconitani in tracta. de mercat. par. 3. num. 19.

Tertius & vltimus casus est, quando est adultus, qui curatorem nõ habeat, & tunc vtique poterit tale traficũ exercere, cum videatur habere suarum rerum administrationem, d. l. si curatorẽ habens, vbi per DD. notatur. Si tamen læderetur restituitur in integrum, d. l. si curatorem, & no. Azo d. Sum. de pact. num. 6.

41 QVINTVS principalis † casus est, quando minor est filius mercatoris cui succedit, qui velit res quæ seruari possunt alienare, ex eo quia pater dictas res venales habuerit; quęritur, an possit, & non posse absque decreto alijsq. solemnitatibus distrahere? concludas, l. 1. §. si defunctus, ff. de rebus eorũ, vbi Bald. id notat, & Alber. qui rationem refert, & alij Scribentes passim. Azo in Sum. C. quando decr. opus non est, nu. 2. Nicol. Vigel. ff. lib. 18. p. 2. cap. 6. reg. 1. except. 2. Constantin. Harmenopulus in Promptuario iuris ciuilis, lib. 5. titu. 11. de alienatione, in princ. Feran. Vasc. de success. creat. tit. de testam. pot. §. 10. nu. 77. vbi latè id firmat. Hieronymus Gabriel. cons. 89. num. 2. & Roland. de Curte cons. 123. num. 62. ad causas vlt. volunt. Ad quod probandum adducit Baldus l. Titium, aut Mæuium, §. altero, ff. de administrat. tut. & l. cum tabernam, ff. de pignoribus, quæ secundum eum sunt duæ leges singulares ad d. §. si defunctus, prout etiam eas refert Rol. de Curte d. consil. 123. quæ leges mea quidem sententia nihil in proposito probant, benè credo dictum in se esse verum, per d. §. si defunctus, & per d. l. lex quæ tutores. Non obstat quod pater habuerit dictas res venales, quoniã id non sufficit, d. §. si defunctus. Nam vt ibi dicit Vlpian. (Non enim vtique quod ipse voluerit vendere, idem etiã postea distrahendum putauit.) Nec stãdum est pręsumptioni tacitę volũtatis, quia fortè patri fuisset vtile secundum inæqualitatem, vt per Bal. d. §. si defunctus, & Roland. de Curte d. cons. 123. num. 63.

42 Ex quo postmodũ infertur, † quod si pater disposuit ire ad S. Iacobũ, filius tamen nõ tenetur ire, nec mittere, nisi ipse

ipse in testamēto præceperit, c. 2. de voto, gloss. in l. 2. ff. de pollicitat. Bald. & Roland. de Curt. in præcitatis locis.

43 Sextus & vltimus casus † est, cū minor adultus, est approbatus mercator, atque in mercatorum albo descriptus, & in mercaturæ actu contrahat, eiusq. bona immobilia absque iudicis decreto obliget; numquid talis obligatio valeat? Hoc est dubium fortè numquam tractatum, nec vsquam relatum, vt inquit Stracca in tractat. de mercat. par. 3. nu. 29. cuius dubij excitator ipse fuit, in quo duę videntur posse considerari opiniones, quarū altera est, quod immobilia dict. casu hypothecari nequeāt: Pro qua duo potissimū faciunt. Primò, minores ex publico approbati, in alboq. mercatorum descripti, sunt similes his qui veniam ætatis impetrauerunt, quibus immobilium alienatio, vel hypotheca absque iudicis auctoritate prohibetur, l. omnes, & l. eos, C. de his qui ven. ętat. impetrau. Ergo neque etiam minores in matricula descripti, poterunt immobilia sine decreto hypothecare; id quod confirmatur ex eo, quia venia ætatis causa cognita conceditur, cum tunc demum concedatur, cum morū instituta probitas animi, & testimoniū honestatis iustè probatur, l. 2. C. de his qui ven. ætat. impetrau.

44 Secundò, † mercatura non consistit in immobilibus, l. mercis, ff. de verbor. sign. & Stracca d. tract. de mercat. par. 3. sub n. 30. Approbatio igitur cum fuerit facta in mobilibus, dēt in immobilibus cessare: Ergo hypotheca immobiliū adhuc remanet prohibita, & per cōsequens sine decreto facta, erit nulla.

45 Contrarium tamen † firmauit Stracca d. tract. de mercat. nu. 30. par. 3. vnica tantum ratione motus. Nam mercatores hodie ex cōsuetudine plerumque instrumentis negociantur, in quibus de more hypothecam & omnium bonorū obligationem adijciunt: Vnde secundum mercaturæ consuetudinem debent censeri approbati, cum actus agentium ex consuetudine interpretationē accipiant, l. Mella, §. 1. ff. de alim. & cibar. leg. & actuum denique omnium est consuetudo interpres optima, secundum Innoc. in c. olim, de verb. signific. & per hoc, huic sententiæ tamquam rationabili, assentiendum putat Stracca in præcitato loco.

Nec mouent ea quæ fuerunt in contrarium adducta: Et primò, non obstat arg. quod fit a simili, de eo qui veniam ætatis impetrauit, ad eum qui in albo mercatorum descriptus est: Nam is qui cōtrahit cum eo qui veniam ætatis impetrauit, scit, seu scire debet, veniam ętatis eo modo concedi, ne possit immobilia alienare, seu obligare, l. regula, ff. de iur. & facti ignor. iuncta l. qui cum alio, ff. de reg. iur. secus verò est in eo, qui cum minore mercatore contrahit approbato, & in albo mercatorum descripto; quia is intelligitur negociare, seu cum eo contrahere, secundum morem, & consuetudinem mercatorum, quæ est, vt semper in instrumentis obligationem, & hypothecam omnium suorum bonorum adijciāt; alioquin si hypotheca esset nulla, ex publica approbatione quodammodo quis circumscriptus videretur.

Ad secundum verò, potest responderi, quod approbatio fuit generaliter facta, tam respectu mobilium, quàm immobilium, merito igitur.

46 De qua tamen opinione † valde vereor, & crederem contrarium facilè sustineri posse: Nā licet consuetudo mercatorum sit, vt hypothecā omniumq. bonorum obligationem adijciant, poterit tamen id esse verum in mercatore, qui sit maior, secus in mercatore minore. Et ad obtinendum ex isto capite consuetudinis, necessariū esset, quod pręcisè probaretur consuetudinem extare, vt mercatores etiam minores soliti essent eorum bona stabilia obligare; †

47 Cum consuetudo circa rerum minorum alienationem, sit strictissimè interpretāda, secundum Dec. cons.

L 142. nu.

142.num.5. & pro tenui. Cum igitur possit consuetudo circa minores intelligi, quod possint eorum bona quæ in trafico habent obligare, cum in mercatura (vt supra dictum est) reperiantur solùm mobilia quæ aliàs minor obligare absque decreto minimè posset, (intelligendo de his quæ possint seruando seruari, vt supra dictum fuit.) in his dumtaxat debet minor censeri approbatus. Præterea per descriptionem in albo mercatorũ, censetur minor approbatus, vt possit prædicta mobilia alienare; & insuper etiam circa ea quæ in mercatura versantur, suã personam obligare. Debet igitur prædicta approbatio taliter intelligi vt minus lędat ius commune quàm fieri possit, c. cum dilectus, extra de consuetud. l. 2. C. de no-
48 xalibus, vbi Scribentes: † Cum semper ea facienda sit interpretatio, quæ minus quàm possibile sit ius cõmune offendat, iuxta not. per Bart. in l. omnes populi, 6. quæst. princ. ff. de iustit. & iure, l. vlt. §. in computatione, C. de iure delib. & ibi glos. & DD. in l. si serui vestri, C. de noxalibus. Ias. in l. properandum, §. si autem alterutra, C. de iudic. intelligẽdo igitur, vt possit minor mercator obligare suam personam, non autem immobilia, minus offendetur ius
49 commune: † Cum ipse facilius secundum iuris dispositionem obliget suam personam, quàm bona, secundũ Bald. in l. certi iuris, quæst. 8. C. locati.

Et patet, quia minor qui curatorem non habet, potest se obligare, l. si curatorem habens, C. de in integr. restitut. minorum. gloss. in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebell. & not. in l. 1. de nouat. & tamen sua bona obligare absque decreto non valet, l. 1. & toto tit. ff. de rebus eorum. & dicam latiss. lib. seq. tit. pen. inspect. 2.

Item, pupillus qui proximus sit pubertati, doliq. capax, potest delinquere, furari, rapere, mentiri, & dolum facere, l. pupillum, ff. de reg. iur. & l. impuberem, ff. de furt. Sed tamen ita delinquit, vt puniatur in corpore, non in pecunia. ita scribit Vdalr. Zas. in l. is cui bonis, num. 19. ff. de verb. obligat. Prohibita namque alienatione, prohibetur confiscatio, Bart. in l. si finita, §. si de vectigalibus, col. 2. versic. quærit gloss. an idem. & ibi Alex. col. 9. vers. & iuxta prædicta, ff. de damno infect. Ias. Inst. de act. §. omnium, num. 46. Tiraq. de legib. connub. glos. 5. num. 157. An autem, & quãdo minor obligetur ex delicto, videas apud Ias. cons. 133. num. 1. lib. 1. Ruin. cons. 135. num. 8. lib. 1. Paris. cons. 96. num. 9. lib. 1. Roland. a Valle cons. 31. nu. 1. lib. 1. Cassaneus super consuet. Burgundiæ, rubr. 4. §. 1. nu. 35. Tiraq. de legib. connub. gloss. 5. n. 154. Ant. Gom. c. 1. delictorum, nu. 60. Ant. Gabriel. lib. 2. de minorib. concl. 3. nu. 2. & latissimè Clar. §. fin. pract. crimin. q. 60. Hodie tamen tãta est hominum auaritia, vt totum cõtrariũ & in minoribus, atque maiorib. vbique seruetur.
50 Immò, † quod magis est, maior 20. ann. & minor 25. potest pati se venundari, vt partem pretij habeat, §. serui autem, Inst. de iure person. & ibi non requiritur aliqua necessitas, auctoritas, vel decretum: In bonis autem, & necessitas, atque decretum requiritur, vt certissimi iuris est; quæ tamen multo magis eo casu deberent interuenire, cum ibi agatur de libertate perdenda, quod sequitur Cardin. Albanus in lucubrat. in Bart. ad l. magis puto, §. si pupillus, nu. 2. in lect. Nicol. de Neap. ff. de rebus eorum, vbi de solutione cogitandum relinquit. Insuper optimè stare potest, vt per approbationem factam in descriptione matriculæ mercatorum, possit contrahere, nõ tamen immobilia alienare, ex his quæ tradit Bald. in l. non dubium, opp. 1. & 9. C. de legibus. & Socin. consil. 130. sub nu. 2. lib. 1. licet igitur per descriptionẽ in albo, dicatur habilitatus ad contrahendum, nõ dicitur habilitatus ad immobilia alienandum; quia cum vnum possit sine alio stare, non debet in cor-

rectiuis,

rectiuis fieri extēsio, l. præcipimus, C. de appellat. & not. in l. si verò, §. de viro', 51 ff. soluto matrim. † Et ideo non perperam multa Italiæ opida eorum statutis decernunt, vt contractus eorū qui sunt publici mercatores, valeant, ac eorū bona immobilia dicta de causa alienare, vel obligare possint, licet 18. annorum minores existant. Optima igitur & fortassè necessaria erit cautela, in locis in quibus huiusmodi non viget statutum, curare, vt in obligatione immobilium minorum, licet sint publici mercatores, iudicis interueniat decretum, alioquin hypotheca de facili posset nullitatis defectum pati, ex his quæ diximus. Quæ omnia in materia mercatorum minorum, notes perpetuò, quia sunt pulchra, quotidiana, ac noua, a nemine adhuc quem viderim excogitata, præter vltimum casum, cuius excitator fuit Stracca, in loco supra relato, contra quem sentiendum esse censeo; & miror quidem quod Stracca fuerit ita defessus, vt in integro illo tract. de mercatura tā sicco pede pertransierit, quinque casus supra a nobis consideratos omittendo, & in vno quem tetigit minus perfectè loquendo.

INSPECTIO V.

52 QVINTA præsentis tituli erit inspectio, Num † minor valeat hæreditatem adire, seu aditam distrahere? Et dicendum vtique videtur ipsum non posse absque decreto hæreditatem adire, l. si infanti, in fine, C. de iure delib. ibi (& eius decreto hoc ius consequi.) Namque absque decreto obligari nequit, l. 1. l. magis puto, §. si pupillus, & toto tit. ff. de rebus eorum. Sed in hæreditatis aditione necessariò quis obligatur, l. more, ff. de acquir. hæred. (Posset etenim damnum incurrere minor ex aditione propter periculum æris alieni.) Ideo tutoris auctoritas iudicisq; decretum interuenire debet. Contra ꝙ tamen deciditur expressim in l. obligari, §. pupillus, ff. de auct. tut. l. si infanti, C. de iure delib. & l. potuit, C. eod. & §. neque, Inst. de auct. tut. vbi habetur posse minorem cū consensu, & auctoritate tutoris, vel curatoris adire; nec aliud requiritur decretū, cum nulla de eo nec ibi, nec alibi fiat mentio, sed tantum lex contenta sit de tutorum seu curatorum auctoritate. Quamobrem, vt perfecta huius dubitationis habeatur resolutio, plures sunt cōsiderandi casus.

53 PRIMVS quidem erit, † quando hæreditas defertur pupillo, & tunc vtique potest absque iudicis auctoritate eam adire, dummodo tutoris interueniat auctoritas, d. l. obligari, §. pupillus, d. l. potuit, & d. §. neque, vbi Bald. Aret. Faber. Io. de Plat. & alij passim. Bar. in l. pupillus, & Imola in l. venter, ff. de acquir. hæred. Bald. in l. 2. C. ad S.C. Orfic. Mainer. in l. in totum, nu. 114. ff. de reg. iur. Hippolyt. Riminald. Inst. per quas person. ius nobis acquiritur, §. itē nobis, num. 81. Si tamen pupillus esset infans, posset solus tutor hæreditatem adire, l. si infanti, C. de iure deliber. & declarant Io. de Plat. & cæteri d. §. neque, idq; procedit non solum in hæreditate, sed etiam in bonorum possessione, & in fideicōmisso, in quibus recipiēdis omnino requiritur tutoris auctoritas, d. l. obligari, §. pupillus, & d. §. neque, vbi Scribentes cōiter. Adeoq; tutoris auctoritas in aditione hæreditatis, in bonorum possessione, & in fideicōmissis necessaria existit, vt etiā ꝙ sit lucrosa, vel opulenta hęreditas, vel fideicommissum, nihilominus nō possit minor eam sine tutoris auctoritate accipere, vt voluerūt cōiter Scribentes d. §. neque, & d. l. potuit. DD. in in l. more, & in l. pupillus, ff. de acquir. hæred. Salic. in l. non dubium, & in l. quod fauore, C. de legibus. Angel. consil. 317. statutum, circa mediū, & alij quamplures, quos refert Aldobrandin. d. §. neque, id pluribus comprobans.

SECVNDVS est casus, quando hęreditas defertur adulto curatorem habenti,

benti, & isto quoque casu non requiritur decretum, sed de curatoris auctoritate dumtaxat fuit contenta lex, l. cum quidā, C. de administrat. tut. & sequuntur passim Scribentes d. §. neque, & alij
54 superiori casu relati. Est tamen † aduertendum isto casu, q pupillus potest quoque curatorem habere, l. curator, & ibi gloss. ff. de tut. & curat. dat. ab his, vt puta quādo tutor esset impeditus, vel nullum minor tutorem haberet, & talis curator potest omnia facere, exceptis his quæ solēnitatem iuris desiderant, l. curatorem, ff. de auct. curat. & ibi Bart. qui quidē tradit in l. curator, ff. de tut. & curat. dat. ad his: Ex quo inferunt DD. talem curatorem non posse hereditatem adire, l. cum in vna, §. tutor, ff. de appellat. Bart. Bald. Salicet. & alij communiter, d. l. potuit. Maranta in repetit. l. is potest, num. 152. ff. de acquir. hæredit. Socin. conf. 234. col. pen. vol. 2. Quæ autem sit ratio, quod curator datus adulto possit hæreditatē adire, curator verò datus pupillo non, tradunt DD. d. §. neque, & d. l. potuit. & declarat Mainer. in l. in totum, num. 119. ff. de reg. iur.

Tertius casus est, quando defertur minori hæreditas, siue puberi, siue impuberi, qui tutorem vel curatorem non habeat, quo casu debet necessariò iudicis decretum interuenire, vt aditio valeat, & ita procedat d. l. si infanti, in fine, C. de iure delib. quam ita intelligunt Bald. Salicet. & alij communiter, d. l. potuit. Quando autem, & qualiter valeat minor hæreditatem adire, videas plenè apud Robert. Marant. in repet. l. is potest, num. 144. cum seq. ff. de acquir. hæredit. vbi tres distinguitur ætates minores, magistraliter id declarans.

55 Quartus, & vltimus † casus, cum minor velit hæreditatem iam aditam distrahere, & non posse absque iudicis auctoritate, iustis de causis decretum interponentis, intrepidè concludas, l. 1. & tot. tit. ff. de rebus eorum, l. 1. & per tot. C. de præd. minorum, ad not. per glo. in l. 1. C. si aduers. transact. Din. in l. potest pupillus, ff. de auct. tut. Bart. in l. tutor, ff. de bonorum possess. faciunt quæ scripsit Corn. consil. 236. sub numero 11. diligenter, lib. 4. Cum etenim non possit minor immobilia absque decreto distrahere, cui dubium esse poterit, quòd neque etiam hæreditatem immobilia continentē validè alienabit?

56 Ampliatur iste casus, † vt non solum habeat locum in hæreditate iam adita, & acquisita; sed etiam in acquirenda, vt eam non possit repudiare, neque alteri sine decreto distrahere, l. magis puto, §. fundum, ff. de rebus eorum. Bart. d. l. tutor. Iacob. Nouell. in tract. de iure congrui, in principio constitutionis, n. 123. circa finem. Tiraquell. de retractu linagier, §. 1. glo. 7. num. 83. & Ruin. conf. 101. num. 4. vol. 5.

57 Ampliatur Secundò notabiliter, † q licet interpositum fuerit decretum, vt hæreditas alienari possit, si tamen non vendatur hæreditas, sed vendantur bona hæreditaria, non valet alienatio. ita notanter consuluit August. Bero. conf. 182. num. 8. & 10. & conf. 183. in fine, vol. 1. Eaq. potuit esse ratio, quia iudex interponendo decretum, & concedendo alienationem hęreditatis, potuit ad id moueri, quia in hæreditate continentur commoda, & incommoda, ob quæ incommoda iudex considerauit esse magis vtile minori, vt hæreditas alienetur, secus verò est in alienatione bonorum hæreditariorum, quæ bona intelliguntur deducto ære alieno, & solum commoda continent. Præterea, decretum est stricti iuris, nec debet ad similia, vel maiora extendi, l. si pupillorum, §. si prætor, ff. de rebus eorum. de quo latissimè diximus supra lib. 1. tit. 1. insp ect. 4. num. 93.

Ampliatur Tertiò, quod si hæreditas fuerit alienata, in eaq. decretū interpositū sit, ex causa partim falsa, partim vera, nō valeat alienatio, neque ēt

ex causa

58 ex causa vera, † cum decretũ sit actus indiuiduus, Bart.Castr.Bald. & alij in l.si non fortem, §.si centum, per illum textum, ff.de condict.indeb. Bald.in l. certi condictio, §.quoniam, num.3.circa princ.vers. secundus, ff.eod.in capit. quoniam frequenter, §.fin autem, nu. 2. vt lite non contest. & in Margarita. Innocent.in verbo, decretum, quæst.2. Alex. in l. iustè possidet. & ibi Zas. nu. 11. de acq.poss. Ias. in l. si is ad quem, num. 17. ff. de acquir. hæred. Francis. Aret.in l.certi condictio, num.21. ff.si cert.pet. Dec.in l.cum amplius, num.2. ff.de reg.iur. Cur.iun.in l.bonorũ quidem, C.qui admitti. Bald. consil.224. col.1.vol.2. Roman.consil.454.in præsenti, col.2. Fulgos. consil. 137. quia ex facto, col.2. in fine. Dec.cons.403. col. 5.num.20.Paris.consil.89.num.60.consil.98.num.16.& cons.100.num.31.& seq.lib.1.& cons.85.num.43.lib.3.Natta cons.162.num.7.lib.1. & cons.631. in fine, lib. 3. Curt.iun. cons.118.num. 10. & consil.170.num.2. dicens id esse commune.* Crauetta in respon.pro genero, num.252. Ruin.cons.160. num. 27.lib.2.& cons.27.eod.lib. Roland. a Valle consil.99. num.21.lib.1. & cons. 7.nu.88.lib.3. Cephal.cons.207. num. 86.lib.2.& Neuizan.cons.17.num.25. vbi dicit, quod si in casu aliquo inualido fuerit admissus maior & minor, & fuerit appositum decretum respectu minoris, vitiabitur etiam respectu maioris, cum sit indiuiduum. idem Neuizan. consil.85. num.12. Cæsar Donus consil.85. num.36.inter cons. Baptistæ Martianesij libro primo. Hippoly.Riminald.cons.9.num.211.lib.1. Afflict. decis.218.num.4. Capic.decis.51. Ant. Nicell.de concordia gloss.concord.71. num.395. Alciat.in tract. de præsumpt. reg.10.par.3.in fine. Nicol.Moron.de treg.& pace, quæst.72.num.9.par.1. & Petr. Duen. qui alios adducit reg.185.
59 num.4. in 4.ampliat. † Nec obstat, quod vtile per inutile non vitietur, l.siue generalis, ff.de iure dot.& ibi Accurs.concordantes adducit. Ias.in l.1. §.sed & si mihi, num.4.ff.de verbor.obligat. vbi pronunciatum istud (an & quando vtile per inutile vitietur) egregiè, ac magistraliter declarat. Quia id non procedit quando sumus in indiuiduis, l.1. §.item quæritur, & §.item Trebatius, ff.de aqua quot. & æstiua, & l.Græcè, §.illud, ff. de fideiuss. Atqui decretum est indiuiduum secũdum Franc. Aret. d.l.certi condictio, num.11.& firmant alij præcitati. Quando etenim aliquid traditur pro forma indiuiduũ dicitur, secundũ Bart. & Scribentes in d.l.Græcè, §.illud, & declarat notanter Ias. d. §.sed & si mihi. Non debet igitur decretum quod in actu requiritur pro forma, partim valere, partim verò non, cum sit quid indiuiduum.

Qui casus ita ampliatus, declarationem recipit, vt non procedat, quoties minor venderet hæreditatem in qua mobilia tantùm reperirẽtur, quia tunc potest absque alio decreto distrahere, vt expressim cauetur in l.Aristo, §. si maior, cum l.sequen.ff.de iure deliber. Franc.Aretin.consil.22.diligenter, col. 1. Tiraquell. de retractu linagier, §.1. gloss.7. numero 87. Cum etenim in hæreditate sint mobilia quę tractu temporis deteriora efficerentur, valent vtique sine decreto alienari, l.lex quæ tutores, C.de administrat.tut.intelligendo de mobilibus quæ non possunt seruari. Nam in his quæ seruantur, hodie idem dispositum est, quod in immobilibus, d.l.lex quæ tutores, & probauimus latissimè supra in præfat. num.15.

Et aduertas in proposito, quod pupillus quem habet substitutum pupillarẽ, potest sua bona alienare, nec potest pupillariter substitutus, adueniente vẽditione, cõditionem retractare, tamquã de bonis restitutioni subiectis factam, dummodo fiat alienatio legitima subsistẽte causa, debitaq. cum solẽnitate, l.1. §.sed nonnullos, ff.de tutel. & rat. distrahend. & l. qui filium, ff. vbi pupill. educ.deb. per quæ iura ita sensit Bald.

in l.sed si in conditione, §.seruus, ff. de hæred.instituend.& Castrens.in Auth. res quæ, num.2. C.commun.de leg.

INSPECTIO VI.

60 CIRCA hæreditatis materiã adhuc dubitari contingit † An in cõfectione inuentarij iudicis sit necessaria auctoritas? Qua in re, vt recto procedamus ordine, duo sunt principales constituendi casus.

61 PRIMVS est, † quando sumus in inuentario ipsius hæredis, in quo disputatione omissa concludas decretum necessarium non esse; ita sensere Bald. in l.vlt. §.cũ igitur, col.4. C.de iure delib.in Auth.sed cum testator, C.ad leg. Falcid. & in l.facultas, C.de iure fisci, lib.10.Ang.in l.1.§.hæc stipulatio, col. 12. ff. si cui plus quàm per leg. Falcid. Salic.d.l.vlt. §.1.& ita concludunt passim DD. vbique.

Declaratur iste casus, vt non procedat, quando aditur hæreditas cum beneficio legis,& inuentarij, quia tunc re-
62 quiritur decretum: † Namque iudex aditur, qui peractis necessariò peragendis, pronunciat testes loco creditorum absentium adhibitos, esse idoneos, & bona stabilia possidentes, saluoq. iure creditorum qui vocati comparuerunt, declarat, & pronunciat præfatum inuentarium ritè, & rectè inchoatum, descriptum, confectum,& perfectum; ideò hæredem admittendum esse ad beneficium l.fin. C. de iure delib. cum omnibus emolumentis solitis, & consuetis: Ad quæ iudex tunc admittit,& ita declarant huiusmodi modũ adeundi cum beneficio legis, & inuentarij, Bald.& Ang. de Perus. & Guido Pap. in tract. de inuentario, & nouissimè Cornel.Benincas.primus vespertini ordinarij in amplissimo Gymnasio Perusino interpres, in elegãtissimo suo tractat. de paupertate, in fine operis, vbi formam tradit adeundi cum beneficio legis,& inuentarij; qui Cornel. Benincas. extitit mihi in iure ciuili approba-
63 tor seu licentiator; † & modò sunt tres dies, quod fuit in eodem iure vnus ex meis Promotoribus in meo Doctoratu, ad quem perueni die Veneris, hora 14.die 5. Iunij 1573.

SECVNDVS casus est, & hic dubius, quando sumus in inuentario tutoris, in quo duæ sunt principales Doctorum opiniones. Prima est, vt in eo requiratur decretum d. l. tutor qui repertorium, gl.d.l.tutores, Bar.in §.hinc nobis, num.7.Auth. de hæred. & Falcid.vbi glos. dicit id facere pro opinione Martini, qui idem tenet.Bald.in l.si tutor tuus, numer.1. C.in quibus caus. rest. in integ. non est necess. Angel. de Perus. in tract. de inuentario, num.11. ✳ inquiens ita * communiter seruari, & moderni Fiuizanenses in tract. de tut. & curat.num.46. Monenturq. ad id tenendum validissimo argumẽto: Nam si episcopus qui tenet locum hæredis, tenetur inuentarium facere coram iudice, l.nonnulli, §. cum autem, C. de episc.& cler.multo magis tenebitur hæres verus, qui tanta dignitate, vitæ integritate, ac sanctitate minimè pollet, arg. Auth.multo magis, C.de sacrosan. eccles.

Secunda modò superiori contraria sequitur opinio, quam firmauit Cin.in l.tutores, num.4.C.de administrat.tut. dicens, quod communiter seruatur fieri coram tabellione tantum, & ibi alij DD.sequuntur. Practicus Papiensis in forma libelli quo agitur ad re.ra. tut. §.in suo vltimo, sub num.12.vbi dicit, ✳ quod sic seruat * cõmunis cõsuetudo. Pro qua sententia duo potissimum faciunt,& Primò, cum inuentarium non conficiatur vno die, nec vno instanti, sed plures menses perdurare queat, laboriosum nimis esset semper iudicem adire. Secundò in d.l.fin.& in Auth. de hæred.& Falcid.quibus in locis traditur forma conficiendi inuentarium, nulla fit mentio de præsentia, seu decreto iudicis, sed solum testium, tabellionum,

num,& legatariorum. Non debemus igitur nos aliam solemnitatem, quęrere, quam lex non posuit, argu.l.illam, C.de collat. & §.deinceps, Authen.de trien. & semisse. Accedit etiam quod inuentarium est actus extraiudicialis, l.fin.C.de iure delib.

Bartolus distinguẽdum esse censuit, quod aut quærimus, an requiratur decretum in inuentario, quoad obligandum ipsum tutorem, & tunc vtique tutor poterit administrare, licet inuentarium coram tabellione tantum, sine iudice sit conscriptum. Aut verò quærimus, quantum ad hoc vt inuẽtarium fidem faciat contra debitores quorum nomina in inuentario conscribuntur, & tunc iudicis decretum necessariò exigitur, l.chirographis, ff.de administrat. tut. ita (inquam) distinguit Bart. in l.tutor qui repertorium, nu.9. ff.de administrat. tut. & ante eum Cin. in l. tutores, C.de administrat.tut. vbi etiam Salicet. num. 9. quam distinctionem sequitur Mainerius in l.quo tutela, num. 54. ff. de regul. iur. Franc. de Porcellinis in tract. de inuentario, c.2.num.9. ✱ & hæc est * communis distinctio, vt testatur Petr.Duen.reg.187.num.15.

Ipse verò licet distinctio supra relata sit in se vera, attamen contrariæ omninò sum opinionis, quod indistinctè in inuentario tutoris nullum requiratur decretum. Ad quod firmandũ moueor lege, & ratione: Lege, ex §.vlt.Authẽ.vt sine prohib. matr. debitr. ibi (Et aliis qui consuetè) quasi velit dicere, præsentiam iudicis de iure non requiri, nisi consuetum sit. Secundò moueor ratione: Nulla siquidem lex est, quæ hoc dicat; & iura quæ ad id adducuntur, nihil in proposito probãt. Benè volunt iura vt tutor administrationem suscipiat per decretum iudicis, antequam res attingat, & ita procedat d.l.tutor, l. legitimos, ff.de legitim.tut.& l.fi.C.arbitr.tut. & sic decretum non requiritur ratione ipsius inuentarii, sed ex alio, vt scilicet tutor administrationem suscipiat, quod in omni tutore necessarium est, etiam quod nullum fiat inuentarium, vt latius dictum fuit supra in præfat. nu.87. Et ex eo est, quod in inuentario hæredis non requiritur decretũ, vt supra conclusimus, in primo casu, quia scilicet ipse potest per se administrare, absque eo quod iudex ei administrationem decernat; secus verò in inuentario tutoris. Et sic ratione administrationis decretũ requiritur, & in hoc fuerunt decepti Scribentes, & miror, quod non animaduerterint. Parumq. vrget argum. pro contraria sententia supra formatum, quod scilicet, si episcopus tenetur inuentarium facere, multo magis & ipse tutor; quia respondetur, quod in d.l.nonnulli, §.cum autẽ, C.de episcop. & cler. episcopus tenetur facere inuentarium coram iudice, nõ quia in inuentario requiratur decretum, sed ex eo vt ei administratio decernatur:
64 † cum sit loco tutoris, vel curatoris, §. fin. in Auth.de eccles.tit. col.9. quem ad hoc allegat gloss. in c.auditis, de restitut. in integ. quam ibi commendat Abb. facit text.& ibi gloss. in c.quia ea, 3.quæst.2. Archidiacon. in c. quicumque, 12.q.2. Abb. in cap.contingit, de transact. & in c.ex præsentium, de pig. Ang.consf.245. quia omne datum. Soc. consil.213. cum in præsenti, col.2. vol. 2. Matthesil. not. 84. Didac. Couarru. variarum resolut.lib.2.cap.15. circa finem, vers. ego verò, vbi tenet, ꝙ quemadmodum pupillus tenetur stare locationi factæ a tutore, ita & successor episcopi tenetur stare locationi a prædecessore factæ, intelligendo secundum eius distinctionem, d.c.15. vbi id latè
65 pertractat. † Et est optimus locus in materia locationis, an & quando successor teneatur stare locationi. De quo copiosissimè quidem pertractat Marian.Socin.cap.querelam, numero 20. cum pluribus sequentibus vsque ad finem cap.ne prælati vices suas, &c. Cũ sit igitur episcopus loco tutoris, vel curatoris, non poterit administrationem

L 4 susci-

suscipere absque decreto, & in hoc solùm exigitur decretum, vt scilicet decernatur administratio, non autem quod id exigat inuentarium ex se. Et hanc ego puto verissimam declarationem, quam videtur sensisse Bart. consi. 154. nu. 7. maritus, vol. 1. & Bald. in l. actus, C. de ferijs. Ex quibus satis apparet distinctionem Bart. necessariam non esse, cum ad iura quę videntur decretum in inuentario requirere, minimè conueniat. Quo verò ad d. l. chirographis, dico, quod ad hoc vt ex inuentario possit probari cõtra debitores, oportet instrumentum in inuentario esse descriptum, & ita descriptum decreto, seu auctoritate iudicis insinuetur, & id non ex eo quod sit de natura, & substantia inuentarij, sed quia inuentarium velut exemplum instrumenti non probaret. Auth. si quis in aliquo, C. de eden. & dixi in præfat. num. 121.

INSPECTIO VII.

66 AN in donatione † excedente summam quingentorum aureorum, si fiat a minore, vel a quolibet alio, sit necessarium decretum? & ipsum requiri dicendum videtur, l. pen. C. de dona. §. aliæ, Inst. de donat. Guglielm. de Cuneo in l. illud, C. de sacrosanct. eccl. Specular. in titu. de instrum. edit. §. porrò, versic. donatio, & ibi Io. Andr. Bald. in rubr. C. qui admitti. Idq. satis probatur ex definitione insinuationis tradita a Guglielmo d. l. illud, dum definit, quod insinuatio sit descriptio in actis facta decreto, vel auctoritate iudicis competentis. Secundò videtur id probari ex gloss. in §. illud, in Authen. vt non fiant pignorat. Sed re vera d. gl. id non probat, sed solum dicit, quod requiritur iudicis auctoritas, differuntq. decretũ, & auctoritas, vt per Canar. in tract. de insinuatione, quæst. 10. in princip. quem refert Riminald. §. 1. num. 191. Inst. de donat.

67 Communiter tamen Scribentes † in contrariam iuerunt sententiam, Cin. in l. vlt. C. qui admitti. Bartol. in l. Modestinus, vbi reprehendit definitionem Guliel mi, quem ibidem sequuntur Roman. & Ioan. de Imo. ff. de donat. Bal. in l. sancimus, & in l. illud, C. de sacrosanct. eccles. Angel. Castr. & Ias. in l. omnium, C. de testamen. Ioan. Faber, & Aretin. institu. de donat. §. 1. vbi hanc * sententiam * communem dicunt, & ibi etiam Riminald. qui & ipse de communi testatur, numero 188. Bertrand. consi. 248. num. 14. nouissimorum, lib. 1. Canar. in tract. de insin. quæst. 10. & Tiraquell. de legibus connub. in verbo (epers) glos. 5. numero 32. Clarissimus * Clarus, testans de * communi in §. donatio, quæst. 15. versic. item quæro. Ias. cons. 51. lib. 1. post num. 1. Corn. consil. 36. lib. 3. Barthol. Scarampa inter consilia feudalia, consil. 3. num. 7. Ant. Gabriel. in tract. com. conclusion. lib. 3. de dona. concl. 1. limitat. 11. per tot. num. 46. & seq. Pro qua sententia adducitur Primò ex intentione Bal. d. l. illud, textus qui ab eo in terminis creditur, in l. vlt. C. de præd. decur. lib. 10. vbi permittitur donatio decurionibus absque decreto, ergo nec etiam insinuatio erit necessaria. Verùm textus iste nihil probat, tum quia licet dicatur ibi decuriones posse donare sine decreto, non tamen insinuatio excluditur, sed terminos habiles præsupponi dicendum est, tum etiam quia debet intelligi d. l. de donationibus, quæ insinuationem non requirunt, vt in eis decretum non exigatur. Præterea, d. l. vlt. est hodie correcta per nouellam constitutionem Iustiniani, constitut. 38. in Nouellis. Adducitur Secundò huiusmodi ratio; insinuatione causæ cognitio non requiritur, Bartol. d. l. Modestinus, & in §. peruenit, Authen. vt nulli iud. Sed decretum sine causæ cognitione interponi non potest. Castr. consil. 38. num. 1. & 2. vol. 2. Corsett. in Singularibus, in verbo, minor, el primo, & diximus latè in princ. primi libri, num. 31. ergo, in insinua-

insinuatione non poterit requiri decretum. Tertiò, decretum requiritur ad confirmandum id quod de se non valet, l. vlt. C. de præd. decur. Bald. in l. illud, C. de sacrosanct. eccles. Riminald. Inst. de donat. §. 1. num. 195. Sed donatio in mera voluntate donantis consistit, l. lata, in fine, & l. in hac, C. de donation. ergo insinuatio non exigit decretum.

68 † Bald. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de offic. procons. & leg. putat has opiniones distinguendo concordari posse; quod scilicet, si prædicta insinuatio donationis contradicta sit per aliquos, qui dicunt eam fieri per ebrietatem, fraudem, facilitatem, metũ, vel errorem, arg. l. vlt. ff. de furt. & l. fi. ff. de act. & obligat. post examinationẽ causarum confirmanda, vel infirmanda est; & id appellatur decretum, & ita intelligi potest glos. in §. illud, Authen. vt non fiant pignorat. col. 5. & ita procedat prima opinio supra relata. Aut verò prædicta donatio non est contradicta, & tunc nullum requiritur decretũ, sed sufficit quod registretur a notario mandato iudicis, & ita procedant supra adducta pro contraria, & communi opinione; quam distinctionem refert Ias. in l. omnium, C. de testam. col. 2. & cons. 51. num. 1. vol. 1. Mainer. in l. omnia quæcumque, circa princip. ff. de reg. iur. eãq. pluribus cõprobat, atque ab obiectionibus quorumdam defendit Riminald. Institut. de donat. §. 1. num. 196.

69 Tu autem indistinctè cõcludas † nõ requiri decretum in insinuatione, sed solum præsentiam iudicis, cuius præsẽtia, & auctoritas, operatur ad faciendũ describi insinuationem in actis: Non habent etenim notarij talem auctoritatem, vt possint insinuationem in actis ponere auctoritate propria, sed debent eam describere de mandato iudicis, quasi auctoritas requiratur ad describendũ in actis, non ad insinuandũ, vt ex illa sciẽtia, & præsentia iudicis comprobetur, & id voluit sentire Cin. in l. vlt. C. qui admitti, & Bal. d. l. illud, & ita procedat communis opinio.

70 Benè verum est, † quod licet decretũ non sit necessarium, si tamen iudex illud interponit, insinuatio facta præsumitur, glos. in l. Imperatores, ff. de priui leg. credit. & in l. 1. C. de iure fisci, lib. 10. Bald. in l. sancimus, C. de sacrosan. eccles. Guido Pap. in tract. de presump. num. 121. & seq. Corn. consil. 36. lib. 3. Petr. Duen. in tracta. Regularum, reg. 224. versi. octauò limita. Rebuff. super constitut. Regijs, tomo 2. art. 1. glos. 1. num. 34. Quod tamen declarationem recipit, vbi non adesset statutum, quod vltra insinuationem exigeret decretũ: vel etiam si super contractu requireretur decretum, tunc etenim tale decretum non sufficit, nec potest dici facta insinuatio, ex quo donatio facta est coram iudice, qui fuit aditus pro decreto, non autem pro insinuatione, Bald. in l. si tibi pecuniam, in fine, ff. si cert. petat. quem ita intelligit ibi Aretin. in fine. idem Bald. consil. 375. numero 4. & 5. libro 3. Tiraquell. de retractu, par. 1. §. 36. gl. 2. numero 22. & 23. & Rimin. d. §. 1. de don. nu. 155.

INSPECTIO VIII.

71 Perpulchra est dubitatiò, † Numquid minor compromittere valeat: in qua duo sunt principales considerandi casus.

Primus quidem erit, quando simpliciter fit compromissum a minore, in quo distinguendum est, quod aut fit compromissum de re clara, quæ nullum habeat dubium, absque a'iqua iusta compromittendi causa, & tunc nullo pacto poterit tale compromissum fieri. Bart. consil. 39. quæritur an statutum, in fine, & consil. 67. numquid tutor, in fine. Bald. in l. ancillæ, C. de furt. & Petr. Duen. reg. 36. fall. 10. quem refert, & sequitur Ioseph Ludoui. in decisionibus causarum Perusinarum

narum, decis. 2. num. 15. Alienare siquidem qui prohibetur, & compromittere prohibitus est, cum compromittere alienationis sit species, vt mox infra subijciam. Sed alienatio sine causa p minorem fieri minimè potest, vt notissimum est, ergo nec cõpromissum. Aut verò per minorem fit compromissum de re dubia, iusta aliqua, ac necessaria subsistente causa, & tunc concludas, tale compromissum validum fore, dummodò tutoris auctoritas, iudicisq. interueniat decretum. Bald. in l. 1. & in l. præses, C. si aduers. transact. Roman. in repetit. l. 1. num. 34. ff. de arbitr. Ias. in l. mandata, nu. 5. ff. de offic. eius. Dec. in l. cui iurisdictio, nu. 38. ff. de iurisdict. omnium iudic. & in cap. quæ in ecclesiarum, num. 116. de constitut. Card. Abb. & alij in cap. cum tempore, de arbitr. Bart. cons. 159. visa, vers. præterea. Bald. cons. 98. per totum, pupillus sine auctoritate, libro 5. Roman. cons. 369. circa primum, in 3. dubio, & cons. 175. dictum vltimum laudum. Alex. consil. 22. opportunè, col. 1. quod autem compromissio, lib. 2. Cardin. cons. 65. ad primum, col. pen. Dec. cons. 39. 44. 282. viso, nu. 3. 300. visa, in princip. 445. in casu, num. 22. 475. num. 71. in causa. 479. in controuersia, nu. 4. & cons. 502. nu. 3. ex duobus. Barth. Socin. cons. 52. nu. 2. viso instrumento sindicatus, lib. 4. & cons. 18. nu. 33. cum sequ. persequendo ordinem, vbi testatur de * communi, licet loquatur in rebus ecclesiæ, lib. 1. Rip. respon. 175. num. 12. duo tantum dubia. Ruin. cons. 11. viso compromisso, num. 2. & 3. lib. 4. & consil. 129. viso compromisso, lib. 5. Maranta de ordine iudic. 14. distinct. iudic. nume. 5. Afflict. lib. 3. Constitut. Neap. rubr. 5. nu. 52. & decis. 285. num. 15. Tiraquell. de legibus connub. glos. 5. num. 203. Ant. Gomez. de contractibus, cap. 14. de restitut. minorum, num. 15. vbi rationem adducit. Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. casu 171. nu. 43. Valentin. Forster. in tract. de successionibus ab intestat. lib. 3. tit. de vsufructu quē parentes habent in bonis, quæst. 1. 3. declarat. mihi fol. 323. vbi de * communi testatur, & moderni ab Assisio d. decis. 2. nu. 1. qui omnes concludunt, aut minorem compromittere minimè posse, aut valere sequelam, nõ potest alienare, ergo nec

72 etiam compromittere: † quandoquidem qui prohibetur alienare, sicut non potest immediatè, ita nec aliquē actū facere, per quem sequi posset alienatio, gl. in l. item quia, ff. de pact. & in l. codicillis, §. matrem, vbi Bart. ff. de leg. 2. diximusq. supra lib. 1. titu. 3. casu. 3. nu. 7.

73 Compromissum † namque alienationis est species, Paris. cons. 134. nulli, num. 1. lib. 4. Bolognin. cons. 6. col. 2. Matth. Gribald. in suis communibus opin. in verbo, compromissum, num. 3. moderni ab Assisio in decis. causarum Perusinarum, decis. 47. num. 15. fatenturq. omnes supra relati.

74 Et hinc est, † quod is qui iurauit non alienare Roman. Pontifice inconsulto, non poterit compromittere. Speculat. in tit. de arbitr. §. sed quæritur, vers. sed numquid vasallus. Hostiens. in c. cum tempore, super verbo, licentiam, de arbitr. in Nouellis. Lap. allegat. 102. vbi Mandos. in addit. quamplures congerit. Roman. consil. 369. circa primum, num. 18. Grat. respon. 155. dubitatur, nu. 20. lib. 2. Et ratio est, quia qui non potest alienare, nequit etiam compromittere, ne per viam arbitri contingat alienationem fieri. Non poterit igitur minor absque tutoris auctoritate, iudicisq. decreto compromittere.

75 Forma autem † interponendi decretum in compromisso, talis est, vt iudex iusta lite cognita, & bonum esse iudicans causam esse potius compromittendam, ad hoc vt lites, & expensæ magnæ quæ inde oriuntur euitentur, quam qđ coram ordinario iudice tractetur, compromisso cõsentiat, atque suam auctoritatem, & decretum cum tutoris vel curatoris præsentia interponit; quam formam nobis tradidit eruditiss. Menoch.

noch. in aureo illo tract. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 2. casu 171. numero 45.

76 † Quod decretum sufficit interuenire tempore compromissi, nec aliter postea requiritur in laudo; quia decretũ respicit actum illius qui compromittit, non autem tertij, vt est laudum. Praeterea laudum fundatur ex compromisso, ideo fundamentum debet esse rectè positum, arg. l. in vniuersis, C. qui dare tut. poss. Non obstat quod laudum sit quædam transactio, vt not. in Auth. vt diff. iudic. §. 1. & in l. 1. C. si aduers. transact. Et in ipsa transactione interponatur decretum; quippè verum id est, non tamen per se, sed iniunctum cum compromisso. Apponatur itaq. decretũ in compromisso & sufficiet, licet non interueniat in lando. Bald. in l. præses, C. de transact. Roman. in l. 1. num. 34. ff. de arbitr. Socin. in l. 1. §. item acquirimus, num. 15. ff. de acquir. possess. Dec. in l. singularia, num. 11. ff. si cert. petat. Alex. consil. 139. viso statuto, num. 15. lib. 7. Ioan. Maria de Riminald. cons. 178. nu. 5. lib. primo. Lanfran. in tract. de arbitr. par. 3. §. iuxta, in princ. Io. Baptista Caccialup. in tractat. de transact. ✱ quæst. 7. num. 6. inquiens ita * communiter teneri.

77 Declaratur iste casus † vt procedat quãdo fit compromissum de rebus immobilibus, vel mobilibus, quæ tamen possint seruando seruari, secus si fiat de rebus quæ non possint seruari; quia tunc validum erit compromissum, etiã nullo interueniente decreto, l. lex quæ tutores, & ibi Bart. & alij, C. de administrat. tut. glos. Bartol. & Bald. in l. 1. C. si aduers. transact. Namq. cum talium bonorum permittatur alienatio, d. l. lex quæ tutores, quare denegabitur compromissum?

Secundus principalis est casus, 78 † quando extat statutum, quod controuersiæ inter affines, atque coniunctos compromittantur, an sub tali statuto comprehendatur minor, ita vt compellatur compromittere; quo casu duæ sunt contrariæ opiniones, quarum altera est, quod minor non teneatur vigore dicti statuti cõpromittere. Bar. cons. 40. incip. quæritur an statutum, lib. 2. Alex. cons. 62. num. 17. in causa, & lite, lib. 7. Dec. cons. 44. & diligenter pro tenui. & Lanfranc. in tracta. de arbitr. in vlt. par. quæst. 48. vbi licet loquatur de rebus alienari prohibitis, idem tamen dicendum de personis. Pro qua opinione facit, quod etsi statutum generaliter loquatur, intelligendum tamen est, sua generalitate nõ obstante, de habilibus in materia in qua disponit, iuxta l. vt gradatim, §. vlt. ff. de muner. & honor. & l. 1. C. de sacrosanct. eccles. vbi DD. notant. Sed minores non sunt ad compromittendum habiles, & si compromittant, ipso iure nõ tenet, l. si pupillus, ff. de arbitr. merito. Respondetur pluribus omissis (& hæc est vera responsio) quod tunc demum minor non dicitur habilis ad compromittendum, si sine tutore compromittat, secus si cum tutore, vt sensit expressim Gaius d. l. si pupillus, ff. de arbitr.

79 Secundò, † statuta debent sic intelligi, vt non inducant absurdum; siquidẽ omnis absurditas a iure municipali dicitur excepta, l. Pomponius, & l. scire oportet, §. illud, ff. de negot. gest. Sed si minores per huiusmodi statutum compromittere tenerentur, duplex sequeretur absurditas; nempè, quod comprehenderet personas inhabiles, & grauis læsio minori inferreretur: Ex eo enim, quod minor compromittit, dicitur læsi, l. si minor filio, §. minores, & ibi Bar. ff. de minoribus. Bald. in l. vlt. in fine, C. in quibus caus. in integr. restit. nõ est necess. Bart. cons. 39. quæritur an statutum. Præterea, & in alio pateretur damnum ipse minor, quia si coram iudice litigaret qui malam ferret sententiam, faceret litem suam, quod non est in arbitro. Huic argumẽto in quo Scribentes tantoperè nituntur, & ad ipsum tamquam ad sacram anchoram confugiunt, ex intentione Alex. cons. vlt. 6. vol.

vol. multis varijsq. respondetur modis.

Primò, quod textus d. §. minores, loquitur de iure communi, quo iure nemo cogitur compromittere, ad not. per glos. & latius per Bart. in l. qui furti, §. qui iussu, ff. de infam. not. Bald. in cap. 1. §. quis, de pace tenen. & in l. ex stipulatu, C. de sent. secus isto casu in quo ius municipale arctat generaliter coniunctos ad compromittendum: Vnde minores eo vti debent iure quo alij in illo loco vtuntur, l. fine hærede, §. Lucius, ff. de administrat. tut.

80 Secundò respondetur, † quod si contingat contra minorem iniustè iudicari per arbitros, poterit se tueri restitutione in integrum aduersus sententiã, per id quod habetur l. 2. & toto tit. C. si aduers. rem iudic. l. minoribus 25. annis, cum l. seq. & l. si ex causa, in fine, ff. de minoribus. Et sic licet non possit restitui aduersus statutum, vel compromissum factum ex necessitate statuti, poterit tamen restitui aduersus effectũ statuti, vt declarat Bald. in l. 1. in princ. C. si aduers. dot. Alexan. cons. vlt. lib. 6. & Rolan. a Valle de lucro dotis, q. 46. circa finem.

Tertiò, & vltimò, cæteris omissis, respondetur, & per hoc cessat omnis dif-
81 ficultas, † quod a sententia talium arbitrorum ex forma statuti necessariò electorum, licet appellare, Bart. & Bal. in l. vlt. C. de interdic. Alex. in l. vlt. C. de in integr. restit. min. n. 7. in fine, vbi hãc
* opinionem * magis communem appellat. Blanc. alios congerens d. tract. de compromissis inter coniunctos facien. quæst. 10. num. 10. cessat igitur absurdum quod isti considerant: Nec minus obstat, quod minor læditur, quin iudex iniquè iudicans faciat litem suam, secus in arbitro: Quia vltra responsiones supra traditas, quæ rectè & huic
82 obiecto conueniunt, respondetur, † qđ etiam arbiter facit litem suam, si malè indicat, l. si quis in conscribendo, C. de pact. & ibi Bart. Bal. Alberic. Castr. Salicet. Ias. Dec. & alij. Salicet. in Authen. decernimus, C. de arbitr. Ias. in l. non dubium, C. de legibus. Plot. in repetit. l. si quando, num. 754. versi. quinquagesimoquintò, C. vnde vi, vbi dicit contra eum dari etiam iuram. in litem. Specular. tit. de arbitr. §. 1. versi. sed si arbiter. Abb. in rub. de appellat. in fine. Angel. consil. 272. primus punctus. & Alex. d. cons. vlt. 6. vol.

83 Tertiò principaliter facit, † quando statutum tractat de auferendo ius quesitum ipsi minori, seu de inferendo dãnum, numquam comprehendit minorem, doctrina Bart. in l. vlt. in fine, C. in quibus cau. rest. in integ. nõ est necess. Ant. de Butr. in cap. constitutus, de resti tut. in integrum. & Alexand. d. consil. 62. Sed tale statutum aufert ius ipsius minoris, infertq. sibi damnum, cum possit arbiter quid ab eo auferre, & alteri tradere, meritò doctrina Barto. d. l. vlt. communiter reprobatur, vt dicit Alexan. contrarium tenens, consil. 65. quoniam omne datum, colum. 7. vol. 7. immemor eius quod dixit d. consil. 62. Et contra Bart. facit textus in §. pupillus, in Auth. de hæred. & Falc. Nec facit differentiam tex. d. l. vlt. an tractetur de lucro, vel de damno.

84 † Contraria itaque superiori est opinio, frequẽtiori calculo recepta, quam tenuit Bart. in l. 1. C. si aduers. dot. in l. si mater, C. ne de stat. defuncti. Bald. Aretin. Castr. Salicet. & Alexand. (qui dicit
* hanc * opinionem esse veram, & ita obtinuisse) in l. vlt. C. de in integr. resti. minorum. Angel. Castr. Alex. & Ias. in l. si plures, ff. de pact. (quam Ias. legit in l. & suum, §. hodie.) Bal. Angel. (qui ita dicit seruari in practica.) Castr. Alex. & Ias. in l. iurisgentium, §. vlt. ff. de pact. per textum, ibi qui potestatem tutori facit remittendi gratis, quod necessariò remittendum erat, quod singulare esse inquit ibi Castr. Aret. in l. si ubi pecuniam, in 4. not. ff. si compet. Alexan. in l. iusiurandi, ff. de iureiurand. Rom. in l. 1. colum. 9. versi. adde tamen, ff. de arbitr. Bald. consil. 358. super eo quod quæritur,

quæritur, lib. 3. & consil. 96. in princip. pupillus, lib. 5. Barbat. cons. 44. illud afferam, colum. pen. lib. 3. Abb. consil. 31. lib. 2. Alexand. parum sibi constans consil. 119. quoniam omne datum, nu. 34. inquiens, quod de esse statuti est, q͏̄ etiam minores comprehendantur. & cons. 254. abūdè satis, per totum, quod est consil. fin. lib. 6. vbi latiss. hanc opinionem defendit. Dec. quoque sibi cōtrarius in cap. cum M. num. 31. de constitut. & consil. 22. & pro tenui, & consil. 300. visa petitione, colum. 3. Ludouic. Bolognin. in addit. ad consil. Io. de Anan. consil. 48. circa præsentem casū;
* & hanc opinionem * tamquam veriorem, ac magis communem, sequitur quamplurimis comprobando, Blanc. in tractat. de compromiss. facien. inter coniunctos, quæst. 3. num. 39. versi. minor. Io. Paul. Tholom. ex mente Rotæ decis. 3. in fine. Rolandus a Valle in tract. de lucro dotis, quæst. 44. num. 9. cum seq. Valentin. Forster. in tracta. de success. ab intest. tit. de vsufructu quem parētes habent in bonis liberorū præmortuorum, prima quæst. 3. conclu. Io. de Arnono in suis commentarijs, commentar. 125. & Quinctil. Mandos. in tract. de ætate minori, quæst. 8. vbi te-
* statur de * communi. Pro qua opinione quamplura adducuntur, & Primò, l. si plures, ff. de pact. vbi de re pupilli ex necessitate legis, & de eius credito pactum fieri debet debitori, licet aliàs nō posset, ita & in casu nostro. ita ibi infert Angel. ex d. l. si plures, inquiens ita obseruari. Adducitur Secundò l. vlt. C. de in integ. restitu. minorum, vbi dicitur, non videri circumscriptum eum, qui iure communi vsus est, quem textum exēplificant DD. quando statutum disponit, quod causæ inter consanguineos debeant compromitti, si minor litigat cum consanguineo, & sit compromittere coactus, vtitur iure communi, quia facit id quod habet necesse, & si lædatur, non restituitur propter hoc quod compromiserit, cum id ex necessitate fecerit. ita illum contextum exemplificant Bald. Castr. Alexan. & alij supra relati.

85 Mouentur Tertiò, † quia statuta generaliter disponentia comprehendunt etiam minores, cap. constitutus, & ibi Innocent. & Io. Andr. de restitut. in integr. l. si sine hærede, §. Lucius, ff. de administrat. tut. & §. pupillus, in Auth. de hæred. & Falcid. Petr. & Cin. in l. 2. C. quæ sit longa consuet. declarat Bart. in l. 1. C. si aduers. dot. & in l. si mater, C. ne de statu defunct. Bald. in l. vlt. C. de in integr. restitut. minorum, & consil. 358. super eo quod quæritur, nu. 2. lib. 3. & consil. 96. in princip. pupillus, lib. 5. Alex. cons. 119. num. 34. quoniam omne datum, & cons. 254. quod est consil. vlt. vol. 6. Soc. cons. 71. lib. 4. Rom. sing. vlt. Iacob. Nouell. reg. 198. in secunda ampliat. & Blanc. d. tract. de compromiss. quæst. 3. num. 39. versi. sextò facit,
* vbi hanc opinionem * communem dicit. Vltimò, cæteris omissis, de quibus per Alexand. d. cons. 254. & per Blanc. d. tractatu de compromiss. quæst. 3. ipse
86 moueor validiss. argumento, † compromissum esse nequit, de eo de quo nō est lis, nec esse speratur, l. 2. C. de transact. & l. post rem, cū ibi not. ff. de transact. cap. exposita, extra de arbitr. Roman. consil. 88. tribus rationibus, num. 2. &
87 consil. 403. pro decisione, num. 5. † At quādo est lis, vel esse speratur, & sic dubium est ius minoris, licitū est, ac permissum alienare, compromittere, ac cætera omnia facere, gl. in l. pactū curatoris, C. de pact. Bar. d. consil. 47. numquid tutor, lib. 1. & cons. 39. quæritur an statutum, lib. 2. & est textus in l. interdum, §. qui tutelam, ff. de furt. Ergo minor sub tali statuto comprehenditur, cum casu quo est lis, reputetur habilis, va eatq. de suis rebus cum tutoris auctoritate, indiscusq. decreto disponere. Anto. de Butr. in cap. constitutus, n. 28.
88 de rest. in integ. † Immò, etiam absque decreto, tutor vel curator potest pro exercitio litis, immobilia obligare, l. vlt. §. defen-

§. defensionem, C. de administrat. tut. & Azo in Summa, C. quando decr. opus non est, num. 4. versicu. item pro exercitio litis. Et notat Salicet. d. §. defensionem, quod tutores, vel curatores non tenentur de iudicato soluendo satisdare, sed tantum de iudicio sisti, & in eam causam bona minorum absque decreto obligare valent: Id quod confirmatur ex simili, Super alimentis futuris transigi non pôt, l. cum hi, in princip. ff. de transact. cum ab eis hominis vita pendeat; quando tamen super alimentis est lis, potest cum auctoritate iudicis transigi, d. l. cum hi, §. si cum lis, eodem modo dicendum in proposito, quod licet minor non possit compromittere, tamen cum res propter litem efficiatur dubia, debet posse compromittere, cum compromissum præsupponat litem, vt iam dixi, quod maximè procedit in casu nostro, in quo præsupponitur statutum exstare, vt de controuersijs inter côiunctos fiat compromissum; & sic necessariò præsupponenda est lis, alioquin frustra de statuti dispositione dubitaretur. Per hoc igitur qd' in proposito validissimum est argumẽtum ab alijs non ita declaratum, cum hac opinione consulendo, iudicando, ac disputando omninò pertranseundũ esse censeo. Quod sanè non procedit quando debitum esset iuratum, & de iuramento nulla fit in statuto mentio, vt latè per Port. lib. 3. commun. opinio num, conclus. 29. ampliat. 4.

89 Est animaduertendum præterea, † q̃ si iudex mandat tutori, vt faciat compromissum necessarium ex forma statuti, ille iussus, & pronunciatio iudicis de compromittendo, habet vim decreti, in tantùm quod valet compromissum, etiam ex interuallo factum, super immobilibus sine alio decreto. arg. no. in l. omnium, C. de testamen. quod sequitur Io. Baptista Caccialup. in tract. de transact. quæst. 7. num. 7.

INSPECTIO IX.

90 Constito an † minor compromittere valeat, videndum nunc est, An possit lites exercere; id quod cũ possit dupliciter côtingere, vel qd' ipse alteri litẽ moueat, vel quod ab alio ipsi moueatur; ideo de duobus separatim tractari debet. Quo ad Primũ, concludendum est, minorem non posse actiones quas habet contra aliquem exercere, seu litem mouere, nisi iudicis accedat decretum: Et licet casus iste iuris dici minimè possit, validissima nihilominus ratione nititur: Siquidem qui alienare prohibetur, vtique & litem mouere vetatur, doctrina Bart. communiter approbata ad l. ait prætor, in princip. ff. de iure delib. qui ad id semper adduci solet, (Absurdum etenim est, ei cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere, & ita Labeo scribit, prout refert Vlpianus d. l. ait prætor.) cum qua doctrina concordat glos. prima propè finem, in cap. edoceri, versi. & dicit tex. extra de rescript. glos. prima, circa princip. in cap. contingit, extra de transact. sequunturq. id DD. passim, Bartol. & Castr. d. l. ait prętor. And. de Isern. in c. si vasallus, de feudo, tit. si de feudo fuerit controu. inter dom. & agna. Bald. in l. vlt. colum. 2. vers. item regula, C. de petit. hæreditat. in cap. Imperatorum, nu. 8. de iuram. calumn. inquiens valere argumentum, quod qui non potest absque decreto alienare, nec etiam possit super eisdem agere, & consil. 250. viso isto processu, post princip. lib. 4. Castr. consil. 119. videtur dicendum, circa finem, libro 2. inquiens, quod sicut mulier in casu de quo ibi, non poterat alienare, ita nec in iudicium deducere. Dec. consil. 445. in casu, num. 24. Crauetta consil. 197. nu. 7. lib. 1. Tiraquell. de legibus connub. gl. 5. num. 207. Bertachin. in tract. de Episcop. in 4. par. 4. libri, quæst. 45. versic. quæro etiam, nu. 145. & Cacheran. in decis. Pedemont.

decis. 62. num. 13. quod confirmatur ex eo, quia mouēdo litem,& sic actiones exercendo, quis dicitur rem in iudicium deducere; sed in iudicio quasi cōtrahitur, l. 3. §. idem scribit, ff. de pecul. Minorq. non solum ex contractu, sed etiam ex quasi contractu, vel alio quocunque modo obligari prohibetur, l. sed si pecunia, §. si ius, ff. de rebus eorū, & l. non solum, C. de præd. minorum. meritò non debet minor absque iudicis auctoritate litem mouere posse. Præterea, qui non potest immediatè alienare, vt est minor, non potest etiā facere actū per quem sequi posset alienatio, glos. notab. in l. item quia, ff. de pact. & in l. codicillis, §. matrem, vbi Bart. ff. de leg. 2. diximusq. supra latè
91 lib. 1. tit. 3. num. 7. † Sed mediante sententia sequi posset alienatio, quæ propter rei iudicatæ auctoritatem absque alio decreto valida esset, l. sed si pecunia, §. item quæri potest, in fine, ff. de rebus eorum qui sub tutor. vel curator. sunt, ergo. Id quod potest esse apprimè vtile, ex eo quòd si tutor calumniosè litem mouens, contra aliquem, ita quòd tutorio nomine fuerit in expensis condemnatus, executio contra pupillum fienda est, l. qui solidum, §. 2. de leg. 2. Bart. in l. si dolo tutoris, ff. si quis omissa causa testam. Specu. de execu. senten. §. sequitur, vers. quid si pupillus. & firmat Capella Tholos. decis. 40. num. 1. quod rarò contingeret iudicis intercedente decreto; quomodo autem dicto casu subueniatur pupillo, ponitur per Addi. d. deci. 40. num. 2. In contrarium verò, quod immò contra tutores sit faciēda executio, cum calumniosè agit, est text. in l. non est ignotum, ff. de admini. tut. vbi Sali. constituens differentiam inter procuratorem generalem non habentem speciale mandatum ad causam, & habentem speciale mandatum; quam differentiam videntur firmare Addit. ad d. decis. 40. vbi est videndum: Intelligas tamen id non posse minorem alteri litem mouere, seu actionem quam habet contra aliquem exercere absque iudicis decreto, qn̄ ꝓprio nomine ageret, secus si alieno, cū valeat minor alieno nomine contrahere sine aliqua solēnitate ad commodum aliorum, sine dāno tamen ipsius, Ang. Are. Rom. Alex. & alij in l. quamuis, in princip. ff. de acquiren. poss. Bald. Roman. Alex. Ias. & Socin. in l. quæsitum, ff. de in ius vocan. Maria. Soci. in cap. vt famæ, nu. 78. de senten. excommun. Hippo. Riminald. Inst. quib. alien. licet, vel non, §. 2. num. 3. Tiraquell. de legib. connub. gloss. 5. nu. 172. Quod adeò verum est, vt etiā si minor donaret, vel vēderet res Titij de consensu ipsius Titij, cui postea minor succedat, adhuc tamen nequeat talem alienationem, seu donationem sine debita solemnitate celebratam, infringere, doctrina Baldi in l. vlt. in fine, C. de pact. quam sequitur ibidem Ias. in 7. not. num. 2. per illum tex. Alex. cons. 215. pōderatis narratis in themate, col. 1. lib. 6. & Tiraq. de legib. connubia lib. glos. 8. num. 178. Talis etenim actus, seu distractio non accipit robur ex promissione minoris, sed ex consensu maioris, ex quo principaliter dependet: & idem etiam concludas in filiosfamilias qui potest nomine alterius agere sine consensu patris, C. qui generaliter, ext. de procurat. in 6. & l. filiusfamilias, §. ipse quoque, ff. eod. Specul. in tit. de actore, in princip. num. 34. Barto. d. §. ipse quoque. Bald. dicta l. quæsitum. & ibidem Ias. nu. 3. qui reprobant glos. contrarium sentientem, in l. cum non solum, §. necessitatem, C. de bon. quæ liber. Idque verissimum est, quantum ad annullandum obligationem illius, cuius nomine contrahitur, vt si minor contraxit procuratorio nomine alterius, secus autem si quęratur quoad prę iudicium ipsius minoris, qui quemadmodum proprio nomine contrahendo non posset sibi præiudicare, ita nec alieno. & ita pdicta intellexit Castren. ad l. cuicumque, §. si ab alio, ff. de institut. & alij omnes supra citati: Et ad minorem

norem non posse de rato promittere, scripsit Specul.lib.1.partic.2.ti.de acto re,in princip.num.10.Ex quibus ipse puto nouiter inferri posse, quod filiusfamilias, vel minores qui procuratoris officium exercent,non possent alterius nomine agendo, de rato promittere, cum permittatur eis alterius nomine, & agere, & contrahere, sine damno tamen, & præiudicio ipsorum: Ideo dum antiquissimę,ac nobilissimæ Prænestinę ciuitatis Gubernator essē, pluries recusaui admittere promissiones de rato, quas quidam procuratores filijfamilias alterius nomine sine mandato agentes, faciebant, quod est in proposito nouum, & notabile dictum a nemine adhuc, quem viderim in indiuiduo, & in his terminis tactum, licèt possit sæpè de facto contingere, prout sæpissimè mihi contingit in dicta ciuitate Prænestę, quæ de Illustrissimo,ac Excellentiss.Iulio Cæsare Columna illius Principe meritissimo,plurimum gloriari debet, cum is Religionis, Pietatis, ac Iustitiæ sit obsequentissimus, virtutumq. prope omnium amplitudine insignis,de quo expertus ipse loquor,plures profectò de suarum laudum meritis conscripturus, si eximia præclarissimi huius Herois modestia, & locus paterentur.

92 Quo ad secundum, †cōtraria constituenda est decisio,quod minori lis moueri possit,& si contra eum feratur sententia,tutoresq. restituant, valebit alienatio propter rei iudicatæ auctoritatē, licet nullum interuenerit decretum.ita probat expresse text.d.l.sed si pecunia, §.1.& §.itē quæri, in secūda par.l.a Diuo Pio,§.vlt.in fine,ff.de re iudic.& l.1. C.de præd.minorum.Nicol.Vigel. ff. lib.18.parte 2.cap.6.reg.1.except.25. Curt.sen.consi.27.Magnificus vir, col. 8.Paris.consi.98.num.79.lib.1.Thom. Grammat.consil.15.circa finem.Afin. in sua Praxi iudiciorum,§.31.ampliat. 36.& Iacob.Menoch.de arbitra.iudic. lib.2.cent.2.casu 171.num.72.ratioq. est,quia ista non est spontanea, sed coacta, & necessaria alienatio iudicis auctoritate facta,& ob id propriè alienationis nomine non continetur. Curt. sen. d.consi.27.quem refert & sequitur Iacob. Menoch.d. casu 171. num. 72. Quęuis etenim dispositio de alienatione loquens,non intelligitur de necessaria,secundum Socin.consil.90.colum. vlt.lib.4.Roland.a Valle consil.21.nu. 16.lib.1. & dixi supra in princip. tract. num.5.Et ex causa litis licitum esse minori bona alienare, ac etiam absque decreto pro exercitio litis immobilia obligare, adnotauimus supra inspect. 8.num.87.& seq.

93 Est & alius casus, † quo minor sua bona in iudicio amittit, nullo interueniente decreto;quippè,si fundus pupillaris a tutore petitus sit, & aduersarius non restituat,sed litis æstimationem offerat, alienatio contingit, d.l.sed si pecunia,§. item quæri,in prima par.& ratio est eadem quæ in superiori casu, qa hæc alienatio non spontè tutorum fit, vt dicitur d.§.item quæri: pro quo etiā facit optimè l.1.ff.de fun.dot.

Contra istud tamen videtur aliqualiter obstare,quod alienatio magis voluntaria,quàm necessaria dicatur. Nā aut ille qui conuentus fuit per tutorem possidebat rem petitam,& tunc præcisè cogitur rem restituere, nec potest litis æstimationem offerre, l.qui restituere, ff. de rei vendicat. Aut dolo desijt possidere,& tunc idem,quia doloso nō cedūtur actiones,l.is qui dolo, ff.de rei vendicat. tutores ergò qui omittunt petere rei restitutionem, & recipiunt litis æstimationem, spontè alienant; vnde non debet valere alienatio, cessante ratione supra adducta, arg.l.adigere, §. quamuis, ff.de iure patronat.Cui tamē obiecto potest facilè satisfieri,considerando, quod non procedit huiusmodi argumentum a sufficienti partium enumeratione, cum nō fuerint omnes partes enunciatæ, l.filius, §. filiusfamilias, & ibi glos.ff. de lib. & posthum. & latè

Euerard.

Euerard. in loco a sufficienti partium enumerat. Sed isto casu potest esse, qđ possessor culpa desierit possidere, vnde sibi ceduntur actiones, & liberatur dādo litis æstimationem, l. si culpa, ff. de rei vendicat. & sic alienatio non fit voluntate tutorum, vt dicitur in textu. In
94 ciuilibus † namque causis litis æstimationi locus non est, quando rei vendicatione aduersus malæ fidei possessorem agitur, qui rem possidet, d. l. qui restitue re, vel dolo malo desierit possidere, d. l. is qui dolo. Item cum actione personali certam speciem in qua probabilis esset affectio quis deberet, l. vbi autem, §. vlt. ff. de verbo. obligat. quibus casibus exceptis, videtur semper & promiscuè reus litis æstimatione soluta liberari posse, vt declarat notanter Alciat. lib. 3. Parergon iuris, c. 18. quem locum notes perpetuò ad materiam æstimationis litis, cum ibi ab eo quędam non iniucunda declarentur.
95 Ex quibus † postmodum DD. optimas colligūt cautelas, vt res minorum possint sine decreto distrahi; quarum altera est, quod subijciatur aliquis qui rem petat, & tutor patiatur se succumbere: Nam tunc propter rei iudicatæ auctoritatem valebit alienatio, etiam quod nullum interfuerit decretum, d. §. item quæri.

Altera cautela è conuerso est, vt tutor patiatur pupillare prædium ab aliquo possideri, & postea petat; aduersarius verò offerat litis æstimationem, vel feratur absolutoria pro possessore, d. §. item quæri. quas cautelas referunt, & sequuntur Azo in Summa, C. quando decr. opus non est, numero 3. versicu. item si tutor, & versic. seq. Nicol. de Neap. Alberic. & Bald. d. §. item quæri. Bartol. in l. filiusfamilias, §. Diui, numero 9. & ibidem Ripa, num. 59. ff. de leg. 1. Nicol. Vigel. ff. lib. 18. p. 2. capitu. 6. reg. 1. except. 26. Bertachin. in verbo, alienatio, sub versicu. 170. & in verbo, prohibitus, versicu. 48. in suo repertorio. Alciat. lib. 3. Parergon iuris, cap. 18. versicu. si fundus. Ferand. Vasq. de success. creat. titu. de testam. pot. §. 10. num. 78. vers. quinto.
96 Et ex his † puto malè sensisse Bal. c. vlt. colum. 2. de confess. volens, quod si adultus conuentus rei vendicatione super re immobili, confiteatur in iudicio cum auctoritate curatoris, rem esse aduersarij, non valet; quia esset quædam alienatio rei immobilis, ex quo sequeretur, quod prohibitum vna via, concederetur alia, & Bald. reprehendit Ant. Gomez. de contractibus, cap. 14. numero 15. versiculo nono, [illegible] re; quia adultus est capax iuramenti iudicialis, vel extraiudicialis, Auth. sacramenta puberum, C. si aduers. vend. Ergo videtur quod debeat esse capax eorum quæ ab eo dependent; quæ ratio vtique mihi videtur insulsa, & melius reprehendisset Bald. si huiusmodi cautelas allegasset, ex quibus minori permissa est alienatio etiam nullo intercedente decreto. Et ex his magna excogitari potest fraus qua poterit rei minoris fieri alienatio, cū iudicis decretum non requiratur.
97 Vnde solent prędicta declarari, † nō procedere, quando detegeretur collusio: Nam tunc huiusmodi cautelæ nihil prodessent, l. 1. & l. cum non iusto, ff. de collus. detegen. Alber. d. §. itē quæri. Bart. num. 9. & Ripa num. 59. d. l. filiusfamilias, §. Diui.
98 Idq. quod in minore dictum est, † vēdicat etiam sibi locum in furioso, prodigo, in muliere, ac generaliter in qualibet persona alienare prohibita, secundum Nicol. de Neap. d. §. item quæri. Et omne id quod in isto tract. dicitur de minore, adaptari vtique poterit ad omnes personas iure communi, vel municipali distrahere prohibitas, attenta ratione ex qua decretum exigitur.

INSPECTIO X.

Qvoniam ex litibus cōpositiones, seu transactiones sæpissimè

oriun-

ornuntur, de ipsis trãsactionibus, necessariò pertractandum nobis nunc est.

99 Quæritur igitur, † numquid minori sit prohibita transactio? & vtique passim concludunt Scribẽtes, eam absque decreto prohibitã esse. ita sensit Accur. ad l. 1. C. si aduers. transact. & ibidem Bart. num. 2. Castr. num. 2. Salice. nu. 2. vers. est igitur conclusio. & alij DD. omnes id ibi sequuntur. Bar. & Ias. in l. nulli. & Castren. in l. cum hi, §. si cum lis, ff. de transact. Io. Fab. in suo Breuiario, ad l. non solum, num. 1. C. de præd. minorum ... Franc. de Pad. in l. præses, C. de transact. Iacobin. de S. Georg. in l. 1. colum. 1. C. eod. Bal. in l. pactum curatoris, sub nu. 2. vbi etiam Salic. sub num. 2. C. de pact. Ant. de Petrut. in l. 1. num. 130. ff. de iureiur. Alex. in apostill. ad Bart. in l. potest, ff. de auctoritate tut. & in Auth. hoc ius porrectum, in littera C. Cod. de sacrosf. eccl. Ias. in l. mandata, nu. 4. ff. de offic. eius. & l. fin. nu. 122. C. de iure emph. Ploti in repetit. l. si quando, num. 166. vers. sic etiam, C. vnde vi. Bald. cons. 415. lib. 1. Corn. cons. 252. primò videndum, col. 5. volum. 3. Soc. iun. cons. 144. num. 21. & 22. lib. 1. Paris. cons. 12. num. 39. lib. 2. & cons. 85. num. 15. & 34. lib. 3. Aymo Crau. cons. 197. num. 7. lib. primo. Ruin. cons. 129. num. 2. & 3. lib. 5. Roland. a Valle cons. 7. num. 18. lib. 3. Cephal. cons. 207. num. 19. lib. 2. & nouiss. ordinatissimus præceptor meus Tobias Nonius cons. 88. num. 16. necnon clarissimus Hieronym. Gabriel. consi. 56. num. 23. volum. 1. Euerard. in loco a contractu ad distractum, versi. quartò volo. Practicus Papiensis in forma libelli, quo agitur ad re. ra. tut. §. & curatores erant, sub num. 11. Ioan. Baptista Caccialup. in tract. de transact. quæst. 7. nu. 6. Anto. Gomez. de contractibus, cap. 14. sub nu. 14. vers. octauo. Ferand. Vasq. de success. crea. tit. de testam. por. §. 10. sub num. 72. ampl. 20. Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. cent. 2. lib. 2. casu 171. num. 40. & 41. Valentin. Forster. in tracta. de success. ab intesta. mihi fol. 323. versi. primo, & fol. 324. vers. idem enim. & Guglielm. Redoan. de alien. rerum eccl. in princ. fol. 3. nu. 16. & 17. Idq. lege, & ratione probatur. Lege in l. non solum, ibi (Sed neque transactionis,) C. de præd. minorum.

100 Ratione autem, † quia transactio dicitur alienatio, secundum Bald. d. consil. 415. Crauetta d. cons. 197. num. 7. Menoch. d. casu 171. numero 40. & 41. hanc eamdem rationem reddens. & Gugliel. Redoan. d. fol. 3. numero 12.

101 Ex quo apparet † grauiter errasse Rip. in l. 1. §. fuit quæsitum, in fine, ff. ad Trebell. dum firmat alienationem factam a minore ex causa transactionis, absque decreto validam fore, & licet fortasse voluerit sentire Ripa, qd propter dubium litis euentum debeat permitti trãsactio, decipitur tamen in eo, quod putat id absque decreto minori permissum; quia satis operantur iura, vt vigore transactionis res prohibita alienari, transigendo possit alienari, absque eo quod sine decreto fiat transactio, vt considerauit Federic. de Sen. consi. 94. quem refert, & sequitur Abb. consil. 56. lib. 1. qui licet loquantur in transactione quæ fit de rebus ecclesiæ, idem tamen ex rationis identitate dicendum est in minore. arg. l. illud, cum vulg. ff. ad leg. Aquil. Satis siquidẽ operatur trãsactio, si loco causæ deseruiat, non etiam loco decreti. arg. eorum quę diximus supra, lib. primo, tit. 2. inspect. 4. sub num. 28. & dicemus lib. seq. titul. pen. inspect. 12. circa finem, vers. ego verò. Concludendum igitur est, transactionem absque interuentu decreti fieri minimè posse.

102 Quod adeò verum est, † vt licet res immobilis dimissa ex causa transactionis, nõ dicatur alienari, l. si pro fundo, & quod ibi not. C. de transact. Bal. d. consi. 415. & Alexand. consil. 41. viso themate, lib. 6. Tamen si minor sit qui dimittit, exigitur decretum, ac si propria,

pria,& vera esset alienatio, secundum Salicet.in l.1. circa finem, C. si aduers. transact. Non potest siquidem minor transigere quando agitur vt res remaneat aduersario, etiam si aduersarius esset in possessione eius rei immobilis. Barto.in l.nulli,ff.de transact.ad quod allegat glos.in l.cum hi,§.si vni, in verbo transactio,ff.eod.dicens id cordi tenendum;refert & sequitur Ias.d.l.nulli,id singularissimum appellans. Contrarium tamen quando minor non possidet tenuerunt multi,cum non dicatur alienatio sequi, etiam si apud aduersarium res remaneat, ad not. in l.si pro fundo, C.de transact. & consuluerunt Ruin.cons. 11.col.2.lib.4. Dec. consil. 474.colum. 1.& cons. 564.colum. pen. in fine.Roland.à Valle cons. 15.num. 44.lib.1.Alciat.respon.94.num.5. Menoch.de arbitrar.iudic.cent.2. libro 2. casu 171.num.74.& moderni Assisienses in decis.causarum Perusinarum,decis.35.num.8.par.1. Superiorem tamē sententiam veriorem crederem, quod requiratur decretum etiam isto casu, per rationem quam considerat Salic. in l.1.circa finem, C.de transact.quippè propter perpetuam exceptionem, quæ paratur contra illius vendicationem.arg.l.1.ff.si quis in fraud. patr. & l.vlt.C.de reb.alien.non alien.Et sic paria sunt alienare, vel perpetuam exceptionem contra se parare. Pro qua etiā facit d.l.non solum, ibi (quo quomodo.) & l.sed si pecunia,§. si ius,ff.de rebus eorum,vbi minor prohibetur omne ius alienare, ergo & illud ius quod habet in re super qua transegit.

103 Declaratur † modò communis cōclusio supra firmata,vt procedat quando transigitur super re immobili danda aduersario,aliquo retento,secus verò si retineretur res immobilis per minorem,aut eius administratorem, aliquo dato aduersario: nam tunc valet transactio absque decreto, quia ista nō dicitur alienatio, gl. sing.quam omnes cōmendant in d.l.nulli,vbi Bar.& Ias. idem Ias. in l.2.nu.4. ff.de off.eius. Io. Fab.in suo Breuiario,ad l. non solum, numero primo, C.de præd.minorum. & Anto.Gomez. de contractibus,cap. 14. numero 15.

104 Ex quo Bar.d.l.nulli,infert,† quod licet prelati ecclesiarum non possint trāsigere de re ecclesię, est verum, vt eam alijs dent, vel alienent, aliàs si vt eam retineant, aliquo fortè dato, vel facto, tunc licet.& ita consuluit Abb.cons.57. videtur primò, quod spectet. & consil. 63.illud de iure queritur, colum.3.lib. 1.sequitur Ias.d.l.nulli, & Gulielm.Redoan.d.fol.3.& 4.nu.18. Quod tamen intelligendum ipse puto, cum aduersario datur pecunia, vel aliud quod non possit seruando seruari: Nam tunc potest absque decreto dari, vt retineatur res immobilis, & ita videntur loqui DD. secus si daretur alia res immobilis: nam tunc necessarium esset decretum,quo iudex diligenter animaduertat, an talem rem dare expediat pupillo,an potius eam retinere, & illam dimittere super qua est controuersia.Declaratur secūdò in patre legitimo sui filij administratore, qui vtique valet absque decreto transigere de bonis ipsius filij,glos.in l.de re filiorum, ff. de transact.Ias.in l.nulli, in fine, ff.eod. Boerius in sing.in verbo decretum;quod sanè intelligi debet, si transactio sit cautè,& prudenter acta,nec redundet in filij prędiciū. Boer.d.sing.Alex.cons. 176.in fine, lib.2. & Bald. consil. 357. nulla mulier, colum.2.lib. 1. & consil. 331.quędam puella, colum.2.libro 3. & Alexand.consil.176.in fine,libro 2. Permissum est etenim patri, filij bona, legitima existente causa,absque decreto etiam distrahere, vt dicetur latiss. infra tit.8.inspect.1.

105 Forma autē decreti† in trāsactione talis est, vt iudex diligēter cognita litis ambiguitate,visisq.trāsactionis,pactis, & cōditionibus minori vtilibus, potius quā damnosis, pronūciet transigēdum esse,& ea celebrata,ab ipso iudice con-

firmabitur, quā formam tradidit eruditiss. Menoch. de arbitr. iudic.cent.2. lib.2.casu 171.nu.41.& seq. Ille autem erit iudex competens ad interponendum decretum super transactione, qui esset iudex competens in lite super qua transigitur, vt scribit Castrens.ad l.cum hi, §. transactiones alimentorum, in princ.ff.de transact.

INSPECTIO XI.

SOLET quandoque transactio non solum minoribus, sed etiam maioribus prohiberi, quippè quando transigitur super alimentis, in qua si non interuenerit decretum dicetur nulla: Sed quoniam id absolutè verum non est, duæ sunt considerandæ inspectiones.

106 PRIMA erit,† quando debentur alimenta ex vltima voluntate, in qua tres sunt considerandi casus.

PRIMVS est, quando transigitur super alimentis præteritis, & tunc vtique concludi debet, transactionem valere absque decreto, vt rescripsit Gordianus Imperator in l.de alimentis, C. de transact.& notatur in l.cum hi, in secunda glos.ff.eod.

SECVNDVS casus est, quando fieret transactio super alimentis futuris, & tunc vtique contraria superiori facienda est conclusio, quod non valeat transactio absque iudicis decreto. Barto.in tract.de alimentis, num.33. Salic.in l. 2.nu.9.C.de pedan. iudicibus, & probatur d.l.cum hi, in princ.Eaq. est ratio, quia ex futuris alimentis dependet vita hominis. Bart.d.tract. de aliment. num.33.Bald.Salicet. & Iaf.d.l.de alimentis.Plot.in repet.l.si quando, num. 166.C.vnde vi.Iacob. Menoch.de arbitr.iudi.lib.2.cent.2.casu 170. in fine. & Sebastian. Med.in tract. de reg.iur. reg.5.nu.208.& reg.7.nu.110. Limitatur secundus iste casus interueniēte iuramēto. Bart.in l.si quis pro eo, col.vlt. vers.decimo prohibetur, ff.de fideiuss. Dec.d.l.de alimentis. Tiraq.in præfat. l.si vnquam, nu.141.C.de reuoc.donat. Alciat.in c.cū contingat, n.106. & seq. D.da. in c.quāuis, de pact.p.2.§.6.q.17.

107 TERTIVS & vltimus est casus, qn† fieret transactio super alimentis futuris, sed ea tamen esset a testatore permissa, quo casu licita est, ēt nullo interueniente decreto. Dec. d.l.de alimētis, in fine, & ibidem Alcia.nu.5. & Iacob. Menoch.d.casu 170.n.32. & casu 171. n.68. quod ipsi probant, arg.l.non tantum, §.his autē, & l.alieno, §. qui fideicōmissariam, ff.de fideicommiss.libert. vbi minor manumittit, & alienat ex fideicommisso, & iussu testatoris, quod aliàs facere non posset, lege prohibente, & rescripserunt expressim Cæsares in l.1.in fine, C. qn̄ decr.opus non est, ibi, (si voluntati pareatur defuncti.)

108 Et generaliter† non solū ex vltima testatoris voluntate pōt fieri trāsactio, seu alienatio inconsulto pretore, sed ēt ex voluntate patris collata in cōtractu, & sic in actu inter viuos, l. magis puto, §.si fundus, & §. si pupillus, & l.vlt.ff.de rebus eorum.& in proposito est elegās Cesarum rescriptum ad l.3.C.qn̄ decr. opus non est, vers. (nisi parentis voluntas, vel testatoris.) primum igitur dictū intelligitur de contractu inter viuos, & id fuerunt secuti Azo in Summa, C.qn̄ decr.opus non est, num.1.ver.item pp. Io.Fab.in suo Breuiario, ad l.prędium, C.eod.Bart.in l.qui Romæ, §.cohæredes, in fine, ff.de verb. oblig.& ibidem Iaf.n.21.& Zaf.in fine, qui putat quod necessarium sit decretū, sed malè equidem putat, per prædicta. Dec.in d.l.de alimentis, in fine. Iaf.in l.mandata, nu. 8.ff.de offic.eius. Cagnol.in l.2.nu.150. vbi latè, C.de pact.inter emp.& vend. Pinell.in l.1.par.3.sub num. 24. & 51. C.de bon. matern. Nicol.Vigel.ff.lib. 18.par.2.cap.6.in prima except.1.reg. Alex.consil.215.lib.6.Socin.sen.consil. 48.col.3.vers.octauo, & cons.53.col.4. versic.his tamen, lib.1.Paris.cons.96.& seq.lib.primo.Iaf.consil.48.lib.1. Dec. cons.556.& cons.558. Neuizan.consil. 84.num.

84. num. 3. Roland. a Valle consil. 99. num. 39. cum seq. lib. primo. Bald. Nouell. in tracta. de dote, specu. 58. Fab. de Mon. in tracta. de empt. & vendit. 5. q. princ. sub num. 98. versic. item quinto. Constantin. Harmenopulus in Promptuario iuris ciuilis, lib. 5. tit. 11. de alienatione, in princ. Hipp. Marsi. in tract. Bannit. in verbo, Bona, n. 70. Menoch. de arbitr. iudic. cent. 2. lib. 2. casu 171. num. 67. cum seq. & Iodoch. Damhouder. in subhast. compend. exeg. capit. 2. num. 21.

109 Adeoq. verum est † ex voluntate testatoris posse alienationem fieri sine decreto, vt etiam quod testamentũ irritum sit, adhuc tamen probat voluntatem testatoris, vt notanter respondet Paulus I. C. in l. Paulus, quæ est lex vlt. ff. de rebus eorum. per quem textũ ita ibidem voluere Bart. Bal. & alij. Ias. d. l. mandata, num. 8. & d. §. cohæredes, num. 21. Ripa in l. 1. nu. 164. ff. de vulg. & pupill. Nico. Vigel. ff. lib. 18. d. excep. prima, versic. secunda replicatio. Aret. consil. 17. colum. 8. & cons. 103. Rom. cons. 178. Iacob. Mandell. consil. 4. nu. 41. Roland. de Curte consil. 123. num. 69. ad cautelam vltim. volunt. & Philippus Francus cons. 116. num. 15. Anton. Gomez. de contractibus, cap. 14. num. 16. & Menoch. d. casu 171. num. 70. & ad id potest adduci textus in l. in testamento, ff. de fideicõmiss. liber. & in l. & si transferam, ff. de adim. legat.

110 Notes tamen, † quod licet ex testamento inualido probetur voluntas testatoris, secus esse ex scriptura a testatore confecta, ex qua eius voluntas minime probatur. Dec. consil. 448. Quod tñ nõ procedit, si reperiatur scriptura manu testatoris scripta, in qua contineatur eius dispositio inter liberos, tũc etenim optimè probat, Auth. quod sanè, C. de testam. Alex. cons. 105. in fine, lib. 7. testans de magis communi. Dilectus de arte testandi, tit. 2. caut. 2. in fine. & latissimè Clar. lib. 3. receptarũ sent. q. 14.

111 Secundò ampliatur † id verum esse, etiam si statuto caueatur, quod bona minorum nõ possint alienari, nisi præcedente iusta causa, & decreto iudicis, quod statutum locum non habet quando ex auctoritate data a testatore processum esset ad alienationem, non seruata solemnitate, siue testator specialiter, siue generaliter dederit potestatẽ. ita consuluit Alex. consil. 215. in princ. vol. 6. quem sequitur Roland. a Valle cons. 99. num. 41. lib. 1.

112 Intelligas tamen, † qđ voluntas patris operatur, quod res immobilis pupilli possit alienari sine decreto, quamuis nulla vrgeat necessitas, prout regulariter requiritur, non tamen operatur, qđ possit alienatio celebrari, si ea in vtilitatem ipsius minoris non redundaret. ita notanter consuluit Paris. cons. 85. col. fi. vers. nec obstat, vol. 3. vbi inquit, quod si dicatur trãsactionem, seu alienationem valere, ex quo dependet a facto paterno, licet nulla interuenerit solemnitas, vt id procedat, quando æs alienũ non poterat aliter persolui; secus si alio modo sine incommodo pupilli persolui possit. & Paris. sequitur Rolan. a Valle d. cons. 99. n. 45. ad quod in proprijs terminis poterat allegari Soc. in l. qui Romæ, §. cohęredes, in 6. not. quẽ ibidem refert, & sequitur Ias. nu. 23. ff. de verb. obligat. quam declarationem notes perpetuò, quia notabilis est, & multum proficua minoribus. Secũdò declara id verum non esse si contra formam in testamẽto datam sit alienatum, l. tutelam, C. de administrat. tut. Nico. Vigell. per illum tex. ff. lib. 18. p. 2. c. 6. except. prima, vers. huius. Declaratur Tertiò non procedere, qñ solum coniectura prędecessoris pręcessisset, vt putà si defunctus res venales habuerit dum viueret, non tamẽ cauerit vt distraherentur, abstinendum erit a venditione, l. 1. §. si defunctus, ff. de rebus eorum. & dixi latè supra hoc eod. titul. inspect. 4. num. 41.

113 SECVNDA subsequitur inspectio, † quando debentur alimenta ex

contractu inter viuos, & tunc valet trãsactio absque decreto, d. l. cum hi, §. planè. Barto. d. tract. de alim. num. 34. Salicet. Ias. & Dec. d. l. de alimentis. Ias. in l. quæ legato, numer. 24. de leg. 1. DD. communiter d. l. cum hi, & Menoch. de arbitr. iudic. cent. 2. casu 170. in princip. lib. 2.

114 Cur autem † ex contractu inter viuos permittatur transactio absque decreto, cum secus dispositum fuerit in contractu ex vltima voluntate, ea potest diuersitatis ratio reddi; quia in debitis ex vltima voluntate concurrunt duo vincula, quæ magis stringunt, quã vnum, §. affinitatis, Institu. de nup. & §. sed hodie, versicu. si verò pater, Inst. de adopt. nempè, fauor alimentorum, & vltimæ voluntatis. In alimentis verò ex contractu inter viuos debitis, est vnicus tantum fauor, quippè alimentorũ. Secunda potest reddi ratio: quia alimenta debita ex cõtractu inter viuos, debẽtur mihi meæ industria, & quemadmodum fui diligens in quærendo ea, ita presumor diligens in retinendo, secus verò in his quæ ex vltima voluntate debentur; quia cum ex aliena prouisione debeantur, cessat prædicta presumptio, §. ex cõditionali, Inst. de verb. obligat. Aliã rationem reddit Duaren. lib. 1. Disputationum anniuers. cap. 44. quem refert Menoch. d. casu 170. nu. 3.

115 Quid autem † si fieret transactio sine decreto, quæ ipsi transigenti vtilis esset? eam valere concludas, vt expressim deciditur d. l. cum hi, §. quid ergo. Noluit enim oratio (vt dicitur in textu) alimenta per transactionem intercipi; de cuius l. intellectu latè dicemus lib. 3. tit. 8. num. 128. Procedit tamen id qđ diximus, quando non receditur a forma alimentorum; secus si ab ea recedatur, quia tunc etiam si pro alimentario vtile esset, non posset transactio absque decreto fieri, secundum Barto. d. l. cum hi, §. si prætor. Ex quibus habes plenè tractatum, An, & quando sit facienda transactio.

INSPECTIO XII.

116 Vidimus supra, † quod potest moueri lis minori, an etiam interpellatio ei fieri possit? id quod parũ fuit a Doctoribus tactum, nec etiam, vt arbitror, a Iurecons. excogitatum. Et ideò cum de hoc legem nõ habeamus, & vnicuique quod sibi videtur firmare permissum sit, (iuxta ea quæ edixit Paulus I. Consul. ex sententia Labeonis ad l. qualem, ff. de arbitr. & Vlpianus ad l. quia poterat, ff. ad Trebel.) variè circa id senserunt Scribẽtes, & vsque ad tres reperi sententias.

Altera est, quod quemadmodũ minor non posset sine decreto alienare, ita nec etiam possit ei absque iudicis auctoritate interpellatio fieri. Iacob. de Aret. Barto. Angel. Raphael, & Imol. in l. si ex legati causa, ff. de verb. obliga. prout ibidem refert Alexan. num. 4. & Ias. sub num. 14. versic. capio glos. circa finem, vbi dicit hanc sententiam communem * esse. Bal. in l. quod te, colum. 11. ff. si cert. pet. Pro qua opinione duo potissimum faciunt, & Primò, Quemadmodum ea quæ seruari possunt, sine decreto alienari non valent, ita nec etiam super his interpellari poterit. Secundò mouetur Bart. argum. l. is cui, §. cessatum, ff. vt in poss. legat.

Secunda superiori contraria est opinio, quam expressim firmauit Castr. d. l. si ex legati causa, in fine, & Salicet. in l. mora, num. 5. ff. de vsur. quod immò minor adultus curatorem non habẽs, possit absque alio decreto interpellari, & mouentur contra communem ex l. sed si ex stipulatu, quæ immediatè subsequitur d. l. si ex legati causa, in sui generalitate, cum ibi fiat interpellatio minori de Sticho seruo, qui seruari potest, & tamen fit solum mentio de tutore, nihil autem dicitur de decreto, quod vtique omissum minimè fuisset verisimiliter, si necessariò requireretur. Secundò mouetur Salicet. in d. l. mora, ponde-

rando ibi glos. in verbo, (Impossibilis,) vbi dicit, constitui in mora maiorem, 14. ann. & non distinguit, an curatorē habeat, vel non, nihilq. de decreto dicit. Intelligenda est igitur prædicta gl. quod minor possit in mora constitui, siue habeat curatorem, siue non, etiam sine decreto. Et parum quidem vrgent ea quæ pro contraria opinione fuerūt adducta. Et Primò, quia licet minor alienare nequeat, tamen debet offerre, & ostendere se paratum soluere: Nam tunc postea creditor curabit, vt decretum interueniat. Ita respōdit Castr. quem refert Alexand. d. l. si ex legati causa, & Salicet. d. l. mora. Item ad d. §. cessatum, respondetur, quod ibi interpellatio, & monitio fuit iudicialis, vt patet per continuationem quam habet §. ille ad §. præcedentem: ideo dicit ibi text. quod contra adultum indefensum non valet, quia legitimam personam standi in iudicio non habet.

Tertia est sententia, quæ opinionū timore distinguit, quod, Aut in ipso contractu in quo interuenit obligatio, intercessit decretum, & tunc in interpellatione nullum aliud requiritur decretum, cum non videatur esse necessarium in ipsa traditione, seu executione. Bald. in l. 1. circa medium, C. si aduers. transact. & faciunt plura quæ diximus supra titu. 5. num. 45. Aut in contractu obligationis in quo requirebatur decretum, ipsum non interfuit, & tunc procedat opinio communis, quod in interpellatione exigatur decretum. ita notanter distinguit Alexand. d. l. si ex legati causa, num. 4. versi. potes concludere, quem ibidem sequitur Ias. sub num. 14. versic. capio glos. vbi detegit Alexan. furtum, dicens, quod ante eum ita distinxit Cuman. d. l. si ex legati causa. Verum hæc distinctio apud me nequaquā est tuta, & licet a nemine quē viderim reprobatam repererim, nihilominus eam omninò falsam esse censeo, & miror quod tam grauissimi viri fuerint in hoc ita decepti.

Si quidem primum distinctionis membrum non videtur tutum, quia licet in obligatione interuenerit decretum, debet etiam in interpellatione interponi, cū sit quidam nouus actus, & noua quædam possit obligatio contrahi, super qua non accessisset decretum, cum in prima obligatione non fuerit excogitatum de interpellatione.

Secundum quoque distinctionis mēbrum peius est priore, dum in eo præsupponitur, quod si fuerit celebratus contractus super re quæ non possit sine decreto obligari, quod ad hoc vt legitimè interpelletur minor, exigatur decretum, quasi illud efficiat vt legitimè interpelletur, & constituatur in mora, quod vtique est tam falsum, quàm qđ falsissimum. Quomodo enim potest interpellari minor, & in mora constitui, cum obligatio a principio fuerit omninò nulla, ad eiusq. obseruantiam minor minimè teneatur, l. 1. & toto tit. ff. de rebus eorum, l. 1. 2. & per tot. C. de præd. minorum. Cum igitur ab initio nulla sit obligatio, non poterit minor interpellari, ad hoc vt interpellatio suum operetur effectum, vt scilicet in mora constituat; cum vbi nulla est obligatio, nulla possit esse mora, l. si pupillus, ff. de verborum obligatio. l. nulla intelligitur, ff. de reg. iur. & cap. non est in mora, eod. titu. Per hæc igitur huius distinctionis falsitas manifestissimè apparet.

117 Quamobrem, ipse † pro perfecta ac clara præsentis inspectionis resolutione, tres casus considerandos esse cogitaueram.

Primus est, quando adultus curatore carens interpellatur monitione indicia li, siue indicis, & tunc in mora non constituitur, cum non habeat legitimā personam standi in iudicio. ita declarat Salic. d. l. mora, & Alex. d. l. si ex legati causa. Ex quo credidere nonnulli, quod minor 25. annorum, non possit nouum opus nunciare; de cuius tamen dicti veritate latè pertractat Marian.

rian.Soci. in c.cum ex iniuncto,nu.36. cum seq. de noui oper. nunciat. vbi videtur in hoc residere, quod minor viginti annorum non possit nunciare ad publicam vtilitatem,et cum auctoritate curatoris, sed maior viginti possit: Nam cum in illa admittatur ad accusationem, l.2. ff. de accusatio. fortius debet admitti ad nunciationem; pupillus verò ad priuatum commodum potest nunciare cum auctoritate tutoris, sed sine tutoris auctoritate non potest, vt latius per Marian. dicto numero 37. & sequen.

Secundus est casus, quando interpellatur a parte super re quæ possit sine decreto alienari, quo casu concludas, minorem posse interpellari, ac in mora constitui. Cum etenim posset prædicta absque decreto alienare, quare nō possit super eisdem interpellari, & in mora constitui, non video. arg. eorum quæ habentur in l. lex quæ tutores, C. de administrat.tut.

Tertius casus est, quando interpellatur super re quæ non possit sine decreto distrahi, & tunc cōcludas minorem non posse interpellari, & ita procedat communis opinio supra relata, quam sequuntur Iacob. Barto. Bald. & cæteri præcitati; quæ vltra ipsos potest optimè comprobari ex l. sed si pecunia, §. si ius, ff. de rebus eorum, & l. non solum, C. de præd. minorum. Non obstant modò ea quæ pro contraria sententia adducuntur per Castr. & Primò, d.l. sed si ex stipulatu, quia loquitur de rebus quæ seruari non possunt, cū loquatur de homine, qui cum mortalis sit, potest vna hora, vel momento decedere, vt notissimum est; ideo potest sine decreto interpellatio fieri. Quæ tamen responsio nihil valet, cum homo inter mobilia,
118 quę seruari possūt, cōnumeretur. † Nā minor 20. annis non potest libertatem seruo suo dare sine decreto, quemadmodum sine eo non valet immobilia alienare. ita tradit Castr. in l. si minor, numero 3. ff. de lega. 1. est optimus verborum contextus in l. etiam, §. ex præterito, ff. de manum. vindict. in l. quos retrahi, C. si aduers. libert. & in l. vlt. ff. de curat. fur. per quem textum id sensit Nicol. Vigel. ff. libro 18. par. 2. cap. 6. reg. 1. excepr. 32. & tamen fauore libertatis videretur dicendum contrarium. Secundò igitur, & melius, respondetur, quod d.l. intelligitur iure ff. quo non requirebatur decretum, nisi in alienatione immobilium, l. 1. & tot. titu. ff. de rebus eorum. Sed hodie per dispositionem l. lex quæ tutores, C. de administrat.tut. (quæ est vna de 50. decisionibus secundum Cagno. in l. vlt. post princip. C. de pact. & Benincas. Inst. de act. in fine operis, vbi dictas 50. decisiones referunt, inter quas cōnumeratur d.l. lex quæ tutores.) necessarium esset decretum in interpellatione illius Stichi, cum connumeretur inter res quæ possunt seruari, in quibus hodie ex dispositione d. l. lex quæ tutores, idem statutum est, quod in immobilibus. ita respondet Raphael. prout refert & sequitur Alexand. d.l. si ex legati causa, numero 4. Ias. in l. filiusfamilias, §. Diui, numero 34. in secunda lect. ff. de leg. 1. & Aretin. consil. 22. colum. 2. diligenter, & maturè consideratis. Non obstat secundo loco gloss. supra allegata, quæ & si indistinctè loquatur, intelligenda tamen est secundum distinct. Bartol. & communem. Vnde concludendum est, quod minor non potest interpellari super re quę sine decreto alienari nequit. & licet Bartol. & cæteri loquantur solum in adulto curatorem non habente, putarem tamen idem esse etiam in pupillo habente tutorem, vel in adulto curatorem habēte, & id attenta ratione qua ipsi mouentur; quæ ratio procedit etiam, quod minor tutorem seu curatorem habeat, cum sola ipsorum auctoritas non sit sufficiens ad alienandum, sed requiratur etiam decretum, l. 1. & toto tit. ff. de rebus eorum qui sub tut. vel cura sunt.

IN-

INSPECTIO XIII.

119 CVm permutatio † non videatur in alienationem tendere, posset forsan dici, ipsam esse minori concessam; licet etenim non permittatur venditio vnius rei, pro alia re emenda, l. magis puto, §. si æs alienum, ff. de rebus eorum. tamen permittitur permutatio secundum Bal. d. §. si æs alienum, quod esse notabile inquit pro rebus ecclesiæ, quæ cum non possint alienari, poterũt tamen permutari. Permissamq. esse minori permutationem si in eius vtilitatem tendat, voluit Iacob. de Aret. d. §. si æs alienum; quem ibidem refert Nicol. de Neap. Bald. in Auth. res quæ, C. commun. de legat. Fabian. de Mon. de empt. & vendit. 22. & vlt. quæst. 4. q. princ. nu. 17. Et scripsit Alciat. in l. alienationis verbum, num. 3. ff. de verb. signi. qđ alienatione prohibita, permutatio quandoque permittitur, cum causa prohibitionis fuit solum, ne quis facultatibus laberetur, l. vl. ff. de iure dot. cessat enim ratio cum tantumdem ex permutatione consecutus sit.

Decipitur tamen Bal. in hoc immemor eius quod dixerat in l. si pupillorum, in fine princ. ff. de rebus eorum, vbi firmauit, minorem absque decreto permutare non posse, sicut nec alienare, quod sequitur Ant. Gomez. de contractibus, cap. 14. num. 14. vers. quintò extende, vbi id* communiter a DD. sequi testatur. Ferand. Vasq. de success. creat. tit. de testam. por. §. 10. ampliat. 20. lib. 1. & Marian. Socin. consil. 3. nu. 21. v. sa & bene considerata, parte 2. improbans quandam permutationem ex defectu causę vrgentis æris alieni, & ob defectum decreti iudicis, & cognitionis causæ, sine quibus permutationes prædiorum minorum non valent. Idq. clarissimè lege, ac rationę probatur. Lege, in l. non solum, ibi, (Neque permutatione,) C. de præd. minorum.

120 Ratione autem, † quia permutatio alienationis est species, venditioniq. æquiparatur, l. vlt. C. de reb. alien. non alien. & l. 2. C. de rerum permuta. Ant. Gomez. d. cap. 14. numer. 14. Gulielm. Redoan. in tractat. de alienat. rerum eccles. fol. 7. numero 1. & Ioan. Baccan. singul. 4. nec etiam est verum quod scripsit Iacobus de Are. & alij precitati, quod possit minor permutare si id ei vtile sit. Id etenim reprobat Bal. d. l. si pupillorum, in fine princ. Solaq. vtilitas non est sufficiens causa alienationis rei minoris, vt latè ostendam lib. sequen. titu. pen. inspect. 17. Cum igitur permutatio alienationis sit species, vt diximus, debet esse minori prohibita, etiam si in eius vtilitatem redundaret. Est tamen notabilis casus, in quo videtur permissa permutatio, vt si vendantur bona immobilia minoris, pro emendis bobus ad laborandum, Hipp. Marsil. in tract. bannitorum, in verbo, bona, numero 69. arg. eius quod dixit Angel. in Authen. de non alienan. §. si enim, volens, quòd administrator rerum ecclesiæ possit alienare bona immobilia pro emendis bobus ad laborandum, vt glos. ibi firmat.

INSPECTIO XIV.

MInor in solutum dare numquid possit, aliquando dubitari contingit, quod dubium, vt clarum reddamus, duo sunt constituendi casus.

121 Primvs erit, † quando minor vellet absque decreto in solutum dare, quo casu (disputatione omissa) concludas, eum non posse. Barto. Bald. & Salicet. in l. si minor 25. ann. per illum textum, C. de præd. minorum. Barto. in l. si pupillorum, §. si prætor, ff. de rebus eorum. Nicol. Vigel. ff. libro 18. par. 2. capite 6. reg. 1. except. 24. Oldrad. consil. 248. Roman. consi. 321. in casu propositæ, vbi in solutum dationem, tamquã alienationem sine decreto, & alijs solemnitatibus factam, non valere cõsuluit.

suluit. Socin. iun. consil. 41. num. 14. licet in hac, & consil. 118. circa præsentem, num. 9. lib. 3. Dec. consil. 409. num. 16. Paris. cons. 100. nu. 27. lib. 1. Menoch. de arbitr. iudic. cent. 2. lib. 2. casu 171. num. 50. & Hieronym. Gabriel. consil. 36. num. 44. cum seq. vol. 1. Idq. apertissimè probatur dict. l. si minor 25. ann. vbi S. C. auctoritas non permittit minori in solutum dare. Et ratio est:

122 † quia datio in solutum, emptioni, & venditioni æquiparatur, l. si prædium, C. de euict. l. eleganter, in princ. & ibi Scribentes, ff. de pignor. act. l. vlt. ff. ex quibus cau. in poss. eatur. & l. sequitur, §. de illo, versic. idemq. forè, ff. de vsucap. Cin. Bart. Bald. Angel. & Salicet. in l. libera, C. de sent. & interlocut. iudic. Bart. in l. 1. §. cum prædium, ff. de pignor. & in l. si quis aliam, ff. de solut. & cons. 221. in quæstione Domini Cioli, circa medium. Castr. cons. 266. videtur dicendnm, col. 2. vers. tertia ratio, lib. 1. Franc. Aretin. cons. 32. diligenter considerati, col. 2. vers. nec obstat si dicatur, vbi generaliter inquit, quicquid de venditione dicitur, & in datione in solutum locũ habere. Raph. Fulgos. consil. 134. in quæstione versa, col. 2. vers. sed & illud, vbi tamen dicit hanc non veram esse, & directam emptionem, consil. 137. quia ex facto, in fine primi dubij, & cons. 190. visis toto processu, col. 2. vers. secũdo principaliter. Iacob. Nouell. in tractat. de iure congrui, §. 1. num. 146. & seq. Gugliel. Redoan. in tract. de alienat. rerum eccles. fol. 18. nu. 1. cum seq. sequunturq. innumeri alij latè congesti per Tiraquell. de retractu linagier, §. 1. gloss. 14. num. 3. cum seq.

123 Et hinc est, † quod debetur laudomia domino ex datione in solutũ, sicut ex venditione. Guido Pap. cons. 46. in facto præsupponitur, col. 2. vers. plus potest. Aymo super consuet. Aluer. tit. 16. art. 6. num. 5. & art. 8. num. 2. & moderni ab Assisio in decis. causarum Perusinarum, decis. 60. num. 7.

124 Item, † datio in solutũ continetur in statuto disponente de alienatione, secundum Dec. cons. 586. num. 9. Bertachin. in tract. de Gabellis, in 3. membro 8. par. num. 6. Alberic. in secunda par. stat. q. 11. & moderni ab Assisio d. decis. 60. num. 9.

125. SECVNDVS casus est, † cũ minor obtinet licentiam vendendi fundum pro tanto, & fundus postea non vendatur, sed detur in solutum, An huiusmodi datio valeat? Bart. in l. si pupillorum, §. si pupillus, ff. de rebus eorum, credidit eam valere, quod probat ex duobus, Et Primò, ex l. vlt. in fine, ff. mand. Secundò, datio solutum est similis venditioni, vt abundè diximus supra num. 122. ergo data licentia vendendi, debet posse etiam in solutum dare; quam Bart. sententiam sequitur Nicol. de Neap. d. l. si pupillorum, §. si prætor. Ipse verò in contraria sum opinione, ex his quæ habentur d. l. si pupillorum, §. si prætor, vbi data licentia a prætore vendendi, minor autẽ, seu eius tutor non vendat, sed obliget, concludit vtique ibi Vlpianus obligationem non valere. De cuius, §. intellectu diximus latiss. supra lib. 1. tit. 1. inspect. 4. num. 92. cum seq.

Possent fortasse prædicta concordari ita distinguendo, quod id quod sensit Nicol. de Neap. & Bart. verissimum sit in casu eorum, quippè in licentia data a testatore, vendendi talem fundum pro tanto, qui fundus si pro eadẽ quantitate non vendatur, sed in solutum detur, nõ videtur per hoc recessum a præcepto testatoris, immò fuit ei plenè satisfactum, secus verò est in casu d. §. si prætor, vbi fuit data licentia vendendi a iudice, & sic fuit interpositum decretum, cuius verba specificè, & ad vnguẽ obseruari debent, vt supra tit. 1. d. inspect. 4. num. 93. Preterea, cum in iudicis decreto requiratur causæ cognitio, non debet venire id super quo causæ cognitio non præcessit; quæ rationes cessant quando data est licentia a testatore.

ftatore. Et hanc concordiã veriffimam effe arbitror, licet a nemine repererim tactam; cuius potuit effe ratio, quia mitius agitur cum lege, quàm cum homine, l. Celfus, ff. de arbitr. & dicam plenifs. in tractat. Mitius agitur cum lege, quàm cum homine, vbi innumeras ferè afferemus differentias inter difpofitionem legis, & hominis.

INSPECTIO XV.

126 POSTQVAM vidimus † nũquid minor poffit in folutum dare, difpiciamus modò, an poffit cedere bonis, circa q̃, duos principales confidera cafus.

PRIMVS eft, quando minor ex feipfo licet a creditoribus nõ moleftetur, bonis cedere velit, in quo indiftinctè concludas, eum non poffe. Iacob. de Aret. quem refert Alberic. in rubr. C. qui bon. ced. poff. verf. item quæritur numquid debitor. Cin. in l. 1. quæft. 8. C. eod. Bald. Io. Faber, Iaf. & alij, §. vlt. Inft. de act. Didac. Couarru. variarum * refolut. lib. 2. cap. 1. num. 5. vbi id * cõmune dicit. Ratio autem eft, quia ceffionis beneficiũ miferabile eft, & fubfidiarium, ex eo inductum, vt quis carcerem euitare queat, l. 1. in fine, C. de ceff. bonorum. Sed cum debitor a creditoribus non moleftatur, ceffat prædicta ratio, ergo. Accedit etiam, quod fi creditoribus non petentibus, admitteretur ceffio, facilimè in bonis quærendis magnum creditoribus generaretur præiudicium, q̃ vtique prorfus denegandum eft, vt voluit Boer. decif. 349. quæritur an ciuiliter, col. 8. verf. fic cuã debitor. & moderni Ariminẽ. in tract. de ceff. bonorum, quæft. 7. 4. q. princip. Et in proprijs minorum terminis facit id quod habetur in l. magis puto, §. nõ paffim, verfic. fi modo vrgeat creditor, ff. de rebus eorum, & in l. tutor vrgentibus, ff. de minoribus, vbi decid tur, non fufficere quod fubfiftat æs alienũ, fed requiri etiam, quod creditores effectualiter inftent minorem, feu eius curatorem ad foluendum, de quo latiffimè dixi fupra tit. 1. lib. 1. num. 36.

SECVNDVS principalis cafus eft, 127 quãdo † minor non ex feipfo velit cedere bonis, fed moleftetur a creditoribus, & ifto cafu duo funt alij fubdiftinguendi cafus.

Primus eft, quando fumus in pupillo quem bonis cedere haud poffe concludas, fed fatis effe, quod ex proprio debito patiatur primum decretum; ex paterno verò fecundũ. ita voluit Bald. quem litteraliter refert, & fequitur Salicet. in l. 1. num. 11. verf. quæro vndecimo, C. de ceff. bonorũ. Brun. d. tract. de ceff. bonorum, quæft. 3. 4. q. princip. num. 14. cum feq. Roder. Suarez in declarat. l. 11. foro. ll. lib. 3. tit. de los gouernios, num. 16. & 17. vfque ad finem. & moderni Fiuizanẽf. de tut. & curat. fub num. 317. verf. ego autem. Et ea potuit effe ratio, quia ceffio bonorũ adinuenta fuit, ne debitor in carcere detineatur, l. 1. in fin. verbis, C. de ceff. bonorũ.

128 † Atqui pupillus carcerari nequit, fecundum Ang. in l. nemo carcerẽ, C. de exactor. tribut. lib. 10. quem fequitur Rom. conf. 120. & Parif. conf. 94. num. 40. lib. 1. cum carceratio fieri non poffit, nifi quis fit contumax, ita quod contumaciter foluere ceffet, quę contumacia cum non poffit accidere in pupillo, l. contra pupillum, ff. de re iudic. carcerari minimè poterit, & per confequens nec etiam bonis cedere.

Secundus eft cafus, quando fumus in adulto, in quo cõcludunt DD. quod va'eat cedere bonis, iudicis tamen interueniente decreto, cum ceffio fit alienatio, quę aliter fieri nequit, l. magis puto, §. non paffim, ff. de rebus eorum. & & ita volunt Bald. & Salic. in l. 1. C. de ceff. bonorum. Iaf. (remiffiuè tamen) §. vlt. num. 11. verf. an autem minor, Inft. de act. Roder. Suarez in loco fupra citato, in primo cafu. & referunt moderni Ariminenf. d. q. 3. 4. q. princ. licet in fine d. q. videantur ab iftorum opinione

opinione recedere.& moderni Finizanens.in tract.de tut. & curat. sub num. 317.versic ego autem, quem casum ita indistinctè verum esse minimè censeo,
129 sed ita distinguere. † Quod aut adultus qui vult cedere bonis habet solummodò bona mobilia,aut iura,& actiones ad mobilia competentia, vel competentes, quæ sine iudicis auctoritate distrahi valent, l.lex quæ tutores, C.de administrat.tut. & tunc dicerem istum adultum posse bonis cedere sine decreto. Cum etenim huiusmodi bona absque vlla solénitate alienare queat, cur est quod bonis cedere nō valeat, cum bonorum cessio nil alius sit,quàm alienatio, l.1.& toto tit.de cess.bonorum. Aut vero adultus non mobilia, sed immobilia solummodò habet, quæ regulariter sine iudicis decreto alienari nō possunt; & isto casu remitterem arbitrio iudicis, an potius adulto expediat bonis cedere, aut bona quæ habet in solutum dare,vel aliter creditoribus persoluere. Et id quod prætor minori vtilius esse conspexerit exequetur, suam impartiēdo auctoritatem, arg. l.magis puto,§.item prætor,& l.si pupillorum, §.si prætor,ff.de rebus eorum; vbi prætor animaduertere debet, an vendere, vel potius obligare permittat:ita igitur & isto casu animaduertat, quid minori opportunius futurum sit, an bonis cedere, vel in solutū dare, vel aliter satis creditoribus facere.

130 Si aūt minor ex statuti † forma bona sua administrare potest, ex eo quod forsan mercaturam exerceat, vel quid simile,a cessante ratione,quare nō possit carcerari,poterit cedere bonis,vt sen sere præfati Ariminenses, d. q. 3. 4. q. princ. in fine. Et quando minor cedit bonis,non tenetur cedere cū iuramento,l.quæ sub cōditione, ff.de condit.instit. per quem textum id sensit Roder. Suarez.in præcitato loco,num.16.

131 Si verò iudex nollet decretū † apponere in cessione bonorum,non propterea carcerabitur minor, ex eo quia non stat per eum quo minus soluat, sed per beneficium ætatis, quod in carcerē resolui minimè debet. ita dicunt Bald. & Salicet.in l.1.C.de cess.bonorum.Et ita in proposito concluderē, licet DD. omnes breuiter confusè, & in quibusdam malè loquantur, multaq. etiam necessaria omittendo.

INSPECTIO XVI.

132 POSTREMA præsentis tituli erit inspectio,An † minor pacem inire valeat, & vtique ipsum absque decreto eam facere posse, passim concludunt Scribentes, dummodò tutoris, vel curatoris interueniat auctoritas. Bald.in l.pactum curatoris,nu.3. C.de pact.& in l.1.num.4.C.de in integr.restitut.minorum. Castr.d.l.pactum, & in l.rescriptum,§.plerumque, n.6.ff.de pact.Io.Crot.in l.4. §.Cato, in 1. lect. sub nu. 108.cum seq. vbi quinque circa id cōstituit casus, ff.de verb.obligat. eruditissimus Cardin. Albanus in lucubrat. in Bart. ad l.congruit, ff.de offic.præsid. vbi multa de pace recenset. Abb.cons.108. num.5.illud in effectu, ✱ lib.2. dictam opinionem * communiorem & indubitatam appellans. Nell. a S.Gemin.in tract.de bannit. in 3. par. secundi temporis, quæst.32. num.32. cum seq.Franc.Turzan.in communib. opin. opinione 32. Alfons. Aluarez in Speculo iuris Pontificij,atque Cæsarei, c.80. vers.an tutor.Don Ant.de Padilla in d.l.transigere, nu. 64. clarissimus Clarus in §.fin.pract.crimin.q.58.versic. quæro an tutor. Nicol. Moron. in tract.de treg. & pace,q.48. per totam. Frāc.Herculan. in tract. de caut. de nō offenden.c.38.nu.6.dicens,quod exem
133 plo pacis quā † potest facere minor, tenetur præstare cautionem de non offendēdo,vel etiā eam recipere, de quo poteris per eū videre. Non tamē potest minor pro alio fideiubere, Ang.in l.in personam, §. primo, versic. in textu, ff.de pact.Chassan. super consuetudin. Burgund.

Burgund.rubr.4.§.2.gloss.vlt.car.108.

134 Ampliatur id verum esse,† etiam si extaret statutum, quod minor nō possit sine decreto contrahere; adhuc etenim statuto minimè obstante poterit sine decreto pacem inhire. ita consuluit Abb.d.consil.208. Crot.d.§.Cato, ✱ sub num. 109.id * commune appellãs. Feret.in tit.de ferijs,n.55.vt etenim dicunt præfati, istud nō est propriè contrahere, sed remissio iniuriarum.

135 Limitatur præd.conclusio,† vt nō procedat in infante, qui nullo modo potest facere pacem, secundum Vbert. de Bob. quem refert, & sequitur Speculat.in tit.de homicid. in princ. num. 6. Nell.a S.Gemin.d.quæst.32.sub nu. 32.versic. videamus ergo, dicēs in hoc omnes concordare. Io.Crot. & alij supra relati. Infantis etenim nullus est consensus, l.in negotijs,ff.de reg.iur.l.1. cum ibi not. ff.de nouat. & l.1. C.de falmon. Nec etiam potest facere pacem tutor datus posthumo, cum interfectoribus patris posthumi, cū donec posthumus est in vētre, nondum sit tutor. Bald.post Cin. in l.si nemo, la 2. §.vlt. ff.de test.tut. Ias.d. l.pactum curatoris, ante finem. quos refert Tiraq. ad l.si vnquam,in verbo susceperit liberos, sub nu.147. C.de reuocan. donat.

136 Limitatur Secundò † id locum nō habere quoties pax pœnali vallaretur stipulatione. ita sensit Bald. d.l.pactū curatoris,circa finem,& ibi Salicet.sub numero 2. versic. & ex hoc inferunt. idem Bal.in l.iusiurandi, ff.de iureiur. Guido de Suzz.in l.si minor,§.vlt.ff.de minor. Corsett.in tract.de priuileg.pacis, priuileg.88.Nouell.in practica crimin.in vlt.par.num.88. Ferett.d.tit. de ferijs, num.54.& 56. Abb.d.cons.208. sub num.2. versic. fateor tamen. subtiliss. ac plurimum honorandus præceptor meus Tob.Nonius consil.152. numero 11. & doctissimus, ac prudentissimus Ludouicus Sensius, (ad præsens celeberrimi nostri Hieronymiani Collegij Prior meritiss.)consil.155.num.9. vterque inter consil. criminal. diuersorum, tomo 1.Quæ tamen limitatio displicuit aduocatis curial.Marchiæ,consil.150.numero 33. d.tomo primo,vbi subtiliter conantur fauore fisci eam impugnare.

137 Non tamen defuere plerique † qui cōtra superiorem sententiam ita declaratam, ausi sunt firmare, quod pax per minorem,seu eius tutorem,aut curatorem absque decreto fieri haud possit, quorum primus fuit Vbert. de Bobio, qui,vt sæpissimè audiui,fuit primus qui hic Perusiæ cathedram Magistralem erexit, quem refert, & sequitur Speculat. in tit.de homicidio, in princ.nu. 6.Bald. in l.1.num.7.& Castr.in l.conuentionum,num.4.ff.de pact.qui dum simpliciter referunt Speculat. videntur ipsius opinioni adhærere, idq. non dubiè firmauit. Corsett. in tract. de pace, in princip. sub numero 15. Iodoc. Damhouder. in pupillorum patrocinio, tit. de tutorum, & curat. munere, cap.10. num.75. vbi hanc opinionem ✱ tamquam * tutissimam, ac maximè securam,(vt ipse testatur)insequi non veretur. Io.de Arno in suis commētarijs, commen.188. id pro notabili tradens. Iulius Ferett.d.tit. de ferijs,nu.53.taciteq. id sensisse videtur præceptor meus Nonius d.consil.152. nu.4. & Cassan. in consuetud. Burgund.tit.des iustices, §.5.versic. S' il n' a grace, num.164. Et hanc sententiam quicquid DD.circa id intricatè loquantur, verissimam censeo, cum ob auctoritatem in prædictorum,tum etiam ob rationem Speculat. d.num.6.vers.illud. Namque si absque decreto etiam vilissimum prædium distrahere nequit minor, l.magis puto, §.si æs alienum,& l.si fundus,ff.de reb. eorum.quanto magis censebitur prohibitus pacem, habere? in qua de dignitate, ac honore pertractatur, qui non modò vilissimis facultatibus, sed propriæ vitæ anteponi debet, secundum Barbat.cons.47.scribitur præclarè, col. 19. libro 1. Debetq. quis velle potius mori,

mori, quam relinquere honorem suũ. Petr. Gerard. notab. 82. incip. quæ sunt cõtra. Picus in l. fructus, in primo not. ff. de rei vendicat. quos refert, & sequitur Nenizan. in Silua nupt. cap. 1. num. 34. Et honestas præferri debet omni lucro, vt scribit Castr. in l. 1. num. 5. ff. de iudic. in prælect. Auenionic. & Ias. in l. reprehendenda, in 3. not. C. de instit. & substit.

138 Verecundiaq. est, † iniuriam inultã relinquere, textus est notab. in l. miles, §. socer, ff. ad leg. Iul. de adulter. & & ibi Castr. num. 1. in prælect. Auenionica, & illum text. ad id not. Ang. consil. 246. in splendidissima ciuitate Florentię. Crot. d. §. Cato, nu. 109. & Aduocati Curial. Marchiæ d. conf. 151. num. 4. Vnde nõ ita de facili admittendum est, quod minor valeat sine decreto facere pacem.

Nec quicquam refragatur id quod dicunt contrarium sentientes, quippè quod facere pacem non sit aliquod ius perdere, sed lucrari, l. creditor, §. 1. ff. mãdat. sed est quoddam recõciliare, quod quilibet diligens, ac prudens paterfam. faceret: Quia satis perditur dum amittitur honor, & dignitas, ex his quæ diximus. Nec aliquis prudens ita de facili cum dedecore pacem haberet. Et si quispiam obijceret, quod fauore pacis innumera ferè sint priuilegia inducta, vt latè per Corsett. in tract. de priuileg. pacis; ideò speciali pacis fauore, ea sine decreto celebrari possit. Respondetur, quod satis priuilegiata dicitur pax, si eius causa interponatur decretum, q̃ aliàs nisi ob æs alienum interponi non valet, l. ob æs, cũ similibus, C. de præd. minor. & istum fauorem, q̃ in pace interponatur decretum considerauit Speculat. in præcitato loco. Ne igitur duo circa idẽ videantur specialia concurrere, contra l. 1. cũ ibi not. C. de dot. promiss. fateri omninò oportet, iudicis decretum requiri, qui habeat diligenter animaduertere, an minori expediat pacem habere. Idq. confirmatur ex eo: nam Bald. Salicet. Alex. Ias. & cæteri omnes, d. l. pactum curatoris, admittunt, nõ posse per minorem pacem fieri, quando dedecus esset, nec tamen dicũt quisnam id animaduertere debeat. Vnde ipse dicerem, id totum in iudicis arbitrio repositum esse, qui si perceperit vtile esse minori pacẽ facere, suam in ea impartietur auctoritatem, sin minus, eam denegabit. In dubio tamen fauore animæ semper consulerẽ, quod pronior debeat esse prætor ad interponendum decretum.

Hacq. opinione retenta, vtilissimè
139 quidẽ inferri potest, † quod si fuerit habita pax per minorem, pęnali stipulatione vallata, in qua non accesserit decretum, non valet pax, nec etiam pęna ei adiecta; tum, quia minor talem pœnã apponere prohibitus est, vt mox diximus supra, limit. 2. num. 136. tum etiam, quia cum pax fuerit nulla, non possit nec etiam pœna ei adiecta valere. arg. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. & comprobatur ex his quæ dicemus infra tit. 8. inspect. 13. num. 92.

140 Limitatur supra dicta conclusio, † vt non procedat, quoties iuratum esset, tunc enim licet non interuenerit decretum, virtute tamen iuramenti pax omninò seruanda est. Abb. d. consil. 8. aduocati Curial. Marchiæ d. cons. 151. Iulius Ferett. d. tit. de ferijs, num. 51. & moderni Perusini in tract. de caut. de non offenden. cap. 38. num. 6.

141 SED quid † si non ipse minor faciat pacem, sed alteri eam facienti consentiat, vtique secundum opinionem quam nos veriorem credimus, concludendum est, quod quemadmodum ipse sine iudicis auctoritate pacem facere prohibitus est, ita & alteri consentire
142 prohibeatur. Siquidem † qui non potest aliquid facere, neque alteri facienti consentire poterit. arg. eorum quæ habentur per glos. in l. cum pater, §. libertis, in verbo (Alioquin,) vbi etiam Bart. ff. de leg. 2. Bart. in l. iubemus, num. 6. C. ad Velleianũ, & in l. si fundus, nu. 3.

ff. de

ff.de pignor. Pro quo etiam plurimum facit id quod scribit Bald. in l. 2. circa princ. C. si aduers. don. quod non obest filio minori consensus in re quæ sine decreto alienari nequit, quia sicut minor non potest sine decreto alienare, ita nec alienanti consentire. Et ratio est secundum eum, quia licet a contrahente habeat causam dominij, tamen ab ipso minore diceretur dominium habere, & ab eo euelleretur, quod prohibitum est. & Bald. sequuntur Salic. d. l. 2. num. 2. & in l. si fundus, §. si nesciente, ff. de pignoribus. Bertachin. in tract. de episcopo, par. 4. q. 45. Hippoly. Riminald. cons. 56. nu. 22. vbi plures refert, lib. 1. & Guglielm. Redoan. in tract. de alienat. rerum ecclesiasticarũ, sub rubr. de signific. verbi alienatio, fol. 11. nu. 1. & seq. Bald. in l. creditor, C. de donat. inter vir. & vxo. Dec. in l. vlt. col. 4. vers. in glo. in verbo, accommodauerit, C. de pact. Tiraq. plura in proposito referens ad d. l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 346. C. de reuocan. dona. & super legib. connubial. lib. glos. 5. num. 143. & seq.

Et distinguunt omnes præcitati circa consensum præstandum: † quod
143 aut quis est prohibitus alienare ratione iuris, vt vsufructuarius, & potest consentire proprietario alienanti fundum, l. interest, C. de vsufruct. aut quis prohibetur propter imbecillitatem consilij, & intellectus, vt minor, & mulier, & tunc non potest alteri consentire. ita declarat Bart. & Salicet. d. l. si fundus, & alij supra relati. Ita igitur dicendum in proposito, quod cum minor ratione imbecillitatis dicatur prohibitus absque decreto pacem habere, quemadmodum ipse non posset eam facere, ita nec alteri eam facienti consentire, per distinct. supra traditam. Et licet ille cũ quo fit pax, non dicatur a minore causam pacis habere, sed ab eo qui eam facit, dicitur tamen pax ab ipso minore principaliter emanare, quando ipse cõsentit paci. Namque si minori, tam in pace, quàm in quolibet alio actu, id qđ per se non potest, permitteretur alteri consentiẽdo, facillima adinuenta fuisset via alienandi, ac alios actus omnes exercendi, quod vtique admittendum non est. arg. l. magis puto, §. si pupillus stipulanti, ff. de rebus eorum. Et in proprijs terminis consensus, scribit Dec. quem sequitur Cagnol. in l. aliud est, ff. de reg. iur. quod cum quis prohibetur aliquid facere, prohibetur & consentire, quando eadem est ratio; quæ quidem rationis identitas, ne minori ob imbecillitatem intellectus aliquod præiudicium paretur, æquè inest quando alteri consentit, ac si ipse principaliter faceret. Ex quibus puto generaliter concludendum, quod cum minor vendere, obligare, pignorare, pacẽ facere, ac alia denique multa facere prohibeatur, non possit neque etiam alteri prædicta facienti consensum præstare absque tutoris, vel curatoris, iudicisq. auctoritate, alijsq. solemnitatibus in dictis actibus necessarijs, de quibus latè diximus supra lib. 1. tit. 1.

144 Pretermittendũ † tamen in proposito non est, quod minori non datur restitutio aduersus pacem habitã. Bal. Salicet. Alex. Ias. & cæteri d. l. pactum curatoris, Crot. d. §. Cato, n. 110. Nell. a S. Gemin. dict. q. 32. in fine. moderni Gualdens. d. tract. de treg. & pace, quæstio. 48. numero 4. par. 2. & nouissimè Sforz. Odd. in elegãti suo tract. de restitutione in integrum, in ead. quæst. An minor restituatur aduersus remissionem iniuriarũ & pacem habitam, vbi latè insistit. & Io. Ign. in repetit. l. donationes, num. 6. C. de donat. inter vir. & vxorem.

TRACTATVS
DE DECRETIS,
CÆTERISQ. SOLEMNITATIBVS
in Contractibus Minorum, aliorumq. his similium, adhibendis,
LIBER TERTIVS.
De Virtute, & Effectu Decreti.
TITVLVS SEPTIMVS.

D. OCTAVII SIMONCELLI

CALLIENSIS V.I.D. ET EQ.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Decretum facit cessare beneficium restitutionis.*
Communis opinio est in contrarium, num. 3.
Quæ ampliatur, & declaratur.

2 *Debitor soluens cum auctoritate tutoris, vel curatoris, iudicisq. decreto, remanet perfectè liberatus.*

4 *Decretum non tollit beneficium l. 2. C. de rescind. vendit.*

5 *Remedium extraordinarium, quando pinguius prouidet, quàm ordinarium, non excluditur per ordinarium.*

6 *Decretum facit cessare restitutionem, quando pretium rei fuit per iudicem taxatum.*

7 *Tutor vendens rem minoris pretio viliori, excusatur, si iudicis æstimatio præcesserit.*

8 *Iuramentum facit cessare restitutionē in integrum.*

9 *Decretum interpositum in libertatis datione, facit cessare restitutionem.*

10 *Decretum interpositum super ætate, facit cessare restitutionem.*

11 *Minor ad quid petat se restitui, & quomodo formabitur libebellus, & positiones, & num. 12. 13. 15. & 16.*

14 *Emptor non tenetur restituere fructus perceptos ex re empta, pro rata pretij restituendi.*

17 *Minor vendicans prædia alienata, tenetur restituere pretium.*
Ampliatur quod teneatur pretiū cum vsuris, & meliorato prædio, sumptus meliorationis restituere, num. 18.

19 *Minori alienata, seu obligata vendicanti, doli exceptio opponitur, nisi pretium restituat, licet alienatio seu obligatio fuerit nulla.*

20 *Minor vendicans prædia, an debeat probare pretium in eius utilitatem nō versum.*
An verò aduersarius in utilitatem minoris uersum esse.

21 *Minor quando facta est alienatio sine debitis*

debitis solemnitatibus, potest agere contra quoscumque possessores. Nec potest tunc possessor dicta bona retinere pro melioramentis, vel expensis necessarijs factis, num. 23.

22 *Minoribus datur iuramentum in litem contra tutores, vel curatores, sine solemnitatibus alienantes.*

24 *Minor quando tutelæ, vel alia actione æstimationem prædij consecutus est, vendicatio prædij ex æquitate inhibetur.*

25 *Decretum iudicis an suppleat defectum non interuenientis tutoris, vel curatoris.*

Distinguitur, num. 26.

27 *Intellectus l. bonorum, C. qui admitti.*

28 *Iudex supplet defectum tutoris, vel curatoris, quando solus tutor, vel curator sufficeret.*

Bartoli distinctio circa id, constituens differentiam inter tutorem, & curatorem, num. 29.

Reprobatur dicta distinctio, nu. 30.

31 *Iudex cum supplet defectum tutoris, vel curatoris, debet de hoc fieri expressa mentio.*

32 *An præsumatur pro decreto.*

Non præsumitur quando reperitur contractus in quo de decreto non habeatur mentio, num. 33.

34 *Ex diuturnitate temporis præsumitur pro decreto.*

Declaratur nisi pars neget solemnitatem interuenisse, num. 35.

Item quando ex facie instrumenti docetur solemnitatem non interuenisse, num. 36.

37 *Præsumitur pro decreto, quando interponitur super actu qui dependet a iudicis arbitrio.*

38 *Non præsumitur pro decreto quando solemnitates non fuerunt enunciatæ.*

Item quando fuit interpositum a iudice rurali, ignaro, & idiota, num. 39.

40 *Decretum interponi non potest in contractibus minorum per officiales castrorum, & villarum.*

41 *Præsumitur pro decreto, cum interponitur a iudice maiori, suntq. in eo solemnitates enunciatæ.*

42 *Enunciatæ solemnitates quando dicantur.*

43 *Minor præsumitur is cui prætor tamquam minori curatorem dedit.*

44 *Decretum facit præsumi contractum factum fuisse in vtilitatem ecclesiæ.*

45 *Decretum facit cessare omnem præsumptionem doli, metus, vel fraudis.*

46 *Decretum facit præsumi contractum palam, & bona fide factum.*

47 *Præsumitur pro decreto si interuenit debitum temporis interuallum, secus è contra.*

48 *Non præsumitur quando fuit subreptum, vel obreptum iudici. Itē quando pars plenè non edocuit, & quando esset error manifestus, nu. 49. & 50.*

51 *Præsumitur pro decreto, sed admittitur probatio in contrarium, & numero 52.*

VIDIMVS hucusque de varijs alienationis actibus, cum interuentu decreti celebrandis; consequēs nunc est, vt de virtute, & effectu ipsius decreti pertractemus, id quod vt perfectè absolutum habeamus tripiex adhibenda est inspectio.

PRIMA INSPECTIO.

ERIT igitur prima inspectio: nū-
1 quid † virtus, effectusq. decreti fa-
ciat cessare restitutionem in integrum; in qua duæ videntur posse considerari opiniones. Altera est, quod restitutio cesset, quam tenuit Fabian. de Monne in tract. de empt. & vendit. 5. quęst. princ. tit. de solemnitat. in alien. minorum rebus, sub num. 95. in fine. Et pro ea adducitur primò l. ait prætor. §. permittitur, ff. de minoribus. Omissis pluribus, ex intentione gl. Bart. & aliorum, d. §. permittitur. respondeas, quod ideo

ibi denegatur restitutio, quia solutio fit ex necessitate debitori imposita vt soluat; ideo debet ei succurri, arg. l. si fideiussor, §. necessarium, & l. de d. e, ff. qui satisd. cogant. secus verò in emptione, quæ ex voluntate fieret: Nam tunc nõ obstante decreto competit restitutio.

2 † Ideo factum est, quod si debitor soluat cum auctoritate tutoris, vel curatoris, ac etiam iudicis, perfectè remanet liberatus, adeò vt licet postea sit consum pta pecunia, culpa, vel facilitate eorũ, nulla competit restitutio, d. §. permittitur, & l. sancimus, la prima, C. de administrat. tut. quia venditio, alienatio, & alij contractus, fiunt ex voluntate, solutio verò debiti fit ex necessitate, vt declarat gloss. Bart. & cæteri communiter dict. §. permittitur. Odofred. & alij DD. passim in l. 1. C. si aduers. solut. Rofred. in tractat. de libellis, par. 7. in rubr. de S.C. Clementiano, num. 5. & Ant. Gomez. de contractibus, cap. 14. num. 4. rectè declarans quomodo minori sit facienda solutio. Id quod non crederem ita simpliciter intelligi debere, quando sola iudicis interuenit au ctoritas, sed necesse est, quod debitor curet sibi fieri præceptum ad soluendũ, alioquin securus minimè erit, quin minor aduersus dictam solutionem restituatur, d. §. permittitur, & l. sancimus, la prima, C. de administrat. tut. Port. Ioan. de Plat. & cæteri in §. nũc admonendi, Inst. quibus alien. licet, vel non. Et aduertas in solutione facienda minori, quod non fiat sine iudicis auctoritate, cum pecunia consumpta aduersus d. solutionem, nõ solum restituatur minor, sed etiam, quod magis est, si sol uatur procuratori a minore mandatũ habenti, qui procurator de rato haben do cauerit, adhuc neque indebiti conditio aduersus minorem competit, neque etiam aduersus ipsum procuratorẽ stipulatio de rato habendo cõmittitur; notabile ad id est Papiniani respõsum ad l. cum minor, ff. rem rat. hab. nisi tñ expressim caueatur, de præstãdo interesse si restitutio petatur, d. l. cũ minor.

Secũdò adducitur l. minor 25. ann. ex aspectu, ff. de minoribus. Cui tamen contextui ex intentione Bart. ibi nu. 5. respõdetur, id procedere in decreto super ætate; secus verò in decreto super alienatione permittenda, quæ respon. (licet Bartol. nihil alleget) clarè probatur in l. de ætate, ff. de minoribus.

Contraria quamobrẽ sequitur opi-
3 nio communis, & verior, † quod decretum non tollat restitutionem in integrum, gl. vlt. in l. eos, C. de his qui ven. ætat. impetr. glos. Bart. Bald. Salicet. ac posteriores omnes, d. l. ait prętor, §. permittitur, glo. Bald. & Salicet. in l. si quidem, C. de præd. minorum. & ibidem Alex. in addit. ad Bart. Bart. in l. minor ætas, num. 5. ff. de minoribus. & in l. 2. num. 2. C. de fideiuss. minorum. Bal. in l. 1. circa prin. C. si aduers. transact. Roman. in l. pupillus, nu. 11. ff. de acquir. hæred. Salicet. in l. iusiurandum, §. pupillus, n. 4. quem ibidẽ refert Ias. nu. 11. vers. Salicet. hic, ff. de iureiur. idem Salicet. in l. eos, in fine, C. de his qui ven. ætat. impetr. Ias. in l. cunctos populos, in 2. lect. in fine, C. de sum. Trinit. & side cathol. in Auth. sacramenta puberum, circa princ. C. si aduers. vendit. & in l. exigendi, n. 23. C. de procur. Alex. in l. si quis cum aliter, nu. 15. ff. de verb. oblig. Sebast. Sapia in l. de ætate, nu. 9. ff. de minoribus. Butigella in l. is cui bonis, num. 20. ff. de verb. obligat. Vbalionus de mõte Biano ad l. minoribus, in princip. C. si tut. vel curat. interuen. Abb. in c. cum causa, num. 6. de empt. & vendit. & in cap. constitutus, num. 8. de in integr. restitut. Ioan. de Plat. in §. nunc admonendi. & ibidem Port. nu. 7. Inst. quibus alien. licet, vel nõ. Eman. Costa in comment. l. Gallus, §. & quid si tantum, in 7. fundam. num. 47. ff. de liber. & posthum. Cardin. Alban. in lucubrat. in Bart. ad l. magis puto, §. si pupillus, nu. 8. in lectura Nicol. de Neap. ff. de rebus eorum. Cuman. consil. 115. sub num. 6. incip. Antonius Benedicto.

Gozadin.

Gozadin.conf.44.num.12. non est dubium. Martin.Grat.Laudens.consil.16. nu.3.Paris.cons.89.num.60.lib.1.Mantua cons.197. num.1.vol.1. inquēs hoc esse mirabile, cum aliàs dici soleat ipsum decretum omnem defectum supplere, & suspitionē doli, ac fraudis tollere, l.1. C.de præd. curial. Azo in Summa, C.de præd.minorum, num.7.vers. si verò decretum. Rofred. in tract. de libellis, par.5.in rubr.de officio iudicis quo datur restitutio minori, nu.11.practicus Papiens. in forma libelli in act. reali, §.veris, ac legitimis, num.8. Petr. de Vnzola in practica artis notariat. tit. quis sit proximus pubertati, in fine, num.8.& tit.seq. pariter num.8. in fin. Alexander Bald.Troian.in suo Pomilego, in verbo decretum. Ant.Gomez. in tract. de contractibus, tit.de empt.& vendit. cap. 2.sub nu.22. vers. item adde, & c.14.de restitut.minorum, nu.4. Mauritius in tract. de restitut.in integ. cap.225. & nouissimè D. Sfor. Odd.in eleganti tract. de restitut.in integ.par. 3. in ea quæst. An interuentus iudicis, & decreti interpositio faciat cessare restitutionem in integrum, vbi d.conclusionis rationem refert. Pro qua opinione plura faciunt, & Primò l.tutor, ff.de minoribus, & l.vlt.C.de fideiuss.minorū. quibus iuribus deciditur, quod etsi decretum interfuerit, non idcirco si iustum fuerit restitui, denegandum id auxilium. Secundò facit quod rescripsit Imperator Alexāder in l.2. C.si tut.vel curat.interuen.vbi deciditur, minorem circumuentum restitui, etiam si quid egerit præsente curatore in iudicio. Tertiò, & vltimò id clariss.probatur in l.si quidem, C.de præd.minorū.& ibi DD. omnes adnotant, & in l. si res, ff.de minoribus.

4 Ampliatur † conclusio ista ita cōmuniter firmata, vt decretum non solum non tollat beneficium restitutionis, sed nec etiam auferat beneficium l.2.C.de rescind. vendit. licet etenim venditio facta sit cum auctoritate iudicis, pars tamen quæ decepta reperitur vltra dimidiam, nō excluditur, quo minus venditio retractari possit. Abb.c.cum causa, col.2.vers.& vide aliam, de empt.& vendit.vbi cōtra Bart.in l.1.C.de præd.curial.lib.10. dicit, quod licet propter decretum iudicis tollatur præsumptio fraudis, nō tamen excluditur probatio in contrarium; & ideo probata læsione vltra dimidiam iusti pretij, non obstāte decreto, contractus retractari debet. Roman. & Alex.n.16. in l.si quis cum aliter, ff.de verb.obligat. Alex.in l.pretia rerum, nu.8.ff.ad leg. Falcid. Imol. Roman.& Alex. in l.facta nouissima, C.de pact. Pātal. de Crem.qui hāc sententiam ab impugnationibus quorumdam egregiè defendit, in repet.l.2.nu. 104. vsque ad 108. C.de rescind.vend. ✱ & ista est vera, & * communis opinio, quicquid falsò dixerit Matt. Gribald. in suis commun. opin. in verbo remedium legis, vers.remedium. Lancellot. Cōradus in templo omnium iudicum, lib.1.cap.1.de Imperatore, §.4.de præstantia, & potest. Imperat.versic.tertiò, num.18.& 19.in fine. Mantua cons.82. col.1.in fi.& alij quamplures relati per Philip. Portium lib. 1. conclusionum, conclus. 36. lim.2. vbi etiam pro contraria, vera, hac magis cōmuni opinione infinitos adducit, quę sententia euidentissima probatur ratione. Nam si decretum faceret cessare remedium d. l. 2. sequeretur, quod ea non haberet locum in minore, quod vtique, vltra quod esset cōtra generalitatem ipsius, nimis foret iniquum, quod maiores essent magis priuilegiati quàm minores, qui innumeris ferè priuilegijs potiuntur, l.1.& toto tit.ff.de minoribus. Intelligendum tamen id est, quoties ab initio interuenit decretum, secus quando contractus nullus ex consensu partium confirmaretur, quia tunc cessat remediū d. l.2. vt dixi supra in præfat. circa finem, sub num. 125. versic. & licet. Benè verum est, quod per interuentum decreti læsionēm non ad-

fuisse præsumetur, sed necesse erit eam euidentiss. probare, vt concludunt Pantal. in repetit. d.l.2. & Grat. consil. 15. lib. 2. Competunt igitur minori læso remedium restitutionis, & remedium d.l.2. contra ea quæ sensit Bart. in l.1. C.si aduers.fisc. & ibidem Ang. & Aymo Crauet.cons.7. num.2.& num.12. & cons.151.num.6. quippè minori læso vltra dimidiam, non dari restitutionem, cum etenim habeat commune remedium d.l.2. debet cessare speciale remedium restitutionis. l.in causæ, la secóda, ff.de minor. Contrarium namque voluit Bald.d.l.1. & ibi Iacobin. a S.Georg. dicens communiter teneri cũ Baldo, Salicet.d.l.si quidem. Pãtal.de Crem. in repetit. d.l.2.num.54. & ibidem Cagnol.nu.105.& post eos Pinel. in 2.par.c.1.num.19.Abb.in c.cum dilecti, num.5. de empt.& vendit. Gozadin.cons.44.num.14.& Didac.Couar. variarum resolut. lib.1.c.3.nu.11.vers.

5 tertio. Non obstat d.l.in causæ,† quandoquidem quando remedium extraordinariũ prout est restitutio, pinguius prouidet, non excluditur per ordinarium, glos. communiter approbata in l. vlt. C.si aduers. rem iudic. Bart. in l. in prouinciali, §.1. nu.2. ff.de noui oper. nunciat. Pantal.d.l.2.num.55.& ibidẽ Pinell.nu.9.c.1.par.2. Matth. Gribald. in suis commun. opin. in verbo restitutio in integrum, vers. remedium. & ingeniosissimus Sforz. Odd. in elegãtiss. tractatu de restitutione in integrum, qui infra paucos menses edetur, in ea q. An restitutio cesset vbi cõpetit aliud remedium. Quomodo autem pinguius prouideatur per restitutionem, quã per remedium d.l.2. vide Pantal. dict. l.2. num.55.

6 Declaratur modò præd.conclus.† vt non procedat quando pretium rei fuisset per iudicem taxatum, tunc etenim restitutio non competit, vt notãter declarat gloss. & ibi Bart. d.l.ait prætor, §.permittitur. glos.& Bart. Salicet. d.l.si quidem, vbi etiã Alex. ad Bart.& Roman. in l. pupillus, nu.11. ff.de acquir. hæred. Et notes, ꝙ licet quando interponitur decretum super alienatione, non sit necesse quod iudex taxet quanto pretio res vendatur, si tamen pretiũ taxauerit, præter cessationẽ remedij restitutionis in integrũ, sequitur & alius

7 mirabilis effectus, † quod si tutor vendidit rem minoris, pretio viliori, præcedente iudicis æstiatione, tutor excusatur, l.vlt. iuncta glos. C.de magistr.cõuen. vbi Bart. multum exclamat, enixè rogando, ne de hac notabili declaratione in perpetuum obliuiscamur. sequitur Bal.d.l.vlt.in 6.not. Ias. in l.plus autem, num.8. Inst.de act.& id pro valde singulari tradidit Roman. sing.80. excusatur.& ibi Nicol. Pignatell.in addit. & Gaspar Caballin. insuper const. Aegidian.lib.5.c.9. num.12. Quod tamen sanè intelligas, nisi manifestũ esset æstimationem illam esse iniustam, vel si de hoc esset publica fama in vicinia,& locis circumstantibus: Nam tũc tutor non excusatur, dicendo se credere illam æstimationem esse iustã. arg. l.si tutor petitus, C.de peric. tut. & declarat Bart. d.l.vlt. circa finem.

8 Secũdò declaratur,† vt non procedat, qñ interuenit iuramentũ, ꝙ facit cessare restitutionem in integrũ, secundum DD. in Auth. sacramenta puberũ, C.si aduers.vendit. Ang.& Castr.in l.si duo patroni, §. idem Iulianus. & ante eos Bar. ff.de iureiur. Bald.in l.1. C.de reb. credit.& in l.1.C.si aduers. vẽdit. Tho. Grammat.cons.31.nu.10.& seq.& Io. Bernardin. Diaz reg.219.fall.4. Id ꝙ in vno tãtum capite procedit, quando scilicet ex sui facilitate esset læsus, secus si ratione doli aduersarij, tunc etenim iuramento minimè obstante poterit restitutionẽ petere. Corn. Ias.& cæteri in repet.d. Auth. sacramẽta puberum. & Io. Bernardin. Diaz d.reg.219.fall.4.

9 Tertiò declaratur † in libertatis datione: Nam aduersus eam minor non restituitur, si decretum iudicis interuenit, l.pen. C.si aduers. libert.

Quartò

10 Quartò declaratur, † qñ decretũ interponitur super ætate, quia tunc nõ restituitur minor. l. minor adito, §. vlt. ff. de minoribus, vbi Bart. n. 5. & alij omnes id adnotãt. Sebast. Sap. in l. de ætate, num. 9. ff. eod. Sforz. Odd. in præcitato loco, vers. limitatur igitur primò, vbi rationem refert duobus modis id notabiliter declarãs. Concludendũ est itaque cum ampliationibus & limitationibus supradictis, minori dari restitutionem in integrum, etiam ꝙ intercesserit decretum; ꝙ si nõ interueniat, superuacuum est de vili pretio pertractare, cum S. C. auctoritas, retento dominio alienandi viam obstruxerit. l. 2. & l. si quidem, C. de præd. minorum.

11 Sed difficultas est, † quomodo restituatur minor, quomodo formandus sit libellus, & ad quid petat restitui; circa quod tres sunt considerandi casus.

12 Primus est, † quando minor læditur in vendendo, quia sibi non expediebat vendere, & tunc absque dubio per restitutionẽ rem ipsam recuperabit, vt sensit Accurs. Bart. Bald. Salicet. & alij in l. si quidem, C. de præd. minorum. & Roland. a Valle conf. 59. nu. 4. lib. 1. Poteritq. tunc minor agere, tam contra tutores, aut curatores alienantes, quam etiam contra emptores, cum id eius electioni tribuatur, vt per Plot. in repetit. l. si quando, num. 203. versic. & sicut potest, C. de reuoc. donat. Alfonf. Aluarez in Speculo Sum. Rom. Pont. Imperat. ac Regum, cap. 80. vers. & aduerte, car. 476. & nouissimè nouissimi Fiuizanenses in tract. de tut. & curat. num. 171.

13 Secundus casus est, † quando minor est læsus in eo, quod malè vendidit, quia benè expediebat sibi vendere, sed fuit deceptus in pretio, cum deberet vendere pretio cariori; quo casu concludendum est, electionem esse emptoris conuenti, vel vt suppleat iustum pretium, vel rem restituat. gloss. Bart. & Bald. d. l. si quidem. Bar. in l. 1. C. si aduers. credit. & in l. si res, §. 1. ff. de iure dot. inquiens se millies per illum textum fecisse ita practicari; quibus in locis inquit Bart. restitutionem dari ad pretium, non tamen apperit an sit danda electio emptori, prout alij omnes intellexerunt, præcipuè Salicet. d. l. si quidem, asserens opinionem glos. verissimam esse, nec emptori electionem ex æquitate denegandam, ne compellatur rem habere pro pretio quo noluit. glos. in l. patri, §. 1. in verbo, (oporteat,) ff. de minoribus. Fulgos. d. l. si res, §. 1. Alex. in l. non interest, C. quod met. causa. Abb. & alij in c. constitutus, de in integr. restit. Cuman. conf. 180. ad finẽ. Socin. consil. 57. num. 47. lib. 4. Gozad. conf. 44. num. 12. & 14. Roland. a Valle consil. 59. nu. 7. lib. 1. & Roder. Soarez allegat. 21. num. 5. Et iste casus videtur optimè probari posse in l. si res, §. primo, l. quoties, & l. plerũque, ff. de iure dot. Quibus tamen minimè refragantibus, non defuere qui contrarium senserint, quod immò minor læsus in pretio, per restitutionem rem præcisè auocet, pretiumq. restituat, vt fuit Cin. & Alberic. d. l. si quidem. Castr. in l. nõ interest, num. 4. C. quod met. cau. & in praxi ita iudicatum fuisse tradidit Fulgos. d. l. si res, §. primo. Didac. Couarr. variarum resolut. cap. 3. sub num. 11. versic. tertio hinc deducitur. Natta consil. 548. num. 32. lib. 3. Crauetta consil. 7. num. 12. versic. & si dicas, lib. 1. Menoch. de remed. recup. poss. remed. 15. quæst. 15. num. 138. & seq. & Arius Pinell. in l. 2. num. 21. C. de rescind. vendit. vbi subtilissimè, ac egregiè quidem opinionem hanc contra communem defendit, inquiens insuper, quod in praxi, nec vidit, nec audiuit obseruari distinctionem gloss.

14 Non teneturq. emptor † pro rata pretij restituendi restituere fructus ex re empta perceptos, Cępoll. de simulat. contract. primo casu princip. sub num. 7. versic. si verò contractus. & hanc esse * cõmunem opinionem, & in praxi

receptam, tradit Pinell. d.l.2. lib.2. in secunda par. cap.vlt.n.1. Emanuel Soarez in commun.opin.in verbo, fructus, num.353. quos refert, & sequitur Borgnin.Caualcan.in tract.de tut.& curat. sub num.145. vbi testatur de * communi, & contrarium sentientes adducit, & nouiss.eruditiss.Gabriel. cons.33.numero 6.vol.1.vbi alios recenset.

15 Tertivs casus est, † quando minor est læsus, non in eo, quod vendidit, nec in eo quod malè vendidit, sed in eo quod pecuniam quã recepit in malos vsus consumpsit, vel aliter perdidit; tunc restituendus est minor aduersus solutionem sibi factam, per tit. si aduers.solut.& ita concludit Bart. & Salicet. d.l.si quidem, in fine. & Alfonsus Aluarez in loco in primo casu mox re-
16 lato. † Qui tamen casus intelligi debet, quando emptor fuit in aliqua culpa non soluendo, cum omni iuridica solemnitate, aliàs ex casu, vel culpa alterius nõ daretur restitutio in emptorem. Bart. in l.fine, §.interposito, ad finem, ff.de administrat.tut.& Pinell.d. l.2.num.28. in fine. Et ex his tribus casibus potest optimè colligi quomodo sit formandus libellus, & positiones, per minorẽ ad petendam restitutionẽ.

Restat adhuc & aliud dubium
17 circa restitutionis materiam: † Si quidem minor vendicans prædia alienata tenetur restituere pretium. l.non solum, ad finem, C.de præd.minorum.& l.si a te, C.de pact.inter empt. & vẽdit. Anchar. cons.34.num.20. Natta cons. 631.nu.1.lib.3. Roland.de Curte cons. 123.num.65. ad causas vltimarum voluntatum. Cephal.cons.207.num.1.& num.37. lib.2.& Euerardus in loco, a
18 pupillo ad ecclesiam, sub nu.4. † teneturq. etiam pretium cum vsuris, & meliorato prædio, sumptus meliorationis restituere. l.si prædium, in fine, C.de præd.minorum. & sequitur Azo in sua Summa, C.quando decr.opus non est, in fine. Competit igitur minori actio, tam in personam, quàm in rem, seu rei vẽdicatio. l.magis puto, §.pen. ff.de rebus eorum. & l.3. C.de præd.minorũ. Nicol.Vigel. ff.lib.18.par.2.cap.6.reg. 2.Castr. cons.105. nu.2. si non interesset, lib.2. Cephal.cons.115.lib.2.& Rofred.in tract.de libellis, par.8. in rubr. constitutio Federici Imperatoris, in fine. Sed tenetur restituere pretium quatenus probatur in eius vtilitatem versum, secundum Bart. & alios in l.prædiorum, C.de præd.minorum.cæteriq.
19 omnes præc tati sequuntur. † Quamquam etenim distractio, seu obligatio inutilis fuerit, tamen tutori, vel minori alienata, seu obligata vendicanti, doli exceptio non inutiliter opponitur, ne pupillus damno alieno lucrum captet, textus est in l.si fundus, §.quamquam, l.si pupillorũ, §.si obligauerit, ff.de rebus eorum, l.quamquam, l.vtere, & l.si prædium, C.de præd.minorũ, & l.consilio, §.primo, ff.de curat. fur. Si igitur minor pecunia, vel re, quam ex alienatione suæ rei accepit, locupletior factus est, & eam non restituat, doli mali exceptio competit.

20 † Sed non leuis postmodum oritur difficultas, quisnã debeat probare, An pupillus pretium in eius vtilitatem non versum, An verò aduersarius in vtilitatẽ minoris versum esse; circa quod notabiliter distinguit Accurs. d.l.prædiorum: Quod aut contractus est aliquis, & petitur rescindi, vt quãdo minor restituitur aduersus venditionem, & tunc vtique tenetur minor restituere pretiũ, qd' accepit, nisi probet illud malè perditum, vel inutiliter consumptum: Aut verò contractus est nullus, vt quando facta est venditio sine iudicis decreto, & tunc emptori incumbit onus probãdi pretium versum fuisse in vtilitatem, & commodum minoris; quam distinctionem sequitur Io.Fab. latius distinguendo, Bart. Bald.& Salicet. d.l.prædiorum, vbi etiam Illustrissimus, ac Reuerendiss. Cardin. Alban. in lucubrat. in Bart. Salicet. in l.si prædium, in fine, C.de præd.minorum. Ias.in l.nam postea,

ftea, §. fi minor, num. 21. ff. de inreiur. Hippoly. Riminald. Inst. quibus alien. licet, vel non, §. vlt. num. 61. & consil. 5. num. 76. lib. 1. Corn. consil. 71. num. 6. & conf. seq. num. 9. vol. 3. Marian. Socin. conf. 15. num. 22. lib. 1. vbi in fauorem minoris (etiam indistinctè) firmat. Natta conf. 631. num. 5. vol. 3. Iacob. Philipp. Port. lib. 3. com. opin. conclus. 12. versic. limita in minore. Alfonsus Aluarez in Speculo sum. Rom. Pontif. Imperat. ac Regum, cap. 80. versic. dixi, car. 475. Alex. consil. 46. circa primum dubium, sub num. 1. lib. 5. Bart. optimè quidem distinguēs. ad l. 1. C. si aduerf. credit. vbi videtur in hoc residere, quod vnusquisque teneatur probare fundamentum suæ intentionis, siue agendo, siue excipiendo. & Pinell. in repetit. l. 2. in 3. par. cap. 1. num. 25. C. de rescind. vendit. attestans distinctionem d. glos. inter nullitatem, & restitutionem, vt in hac minor probet pretium non fuisse versum, in illa probet emptor pretium versum fuisse in ✱ vtilitatem minoris, * communem esse, licet eam non sequatur: Quæ distinctio videtur & lege, & ratione optimè comprobari posse. Lege, in l. si prædium, vers. emptor, l. prædiorū, & l. vtere, C. de præd. minorum. Ratione autem, quia vnusquisque debet probare quod est causa suæ intentionis, l. actor, cū similibus, C. de probat. Sed in nullitate emptor censetur agere, quo ad pretium quod sibi restitui vult: In restitutione autem minor in totum agit, ac proinde vnusquisque probabit fundamentum suæ intentionis. Fallit in creditore mutuante, qui semper probat, l. 1. vbi Bart. Castr. Salicet. & alij, C. si aduerf. credit. & ita ex mente Dini limitat Ioan. Fab. in Breuiario ad l. prædium, C. de præd. minorum, quod pro singulari tradidit Mathesil. notab. 58. incip. nota vnum casum quotidianum.

Pileus tamen glossator antiquus, in suis quæst. quæst. 118. relatis hinc inde argumentis, concludit, quod etiam si sine decreto sit facta alienatio, nihilominus teneatur ipse minor probare pecuniam amissam, in eiusq. vtilitatem minimè versam. è contra Pinell. d. l. 2. par. 3. cap. 1. num. 25. vult indistinctè, quod tam in restitutione, quàm etiam in nullitate, semper onus probandi incūbat emptori; & ex eo præcipuè probat, quod voluit Bar. in l. 1. C. si aduerf. credit. vbi etiam Bald. num. 5. & Salicet. num. 3. & alij quamplures quos ipse refert, quod si minor restitutionem petens, probauerit se læsum in vendendo, emptor probare debet pretium versum fuisse in vtilitatē minoris: & multa siquidem alia noua, ac subtilia recenset, licet aliquantulum confusè. Verùm ipse neque Bart. neque Bald. nec Salicet. in d. l. 1. inuenire potui, id dicere, ad quod Pinell. contra distinctionem Accursij adducit, de quo non parū miror, & quicquid ipse subtilizando dixerit, puto distinctionem Accurs. tam- ✱ quam * communem, & veram sequendam esse: Nam cum fuerit facta alienatio cum decreto iudicis, si est læsus minor restituitur, sed non habet emptor præsumptionem contra se, ex quo interuenit iudicis decretum, quod omnem fraudis, ac doli præsumptionem tollit, vt dicam infra in fine, n. 45. secus verò in secūdo distinctionis membro, in quo ideo emptor cogitur probare pretium versum in vtilitatem minoris, quia habet præsumptionem contra se, ex quo fuit facta alienatio absque decreto, vt videtur considerasse Ias. d. §. si minor, nūm. 21. Nec ex eo quod constet pecunias ad manus minoris peruenisse, præsumitur factus locupletior, sed necesse est probari minorem locupletiorem factum, speciesq. locupletationis deduci debet. Angel. consil. 160. D. Catharina, ad finem. Curt. iun. consil. 26. in fine, vbi dicit hāc opinionem communem, & de iure veriorem. Hippolyt. Rimin. qui alios refert, consil. 5. nu. 77. lib. 1. Omittendum tamen non

est, quod de iure Longobardorum, qui a minore emit semper perdit pretium, & rem emptam restituere tenetur, vt in leg. Longob. tit. de prohibit. alienat. minor. l. 2. quod intelligendum est, nisi minor venderet in casibus a iure permissis: Nam tunc seruata solemnitate quæ de iure Longobar. requiritur, irreuocabiliter minor alienat, vt adnotat Andr. de Barulo in leg. Longobard. comment. tit. 2.

21 † Et isto secundo distinctionis membro, quãdo facta est alienatio sine debitis solemnitatibus, non solum poterit agere minor cõtra emptorem, sed etiã contra quoscumque possessores vniuersales, & singulares. l. magis puto, §. si æs alienum. & §. maneat, ff. de rebus eorum. Castr. consil. 105. num. 2. in secunda par. vbi ponit remedium vtilius, & formam libelli contractum rescindendi. Roman. cons. 321. in casu propositæ. Paris. cons. 100. vol. 1. & moderni Fiuizanenses de tut. & curat. sub nu. 123. versic. quo casu, & latius sub num. 152. cum alijs seqq. vbi quomodo id procedat latè declarant.

22 † Item contra tutores, vel curatores poterunt minores in litem iurare: Nã ex quo contra legum interdicta contraxerunt, dicũtur esse in dolo. l. quemadmodũ, in fine, C. de agricol. & cens. lib. 10. quod latè deducit Plot. alios allegans in repetit. l. si quando, nu. 199. vers. vbi ergo tutor, C. vnde vi.

23 † Nec potest possessor bonorum minoris retinere dicta bona pro melioramentis per eum in dictis bonis factis, nec pro expensis necessarijs: Nã cũ bona ad ipsum cum vitio peruenerint, non poterit ea retinere ope exceptionis, sed necesse habebit illam restituere. cap. vlt. de ordin. cognat. Ias. in l. 1. num. 10. C. de seru. fugit. Capic. decis. 119. Menoch. de recuper. possess. remed. 11. nu. 21. versic. declaratur nunc. & latius remed. 15. num. 154. versic. secundus est casus. & numero 537. versic. quintus est casus. & Borgnin. Caualcan. de tut. & curat. sub numero 165.

24 Et notes, † quod quando tutelæ, vel alia actione minor æstimationem prædij consecutus esset, vendicatio prædij ex æquitate inhibetur, teste Vlpiano in l. illicitè, ff. de rebus eorũ qui sub tut. vel cura sunt. sequitur Nicol. Vig. ff. lib. 18. par. 2. cap. 6. reg. 1. except. 42.

INSPECTIO II.

25 SECVNDA principalis succedit inspectio, † nũquid decretum iudicis suppleat defectum non interuenientis tutoris, vel curatoris. glos. in l. si curatorem habens, C. de in integr. restit. minorum, videtur tenere quod sic; quod approbauit Corn. cons. 36. in princ. videtur prima facie, lib. 1. amplians id etiam in muliere, vt iudex valeat supplere defectum cõsanguineorum: Probatiq. id clarissimè videtur ex l. ait prætor, §. permittitur, ff. de minoribus, & l. bonorum, C. qui admitti.

Cõtrarium sensit Accurs. in l. vltim. C. si propter public. pensitat. & in l. vlt. in verbo (presidis,) C. de fideiuss. minorum. Io. Fab. in suo Breuiario, in l. bonorum, num. 5. C. qui admitti. Signoroll. de Homod. cons. 214. in causa vertenti, num. 5. qui mouetur ex not. in iuribus supra adductis, ac etiam ex not. d. l. si curatorem habens. Cuius opinionis vrgens est ratio, quia defficeret vnũ de substantialibus, & necessarijs, propter quod non valeret alienatio, l. cum hi, §. prætor, ff. de transact. & notauit glos. d. l. vlt. C. de fideiuss. minorum.

26 † Ipse verò pro istarum opinionum concordia, duos casus constituendos esse duxi, quorum erit Primus, quando sumus in actu in quo requiratur auctoritas tutoris, vel curatoris, & cum ea simul decretum iudicis, vt in alienatione immobilium minoris. l. 1. & tot. tit. ff. de rebus eorum. l. 1. & per tot. C. de præd. minorum. & tunc vtique cõcludi debet, quod iudex nõ possit tutoris, vel curatoris defectum supplere; & ita loquitur

loquitur d.l.vlt.C.si propter public. pẽsit.& d.l.cum hi,§.si prætor. & ita procedat gl.d.l.si curatorem habens, dum arguit pro parte negatiua; & istum casum firmauit expressè Bar. Bald. Castr. Salicet. Alex. Io. Sicchar. Vbaldonus de monte Biano nobilis Perusi. ac reliqui omnes* communiter, d.l.si curatorem habens. Bald. in rubr. C. de contrahenda empt. quæst. 24. Salicet. in l. bonorũ, sub nu. 3. C. qui admitti. & in l. dudum, in fine, C. de contrah. empt. inquiens, hoc casu esse cautelam, vt duo iudices adhibeantur, vnus qui interponat decretum, alter verò qui suppleat tutorũ vel curatorum defectum. Io. de Plat. in §. neque, vers. item habet locum. & ibidem Angel. Aret. sub nu. 3. Inst. de aut. tut. Pett. de Vnzola in practica artis notariat. ti. an de contractibus suis teneatur pubes respondere, sub num. 3 vers. sed quid si minor. & Tiraquell. de legibus connub. glos. 8. num. 133. quod ea ratione probatur, quia deficeret vnum de substantialibus necessarijs in alienatione minorum, nempè tutoris, vel curatoris auctoritas, vt dixi. Præterea iudex fungeretur duplici officio, quod esse non potest, quando repugnat, vt est in casu nostro, argum. l. vlt. ff. de offic. præt. l. præses, la 4. ff. de offic. præsid. & l. nemo, la 3. & ibi etiam gloss. C. de assess. Ex quibus remanet expeditus iste primus casus.

27 † Nec obstat si contra obijcias de l. bonorum, C. qui admitti, vbi & auctoritas tutoris requiritur in agnoscenda possessione bonorum, vt ibi, & etiam iudicis in decernendo. l. 1. §. decretalis, ff. de success. edic. & l. vlt. C. qui admitti. & tamen iudex potest defectum tutoris supplere, vt ibidem apparet: Quia respondetur ex mente Baldi d. l. si curatorem, quod iste casus communis procedat in actibus principaliter ordinatis ad alienationem; lex verò bonorũ, in actibus ordinatis principaliter ad acquisitionem, licet in consequentiam minor in obligatione postea incidat; quæ Baldi responsio magis subtilis, & colorata est, quàm vera, & iuri consona, cum sit contra principium Inst. de auctoritat. tut. iuncto §. neque, vt animaduertit Alexand. d. l. si curatorem habens. Alia est igitur melior responsio Salic. quam sequitur Alexand. d. l. si curatorem habens, quod scilicet d. l. bonorum, loquatur quando iure communi requirebatur decretum, sed casus noster loquitur de decreto quod requiritur in actu iure singulari, nempè ratione minoris ætatis; & ideo in d. l. bonorum, decretum iudicis supplet non interuenientis tutoris defectum, quia potentius operatur illud quod geritur de iure communi, quàm quod iure speciali agitur. l. eius militis, §. militia missus, ff. de testament. milit. est textus ad litteram in §. quia verò verisimile, Auth. de non alien.

28 Secundus casus est, † quando sumus in actu in quo solus tutor vel curator sufficit, ita quod iudicis decretum non exigatur, & tunc potest iudex defectum tutoris, vel curatoris supplere; siue simus in actu necessario, vt in solutione facienda, d. l. ait prætor, §. permittitur; siue simus in actu voluntario, d. l. bonorum, l. si infanti, in fine, C. de iure delib. & ita procedat dictum gl. d. l. si curatorem habens, vbi Bart. & Salic. & ante eos antiquiores secuti fuere. Maranta in repetit. l. is potest, nu. 150. ff. de acquir. hæredit. Tiraq. de legibus connub. glos. 8. num. 66. & seq. & Ioan. Sichard. d. l. si curatorem habens, num. 14. tomo primo.

Bartol. autem, quem DD.* communiter sequuntur in d. l. si curatorem habens, distinguit, † quod aut sumus in
29 actu liberationis, qui dicitur necessarius, & tunc, vt iam diximus, supplet iudex defectum tutoris, & ita procedat d. §. permittitur. aut sumus in actu obligatorio, vel voluntario, & tunc iterum subdistinguit; aut sumus in curatore, & auctoritas iudicis sufficit; aut sumus in tutore tantum, & tunc si pupillus

pupillus tutorē nō habeat, vel habeat, sed eius præsentia haberi non possit, iudex potest supplere tutoris defectum, vt dixi supra de curatore; si verò tutorem habeat, minimè potest. Et ratio differentiç inter tutorem, & curatorem est, quia habenti tutorem, tutor dari non potest, l. cum iure, C. qui pet. tut. poss. §. interdum, Inst. de curat. habenti verò curatorem, curator dari potest, l. ventri, ff. de tut. & curat. dat. ab his. & sic cum possit iudex alium curatorem dare, potest etiam officium curatoris sibi assumere, secus in tutore, vt diximus. ita notant DD. d. l. si curatorem.

30 † Quam sanè differentiam inter tutorem, & curatorem non admittunt Fulgos. & Salic. vt animaduertit Alex. qui eos sequitur, in d. l. si curatorem. Nam quemadmodum habenti curatorem, curator dari potest, causa tamen cognita, l. curatorem, cum ibi not. ff. de curat. dat. ad his. & notatur d. l. ventri. ita etiam habenti tutorem potest dari curator ex causa, d. l. curatorē, cum ibi not. Ex quo satis apparet, non subsistere differentiam inter tutorem, & curatorem; vnde generaliter, & indistinctè cōcludi debet, posse iudicem tutoris, vel curatoris supplere defectū, quando sola eorum auctoritas sufficit, nec aliquod exigitur decretum.

31 Nota tamen in practica, † quod cū iudex supplet defectum tutoris, vel curatoris, debet notarius de hoc facere expressam mentionem in actis, dicendo, sciens, & cognoscens D. iudex eum esse minorem, & prædicta sine tutoris auctoritate facere, suum decretum interposuit, & auctoritatem. l. bonorum, C. qui admitti. ita docet nos Bartol. quem communiter omnes DD. sequuntur, d. l. si curatorem habens. Aretin. & cæteri, §. neque institu. de auct. tut. & Corn. cons. 36. in princ. videtur prima facie, lib. 1. Io. Sichar. d. l. si curatorem habens, num. 14. tom. 1. & l. fin. in fine, C. de iure delib. to. 2. Cassador. in deci. ad reg. cancel. tit. de appel. deci. 7. nu. 3. Et idem per omnia dicendum est in iudice supplente defectum consanguineorum, vt ad exemplum tutorum, & curatorum defectus, possit quoque cōsanguineorum defectus suppleri, de quo vide Salicet. in l. dudum, in fine, C. de contrah. empt. Alexan. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, sub num. 14. ff. sol. matrim. Corn. d. consil. 36. & Roland. a Valle cons. 1. nu. 184. lib. 2.

INSPECTIO III.

32 POSTREMA huius tituli est inspectio, † An præsumatur pro decreto, in qua duæ aliæ sunt subdistinguendæ inspectiones; quarum altera erit, si reperiatur cōtractus in quo nulla habeatur mētio de decreto, An ipsum interuenisse præsumatur? circa quam duo sunt subdistinguendi casus.

33 PRIMVS est, † quando reperitur contractus post aliquod temporis spatium, quod tamen non sit longissimū, & tunc crederem indistinctè, quod in tali contractu non interuenerit decretum, cum verisimile minimè sit, quod nulla de eo esset habita mētio, si interuenisset; & eo ipso quod quis producit instrumentum, in quo de decreto non fiat mentio, dicitur probare illud non interfuisse. arg. l. super seruis, C. qui milit. poss. vel non, lib. 12. Faciunt quæ habentur in glos. magna, l. 1. C. de fide & iure hast. fisc. lib. 10. & in proprijs terminis id sensit glos. in l. si contra, C. si quis ignor. rem minoris esse, vbi etiam Salicet. inquiens, quod tutor interuenerit, vel iudicis decretum, est solemnitas extrinseca, quæ non præsumitur. idem voluit Corn. cons. 36. nu. 3. in hac consultatione, lib. 2. Anto. Gomez. de contractibus, cap. 11. sub num. 17. & Brun. in tract. de form. tit. de probat. & præsumpt. formæ, colum. 9. vers. circa aliā. Siquidem qui tale instrumentum producit, in quo de decreto non habeatur mentio, dicitur habere intentionē fundatam, vt iam dictum est: Et qui asserit illud

illud interfuisse, necesse est quod aliter probet, alioquin sequeretur absurdum, quod etiam si non intercessisset decretum, venditio, seu alienatio valeret, cōtra l. 1. & tot. titu. ff. de rebus eorum. & C. de pręd. minorum, per tot. Ne igitur reddantur elusoria tot iura in minorū fauorem inducta, concludendum est, dicto casu non præsumi decretum interuenisse. Et licet in contractibus communi iure probare teneatur, qui solemnitatem iuris negat adhibitam, l. ab ea parte, in fine, ff. de probat. tamen fauore ætatis minor, qui dicit rē suam alienatam fuisse, non adhibita iuris solemnitate, secundum tutoris auctoritatē, & decretum, hoc non probat, sed rem reuocat, nisi is qui dicit adhibitam probet, l. quæcunque, in fin. ff. de publiciana. & ita tradit Speculat. tit. de probat. §. probare autem, sub nu. 5.

34 Secundus casus est, † quando reperitur instrumentum in quo non appareat de decreto, sed sit factum per multos annos antea, quo casu concludūt DD. ex diuturnitate temporis pro decreto præsumi, licet de eo non appareat. Host. Io. And. & alij in cap. Albertic. de testibus, & in cap. illud, de præscrip. Imo. & Romanus in l. qui in aliena, ff. de acquiren. hæred. Alexand. qui * hanc opinionem * communem dicit, in l. sciendum, nu. 19. ff. de verb. oblig. & ibidem Crot. qui & ipse de communi testatur, nu. 9. licet contrarium sentiat respondens ad omnia quæ pro cōmuni adducuntur. Ancharan. consil. 135. ex consilijs, vbi consuluit, quod ex cursu 30. annorum purgatur omne vitium, quia præsumitur auctoritas decreti, & superioris interuenisse. Aretin. cons. 36. casus talis est. Alexan. cons. 79. circa primum de quo quæritur, secundo dubio, lib. primo. Corn. consil. 109. in fine, lib. 3. Dec. consi. 35. colum. pen. Soc. cons. 15. libro primo. Ripa respōs. 213. sub nu. 3. quia dubia addit. ad notab. Matthesil. notab. 12. nu. 4. & 5. vbi * de * communi testantur. Crauetta de antiq. temp. par. 3. in princip. & per tot. vbi insuper dicit, quod quando cum antiquitate tēporis concurrit alia præsumptio, vt purà possessio, vel quasi, longi temporis, sciente, & patiente aduersario, tunc tempus decem annorum sufficit, l. si filius, C. de petit. hæredit. & l. qui in aliena, versic. sed si non adierit, cum ibi not. ff. de acquir. hęredit. & noniter eruditiss. Menoch. cons. 90. num. 30. lib. primo.

35 Quod tamen declaratur, † nisi altera pars neget solemnitatem extrinsecā interuenisse, vt consuluit Alexan. cons. 9. vol. 3. quē refert, & sequitur Affict. decis. 345. num. 5. & decis. 107. in fine. præceptor meus insignis Tob. Nonius conf. 58. nu. 13. & Ant. Gomez. de contractibus, cap. 11. sub num. 17. ver. item adde, inquiens, quod non præsumitur talis solemnitas, quando non fuit oppositum a parte, nec iudicem posse ex officio allegare, vel opponere.

36 Declaratur Secundò, † vt non procedat, quando ex ipsa facie instrumenti docetur solemnitatem non interuenisse. Alexan. cons. primo, colum. pen. vol. 4. Socin. iun. cons. 56. nu. 22. vol. 2. Natta consi. 162. num. 29. lib. 1. vbi dictam declarationem tritam appellat. & nouiss. eruditissimus Bursat. consil. 23. nu. 16. l b. 1. & Crau. de antiq. temp. par. 3. num. 27. quod tamen intelligit ipse, nō quando in instrumēto nihil diceretur de solemnitate, quia adhuc præsumeretur; sed quando in ipso instrumēto enunciatur ipsa solemnitas, quæ apparet minus legitima.

Secunda subsequitur inspectio quando in contractu fuit appositum decretum, de eoq. fuit in instrumento facta mentio, An tunc præsumatur omnes debitas solemnitates interuenisse? circa quod plures sunt considerandi casus.

37 Primus est, † quando decretum interponitur super aliquo quod depēdet ex arbitrio iudicis, & tunc indistinctè concludas pro decreto præsumi, ex his

his quæ not. Aretin. §. semel autem, Instit. quibus ex caus. maior. Claud. Seysel. in l. sciendum, num. 31. vers. & breuiter pro concordia, ff. de verb. obligat. Præsumitur siquidem pro iudicis præcepto etiam absque causæ cognitione, in his quæ spectant ad ipsius officium. Anchar. in cap. ea quæ, colum. 3. versi. & intellige, de reg. iur. in 6. & Felin. in cap. si quando, colum. 7. ver. & adde, de rescript.

38 SECVNDVS casus est, † quando sumus in actibus in quibus non potest iudex arbitrari, nisi secũdum formam datam a lege, vt scilicet interponatur decretum in alienatione rerum minoris, quod fuit interpositum, sed aliæ solemnitates necessariæ non fuerunt enũciatæ, quo casu concludi debet pro decreto non præsumi. Accurs. in l. 1. C. de iure haste fisc. lib. 10. Bald. in l. 1. ff. de rebus eorum, in l. ex his, C. de testam. milit. & in cap. primo, §. si instrumentum, vers. quæro igitur, de nouo feudo. Angel. in l. Imperatores, ff. de priuileg. credit. Castr. in l. cum hi, §. si prætor, numero 2. & 3. ff. de transact. Faber in §. vlt. nu. 3. Inst. de fideiuss. Vbertin. Zuccard. in repetit. rubr. C. qui admitti, nu. 36. Felin. cap. quoniam contra, colum. 21. vers. sexta conclusio. & ibidem Dec. num. 55. vers. & istud, de probat. Bald. cons. 74. ad intelligẽtiam quæsitorum, lib. 1. Petr. de Anchar. cõs. 280. quæstio proponitur. Alexan. consi. 213. in fine, visis, & ponderatis, lib. 7. Corn. consil. 98. colum. 2. ibi (Prædictis,) lib. 1. & cõs. 71. num. 2. libro 3. Paris. cons. 98. num. 12. & consi. 100. num. 17. lib. 1. & cons. 85. num. 39. lib. 3. Dec. consi. 60. colum. 2. Neuizan. cons. 85. nu. 6. Ruin. consil. 63. num. 17. cons. 69. num. 5. & consil. 186. num. 11. lib. 1. Natta cons. 631. numero 27. lib. 3. Roland. a Valle consi. 99. num. 25. lib. 1. & Cephal. cons. 207. in fine, libro 2. Et non multi sunt dies quod in hac materia de iure respondi in quadam causa Perusina, cumq. obijceretur, quod contractus licet multos pateretur defectus, nihilominus pro decreto præsumi, quod omnes solemnitates interuenerint; respondebam ipse, quod cum in dicto contractu fuerit simpliciter appositum decretum, nihilq. fuerit de debitis solemnitatibus enunciatum, non potest pro decreto præsumi, ex his quæ diximus. Ex quibus apparet deceptos fuisse Alex. consi. 80. colum. 11. lib. 5. Socin. consil. 115. colum. 11. lib. 1. & clarius Imol. consil. 98. per totum, qui contra prædicta sentiunt.

39 TERTIVS casus est, † quando fuit interpositum decretum, fueruntq. in eo solemnitates enunciatæ, sed fuit interpositum a iudice rurali, ignaro, & idiota; & isto quoque casu pro decreto non præsumi concludas. Bartol. & Bal. in l. tutores, ff. de confirm. tut. Ias. cap. primo, colum. 4. versi. limita prædicta, vbi dicit hoc perpetuò menti tenendũ, qui feud. dare poss. in l. pacta nouissima, sub num. 9. vers. limita prædicta, C. de pact. & in rubr. C. qui admitti, n. 7. Claud. Seysel. d. l. sciendum, num. 32. Purpurat. in l. 1. nu. 661. ff. de offic. eius. Pantal. de Crem. in repetit. l. 2. numero 105. C. de rescind. vendit. facit id quod voluit Innocent. & Hostiens. in cap. accedens, el primo, vt lite nõ cõtest. Abb. in cap. nisi essent, in primo not. de præbend. Bald. in cap. cum parati, colum. 1. vers. item licet omnia, & ibi Præposi. num. 5. vers. nota ex textu, de appellat. Aret. cons. 69. vers. præterea. Paris. cons. 98. nu. 21. lib. 1. Neuizan. cons. 85. nu. 7. & Roland. a Valle cons. 90. num. 47. lib. 1. Maranta in tract. de ord. iudic. in 6. par. in 9. actu, vers. iuramentum, nu. 21. Alcia. in tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10. num. 10. Marsi. sing. 438. inquiens hoc menti tenẽdum perpetuò. Pet. Gerard. notab. 57. in fine, vbi dicit hoc esse magnum, & notabile dictum, tenendum perpetuò menti. Petr. Duẽ. in suis regulis, reg. 189. limitat. prima, & tertia. Lancellott. Conradus in templo omniũ iudic. lib. 1. c. 1. de Imperat.

§.4.de præst.& pot.Imperat. versi.tertio,num.20.& Ant. Gabriel. alios adducens in suis conclus.lib.2.tit. de sent. concl.5.limit.1.num.22.

Id quod valdè notandum est, pro Potestatibus, Vicarijs,& alijs Iudicibus castrorum, qui vili mercede in cõtractibus magni roboris interponunt decretum, pro quorum iudicum decretis ex iam supra relatis minimè præsumitur. Et ratio est, quia non est verisimile, quod talis iudex fecerit seruari solẽnitates iuris, quas ipse ignorat, vt videtur considerasse Aretin.d.cons.69.vers. præterea. Roland.a Valle d.consi. 90. num.47. & Alciat.d.reg. 3. præsumpt. 10.num.10.

40 Quinimmò † quod notabilius est, paucisq. cognitum, non potest decretũ interponi in contractibus minorum per Officiales castrorum & villarum, secundum Ange.singulariter, in Auth. vt diff.iudic.§.si tamen, colum.9. Bertachin.in repertorio, in verbo, decretum iudicis, vers.131.& in verbo, Officialis castrorum, vers.primo. Pro quo est qđ scripsit Natta cons.162.num. 20.lib.1. Nam iura (inquit ipse) permittunt alienationem bonorum pupilli, cum decreto prætoris vrbani, vel præsidis prouinciæ, viri clarissimi, l.1.in princip. & toto tit.ff.de rebus eorum. & sic videtur electa industria clarissimorum virorum. Idq. optimè confirmatur ex eo, ꝙ decretum interponere circa alienationem rerum minorum, est mixti imperij, secundum Rofred. in tract.de libellis, par.7.in rubr.de S.C.Clementiano, sub num.4. versic. item non intelligas.dixiq. supra tit.1.num.75.quo mixto imperio iudices rurales carent. Et ex hoc innumeræ possent alienationes minorum rescindi cum talium iudicum decreto celebratæ, in quo impossibile est debitas fuisse seruatas solemnitates, quas ipsi prorsus ignorant.

41 QVARTVS & vltimus principalis casus est, † cum interponitur decretum a iudice maiore, in eoq. omnes debitæ iuris solemnitates enunciantur, & tunc procedat dictum Speculat.in titu.de empt.& vendit.§.nunc dicendum, el primo, versic.& breuiter scias, quod præsumatur pro decreto. quem communiter fuerunt secuti DD. Bald. in l. cum hi, §. si prætor, circa finem, ff.de transact. in l. iurisgentium, §.quod ferè, colum.1.in fine, versi.sed nunquid in iudicijs, ff.de pact.in l.quęcumque, §. vlt.ff.de public. in l. non aliter, ff.de adopt. in l.2.§. fina. in vlt. quæst.ff. si ex noxal. causa agatur. in l. 1.in 3.notab. ff. de rebus eorum.l. vlt. C. de præd. minorum. in l. quæcumque, C.de bon. quæ lib.in cap.primo, in princip.colum.6. titu. qui feud.dare poss.in cap.in præsentia, col.vlt.versic. & licet præsumatur, de renunciat.& in addit.Specul.titu.de appellat. col. 15. Barto.Bald. Alex.latè Ias. & cæteri omnes, in l.sciendum, ff. de verb.obligat. Ioan.de Imol.in l.si quis cum aliter, in fine, ff.eod.Ias.in l. pacta nouissima, num.8.ff.de pact.& in rubr. C.qui admitti, num.7.Pantal. de Crem.in repetit.l.2.num.104.C.de rescind.vend.Felin. latè in cap. quoniam contra, in 7. conclus.& ibidem Dec.numero 55. de probat.Feder.de Sen.consil. 249.circa finem, Dominus Michael.Petr.de Anchar.consil. 280. quæstio proponitur. Bal.cõs.475.ver.& nor.lib.1.cons.184. numero 2.ad intelligentiam, lib.2.& consil.66.colum.1.versicu.quo ad vltimum pactum, lib.5.Castr. consil. 89. super eo quod quæritur. Alexan.cons. 79.circa primum, colum.6.cons.80.visis themate, colum.2.versi.præsumitur enim decretum. & consil. 92.viso, & opportunè discusso, colum.3. libro 5. Ias.cons.119.colum.1.in fine, ver.confirmo, vol.1.Dec.consi.209.in princip. vsque ad numer.3.in casu proposito.& cons.222.num.9.versicul. & dato, viso puncto.Corn.cons.348.col.3.versi. tamen non videtur, vol.1.consi.71.num. 2.& 8.& cõs.109.lib.3.Io.de Imo.(hũc casum nimium indistinctè defendẽs) cons.

conf.98.& seq. vbi pulchrè in proposito. Socin. consil. 115. colum. vlt. vol. primo. & conf. 158. colum. 4. ibi (confirmatur,) volum. 2. Curt. sen. conf. 43. col. 4. Bolognin. consil. 59. visis igitur. Paris. consil. 33. num. 2. & conf. 98. num. 12. lib. primo. & conf. 12. nu. 57. cum seq. lib. 2. Grāmatic. conf. 15. num. 3. Natta conf. 162. nu. 19. lib. 1. inquiens DD. id
* communiter * sequi. Guido Pap. consi. 23. colum. 5. num. 6. lib. 1. Signorol. de Homod. conf. 251. num. 4. versic. item propter auctoritatem. Ruin. conf. 189. num. 2. lib. primo. Neuizan. innumeros ferè ad id congerens, conf. 85. num. 2. Stephan. de Barber. conf. 105. n. 2. ad caus. vlt. volunt. Colleg. aduocatorum curial. pro March. conf. 150. inter cōs. crim. diuersorum, num. 23. tomo 1. Crauetta in responso pro genero, in princ. num. 10. Rolan. a Valle conf. 90. num. 10. & 42. consil. 99. nu. 21. lib. primo. & conf. 2. num. 62. lib. 3. Præceptor meus vir summi ingenij, acriq. iudicij, Tob. Nonius conf. 57. num. 8. & conf. 88. nu. 17. eruditiss. Gabriel. conf. 23. num. 6. & 9. volum. 1. & conf. 33. num. 4. Hippolit. Riminald. conf. 6. nu. 78. & conf. 42. num. 56. lib. 1. Cæpol. caut. 259. incip. tutores semper desiderant. Fabian. de Mon. in tract. de empt. & vendit. 5. q. princip. tit. de solemnitat. in alien. minorum rerum, sub num. 101. Alciat. (licet in puncto iuris contrarium sentiat) in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10. Trigon. sing. 122. Iodoc. Damhouder. in subhastat. compend. exeg. cap. 2. num. 25. & latiss. Anton. Gabriel. in suis conclus. tit. de sent. concl. 5. in prin. Et ne videamur niti solum auctoritatibus, id probatur in l. ab ea parte, secundo resp. ff. de probat. in l. manumissio per liberos, ff. de manumiss. vind. & in l. Herennius, §. Caia, ff. de euict. Vnde indubitanter concludendum est, presumi pro decreto iudicis, dummodò fuerit per maiorem iudicem interpositū, fuerintq. in eo debitæ iuris solemnita-
42 tes enunciatæ: Quę tunc demum enū

ciatæ dicuntur, quando continentur in instrumento, quod iudex tali vēditioni causa cognita, iuris solemnitate seruata, vel alia huiusmodi sint apposita verba, licet non fuerint particulariter omnes solemnitates enunciatæ. Alberic. quem refert, & sequitur Castr. in l. actus omnes, in fine, C. de ferijs. idem Castr. in l. cum hi, §. si prætor, num. 2. ff. de transact. & conf. 174. contra superius consulta, colum. 2. vers. præterea dicebat Baldus, in lib. 1. Alexand. conf. 80. colum. 2. post princip. lib. 5. & conf. 213. in fine, visis ac ponderatis, libro 7. Ias. conf. 40. colum. pen. circa medium, vers. tertiò respōdetur, lib. 3. Bolognin. conf. 59. col. 4. & Cranetta de antiquit. tempor. par. 2. num. 9. & num. 14. vers.
* rursus, vbi de * communi testatur. Sunt tamen qui intelligant, tūc præsumi pro decreto, quando solemnitates particulariter exprimuntur in decreto, non autem quando exprimuntur in genere. Io. Fab. §. fin. circa finem, Inst. de fideiuss. Felin. in cap. quoniam contra, colum. 21. versic. limita, seu declara, de probat. & Paris. conf. 12. num. 58. lib. 2. & conf. 85. nu. 39. lib. 3. Istam contrarietatem in concordiam reducit Alcia. in tracta. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10. nu. 5. videlicet, quod Prima opinio procedat in decreto modicam causę cognitionem exigente. Secunda verò in decreto requirente maximam causæ cognitionem. Ipse tamen putarem pro decreto præsumi, etiam si in genere dicatur, causa cognita, vel iuris solemnitate seruata; quod tamē procedit ex consuetudine, vt videtur considerasse Neuizan. conf. 85. num. 6. vers. non obstat. De iure etenim certissimum est, nō sufficere si per notarium, vel iudicem dicatur in genere, causa cognita, iurisq. solemnitate seruata; sed necesse est, vt fiat separatus tractatus, seu separata scriptura, in qua omnes debitæ iuris solemnitates comprehendantur. Doctrina Castr. consi. 38. super eo quod quæritur, lib. 2. quem infiniti alij sequūtur, quos

quos latè congessi supra lib. 1. tit. 1. inspect. 7. num. 100. licet tamen hodie de consuetudine huiusmodi tractatus seu separata scriptura non sit necessaria, vt dictum fuit supra d. inspect. 7. nu. 104. Præsumitur igitur pro decreto, cũ fuerit a maiore iudice interpositum, & fuerunt generaliter in instrumento solemnitates enunciatæ, quod non de iure communi, sed ex consuetudine procedit.

Et ideò ex talis decreti præsumptio-
43 ne insurgit, † vt præsumatur minor is, cui prætor tamquam minori curatorẽ dedit. Bald. in l. iure nostro, §. propter litem, versic. quinto noto, ff. de testam. tut. in l. cum te minorem, colum. 2. ver. interdum ætas, C. de probat. & consil. 66. colum. 1. vers. quo ad vltimum, lib. 3. Corn. cons. 69. nu. 30. vers. item concurrit, & cons. 98. nu. 1. videtur prima facie, libro 1. vbi dicit, quod cum quis allegat minorem ætatem, tenetur eam probare; secus tamen est si fuerit datus tutor, vel curator, quia tunc præsumitur pro minori ætate, propter decretũ; pariq. ratione idem in probatione furoris: id quod procedit quando agitur ad sustinendum validitatem ipsius decreti, secus quo ad alium effectũ. Alex. cons. 21. col. 11. vers. potest etiam respõderi, lib. 1. & Crauetta de antiquit. tem pot. par. 2. num. 32. Item stante iudicis decreto, quis non incurrit pœnam l. si quis in tantam, C. vnde vi, etiam si decretum esset nullum. Accurs. Bar. Bald. cæteriq. DD. d. l. si quis in tantam. & Ant. Gabriel. alios referens, lib. 5. cõcl. tit. de acquir. vel amitt. possess. conclus. prima, ampliat. 25. nu. 43. & limit. 15. num. 90. Et scripsit Zab. in cap. de cætero, extra de transact. quem refert, & sequitur Cep. caut. 221. num. 10. quod auctoritas iudicis facit cessare simoniam.

Resultat secundò ex præsumptione
44 decreti, † quod vbi est interpositum in alienatione, vel alio contractu ecclesiæ, censetur factum in vtilitatem ipsius. Bald. in cap. 1. in princip. versic. & ego addo, de his qui feud. dare poss. vbi id reputat egregium. & in cap. sicut, circa finem, versic. item quæro, de re iudic. Dec. in cap. quoniam contra, num. 42. de probat. Ias. in l. pacta nouissima, nu. 8. C. de pact. Alexand. cons. 79. colum. 4. in fine, vers. fortificatur, lib. 1. & Ant. Gabrielius tit. de senten. conclus. 5. lib. 2. nu. 2. vbi alios, virtutis decreti, recenset effectus.

45 † Item Tertiò, cæteris quamplurimis omissis, decretum facit cessare omnem præsumptionem doli, metus, vel fraudis. Barto. in l. 1. per illum textum, C. de præd. decur. lib. 10. Bald. in cap. 1. colum. vlt. de confirmat. vtil. vel inutil. Abb. in cap. cum causa, colum. 2. vers. & vide aliam, de empt. & vendit. Bart. in l. frater a fratre, nu. 51. ff. de condict. indeb. Bald. in l. iubemus, num. 3. C. ad Trebell. Lancellott. Conrad. in Templo omnium iudic. lib. 1. cap. 1. de Imperat. §. 4. versi. 3. nu. 19. Alex. de Neuo cons. 30. num. 2. Cepol. caut. 221. num. 9. Ias. in l. qui in aliena, §. Celsus, nu. 29. ff. de acquir. hæred. Mandell. cons. 11. nu. 10. Fab. de Monte de emp. & vend. 5. q. princip. nu. 102. & 103. Alex. cons. 125. num. 5. lib. 1. Castr. consi. 174. contra superius consulta, lib. 1. Paris. consi. 39. nu. 15. lib. 4. Curt. iun. cons. 67. col. 2. in fine, & consil. 118. colum. 3. in princip. Natta cons. 631. num. 26. lib. 3. Roland. a Valle consil. 90. nu. 11. cum seq. lib. primo. Cephal. consi. 207. num. 16. lib. 2. Æmil. Ferett. respon. 43. num. 3. Hippolit. Riminald. cons. 42. num. 56. & num. 81. lib. 1. Mantua cons. 197. nu. primo, vol. primo. & Iodoc. Damhouder. in pupillorum patrocinio, tit. de tutorum & curatorum munere, c. 8. numero 41. & in subhastat. compen. exeg. cap. 2. num. 28. & seq.

46 Et ideò † quando in cõtractu interuenit decretum iudicis, contractus dicitur palam, & bona fide fieri. Barto. in l. frater a fratre, nu. 50. vers. tertiò quæro, ff. de cond. indeb. Imol. in l. 1. §. fuit quasi-

quæsitum.colum.3.ff.ad Trebell. Alex. in l.transactione, C.de transact. Iaf.in l.pacta nouissima, numero 9. versic. quarto facit, C.de pact. Quod sanè dictum intelligas, quando decretum fuit ritè, & solemniter interpositum. ita prædicta intelligit Hippol. Riminald. consil.5.numero 180.libro 1.Et è contra occultè dicitur fieri, cum aliquid fit sine decreto, quando illud requiritur, secundum Bartol.d.l.1.num.5. C.de præd.decur.lib.10.

Declaratur modò quartus casus supra relatus, pluribus modis. Primò,
47 † vt procedat, vbicumque interuenit debitum temporis interuallum,in quo verisimiliter potest præsumi solemnitates interuenisse, secus si eodem instanti quo petitur decretum concedatur, quia tunc omnia gesta præsumuntur præcipitanter facta, & negotio non bene discusso. Andr.Sicul.in cap. ecclesia S.Mariæ, de constitut. vbi dicit id sæpè allegasse, & vtile esse ad infringendas quamplures alienationes, quæ fiunt per minores, decreto ita præcipitanter interposito. Iaf.in l. 2. ff. de offic. eius. & ibidem Purpurat.num.12.idem Iaf.in l.2.§.pretor ait, primo notab. ff. de in ius voc. in l.iudices,colum.1.versi. tertio facit,C.de iudic.in l.nec quicquam, §.vbi decretum,nu.69.ff. de offic.proconf.& leg.& in l.2.nu.16. C.de eden. inquiens, non valere decretum in alienatione, quando interponitur tunc,dũ petitur, prout quotidie faciunt iudices. Ancharan. consil. 72. visis diligenter actis. Alexand.consil.218.visis verbis, colum.vlt.lib.2. Corn. consi.98.versic. 2.volum.1. Curt.sen.conf.46.col. pen. in princip.Ruin.consi.107.numer.14. lib.1.Parif.conf.98.num.18.lib.primo. Roland. a Valle consil.99.num.43. & conf.99.numero 26.lib.1.Neuizan.latiss.consil.85.numero 4.cum seq.Brun. in tract.de forma,car.84.colum.1.Corsett.in singu.in verbo,minor,inquiens, quod de ista theorica,dum esset scholaris Bononiæ, lucratus fuit diploidem serici, cum de iure ita ex improuiso respondisset. Cattel.Cotta in secũda par. memoral. in verbo, decretum. Alciat. de præsumption.reg.3.præsumpt.10.numero 8. & Gabriel. latiss. titul.de sentent.conclus.5. numero 34. lib. 2. suarum conclus.

48 Declaratur Secundò,† vt non procedat, quando fuit subreptum, vel obreptum iudici.l.1.l.magis puto,§.manet, & l.& si preses, vbi DD. id adnotant, ff.de rebus eorum.l.cum verò,§.subuentum. vbi Benedict.de Plumb. ff. de fideicom.libert. Ioan.de Plat. in l.1.col. 11.C.de pred.curial.lib.10.Castr.consi. 201.visis, & ponderatis,lib.1.Roman. consil.335.circa primum, colum.fina. Corn.consil.132.fundata,ante finem, lib.2.& conf.99.magnum dubium,lib. 4.Hippol.Riminald.conf.5. num.162. lib.primo.& Neuizan.latiss.quamplures ad id congerens d.conf.85. num.3. Dictumque fuit latè supra in principio primi libri, num.27.

49 Tertiò declaratur, † non præsumi pro decreto, quando pars plenè non edocuit iudicem de negotio. ita voluit Bald.consil. 375.volum. 3. per textum in l.1.C.de pred.decur.lib.10.quem refert, & sequitur Alciat. d.regul. 3.præsumpt.10.num.9.

50 Quartò declaratur,† quando in tali decreto esset error manifestus, seu vitium visibile, secundum Bald.in l.2.in vlt.quest. ff. si ex nox. causa agatur. per not.in l.Imperatores,ff. de priuileg.credit.& sensit Alciat.d.præsumpt. 10.in fine. Hip.sing.438.in fine. Petr. Duen. reg.189.versi.quinto fallit. & versic.8. Rebuff.super concordat. de conclusione Lateranens.Concilij,in glos. decretis,versi.quinto quando per errorem, car.404.

51 Declaratur Quintò†nisi alia probatio vrgentior, vel certa excluderet hanc præsumptionem. Bartol.in l.ambitiosa, colum.7.versic.visis, & examinatis, ff.de decret.ab ord.fac. Bald. in cap.sicut, in fine, de re iudic. Imol.in l. si quis cum aliter, colum.fin. versic.item aduerte, ff. de verb.obligat. Alexand.

in l. pre-

in l. pretia rerum, colum. pen. versic. tenet etiam Ludouicus, ff. ad legem Falcid. & cons. 85. colum. 3. versic. & bene facit, lib. 2. & Gabriel. qui alios allegat, conclus. 5. tit. de senten. numero 35. lib. 2. suarum conclus. Ex quo ibidem nu. 36. infert, quod stante enormissima læsione, non præsumitur pro decreto, quia ista præsumptio, illā præsumptionem excludit, secundum Castr. consil. 164. colum. 2. versicul. nec obstat quod
52 decretum, lib. primo. † Siquidem licet præsumatur pro decreto, admittitur tamen probatio in contrarium. Speculat. titul. de empt. & vendit. §. nunc dicendum, versicul. & breuiter. gloss. in l. 1. C. de fide instrumē. & iure hast. fisc. libro 10. Aquens. in l. sciendum, colum. vlt. ff. de verb. obligat. Cagnol. in rubric. C. qui admitti, numero 65. Purpurat. in tracta. de assessore, numero 134. Dec. consil. 209. in casu proposito, in principio, consil. 351. colum. penult. in fine, & consil. 479. colum. 2. Calcan. consil. 24. & primò, colum. 20. Paris. consil. 98. numero 14. & consil. 100. numero 19. lib. 1. & consil. 85. numero 40. lib. 3. Ruin. cons. 63. num. 16. cons. 69. colum. 6. in fine, versicu. secundò non obstat, & cons. 107. numero 14. lib. primo. Neuizan. consil. 85. numero 9. Alexand. de Neuo consil. 30. numero 2. & Roland. a Valle cons. 90. numero 44. & cons. 99. numero 29. libro 1. Quādo igitur per probationes receptas constat contrarium eius quod dicitur in decreto iudicis, standum est probationi, & non decreto, ex quo apparet illud fuisse prolatum ex falsis causis, & falsis allegationibus, quo casu est nullum, & obreptitium, & perinde habetur, ac si non fuisset interpositum. Paris. d. cons. 85. nu. 41. lib. 3. Cedit namq. veritati opinio, & probationi præsumptio, l. regula, §. qui ignorauit, ff. de iur. & facti ignor. & §. si quis rem, Instit. de legat. Multas aliàs ampliationes, & limitationes ad id congerit Anto. Gabr. in suis conclus. tit. de senten. conclus. 5. lib. 2. quas poteris apud eum videre: & nonnullas notabiles declarationes tradit Tob. Nonius cons. 58. num. 15. Volui solummodò has principales declarationes tetigisse.

QVANDO DECRETO OPVS NON EST.

TITVLVS VIII.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Pater tutor, vel curator filij emancipati, immobilia sui filij distrahere nequit.*

2 *Pater legitimus administrator filij existentis in potestate, eius bona absque vrgenti, & necessaria causa distrahere prohibetur.*

3 *Patris auctoritas nō supplet defectum iustæ causæ, sed solum iudicis loco est.*

4 *Pater si filij bona alienat, aduersarius habebit probare causam specialitatis, vel limitationis, filio dictā bona vindicante.*

5 *Pater legitimus filiorum in potestate existentium administrator, numquid valeat ex legitima causa filiorum bona sine decreto alienare.*

Communis est, quod possit, num. 9.

Ampliatur, vt procedat etiam in episcopo, num. 14.

O *Decla-*

Declaratur, vt non procedat, quando vltra prohibitionem legis, concurreret hominis quoque prohibitio, numero 15.

6 *Pater non potest hæreditatem maternam inter filios minores, absque decreto, diuidere.*

7 *Lex concedens alicui simpliciter licentiam faciendi actum, quem prius facere non poterat, intelligitur seruata tamen debita solemnitate.*

8 *Dictio (Ritè) solemnitatem iuris importat.*

10 *Pater diligit filios magis quàm se ipsum, & multa de patris affectione.*

11 *Patri magna adhibetur fides circa alienationem rerum minorum.*

12 *Mulier si statuto prohibeatur contrahere sine consensu consanguineorum, ea statuti solemnitas non requiritur in filia patri renunciante.*

13 *Fieri cum aliquid permittitur, in casu aliàs permisso, intelligitur etiam non obseruata solemnitate aliàs requisita.*

16 *Adultus curatore carens, habetur pro maiore, ad hoc vt per eum gesta valeant.*

17 *Adultus curatore carens, potest bona sine decreto alienare.*

Communis est in contrarium, numero 20.

Ampliatur vt procedat etiam in mobilibus quæ seruari possunt, numero 21.

Secus in his quæ seruari nequeunt, numero 22.

18 *Rubrica, ff. de rebus eorum, declaratio.*

19 *Intellectus l. si curatorem habens, C. de in integr. restitut.*

23 *Minor licet veniam ætatis impetrauerit, probibetur tamen sine decreto alienare.*

24 *Statutum disponēs, quod legitima ætas intelligatur in 18. anno, non intelligitur quo ad alienationem.*

Contrarium, num. 25.

Receptior est prima opinio, nu. 26.

27 *Contractus si sit aliqua ratione nullus, præter minorem ætatem, & minor veniam ætatis impetrauerit, non potest nihilominus sine decreto alienare.*

28 *Minor quattuordecim annis, cum quo est dispensatum super ætate, etiam per Papam, non habet legitimam personam circa administrationem beneficiorum.*

29 *Curator, vel procurator per minorem dispensatum ad beneficia, sine decreto dari, vel constitui non potest.*

30 *Executores quibus a testatore data est alienandi licentia, possunt sine decreto alienare.*

Ampliatur, etiam si testamentum irritum esset, adhuc etenim probat voluntatem testatoris, num. 31.

Ampliatur, etiam si testator non esset perfectæ ætatis, sed adultus curatorem habens, qui contradiceret, numero 32.

Declaratur prædicta conclusio, si alienatio esset vtilis minori, secus è contrà, num. 33.

Declaratur secundò etiam si in specie data sit potestas de tali fundo alienando, secus si in genere, nu. 34.

Contrarium verius.

35 *Executores quibus alienandi licentia data est, an possint rem quam velint distrahere.*

Communis est, quod non possint, numero 36.

Noua circa id traditur distinctio, numero 37.

38 *Executores quibus data est vendendi licentia, possunt in solutum dare, obligare, ac alia omnia facere.*

39 *Executoribus licentia alienandi data valet, etiam si data fuerit in codicillis minus solemnibus.*

40 *Testator faciens contractus in testamēto, irrito testamento, non irritantur contractus.*

41 *Consuetudo attendi debet, etiam in his quæ sunt iuris Diuini.*

42 *Consuetudo potest tollere solemnitatem de-*

tem decreti in alienatione rerum minorum.

43 *Consuetudo circa rerum minorum alienationem strictissimè interpretanda est.*

44 *Minor licet sit Doctor, non tamen potest sine decreto alienare.*

45 *Minor potest alienationi sine decreto factæ etiam inuitis emptoribus stare, vel etiam eam reuocare.*

46 *Doctor licet sit minor, si omiserit aliquas allegationes, non restituitur in integrum.*

47 *Notarius in notariorum matricula descriptus, si errauit in arte notariatus, non restituitur, licet sit minor.*

48 *Iudex præcipitanter, & indebitè decretum interponens, punitur in publicatione bonorum, & dignitatis amissione, licet sit minor.*

49 *Fructus rerum immobilium possunt per minorem, seu eius tutorem, vel curatorem, sine decreto distrahi.*

Ampliatur, vt non solum possit tutor, vel curator, fructus alienare, sed cogatur, alioquin periculum ad eum spectaret, num. 53.

Ampliatur secundò etiam si prohibita esset omnis alienatio, numero 54.

Declaratur, vt procedat in fructibus iam perceptis, secus in annuis redditibus, num. 56.

50 *Fructus iuris præsumptione non censentur posse triennio conseruari.*

51 *Seruando seruari non posse, propriè illę res dicuntur, quæ in naturali sua bonitate non possunt vltra triennium seruari.*

52 *Vestimenta non præsumuntur posse vltra triennium conseruari.*

55 *Res litigiosa, & sequestrata, si commodè retineri nequit, valet alienari, licet aliàs non possit.*

57 *Annui reditus inter immobilia connumerantur.*

58 *Possessio sola rei immobilis potest a minore sine decreto distrahi.*

Contrarium de iure verius, numero 59.

60 *Minor fundum, seu quid aliud a se bona fide possessum, sine decreto distrahere prohibitus est.*

Ampliatur, vt procedat etiam quod minor possideat bona fide, & sine titulo, num. 62.

Redditur tamen inexpugnabilis contractus, de re aliena bona fide possessa, factus ratione iuramenti, numero 61.

63 *Repudiatio valet per minorem sine iudicis decreto fieri.*

64 *Fideicommissum de re immobili relictum minori sub conditione, potest per minorem sine decreto remitti.*

65 *Donatio de re immobili minoris nomine, ab extraneo acceptata, potest per minorem non ratificari, & sic repudiari, etiam sine decreto.*

66 *Mulier potest repudiare donationem sibi factam, nondum acceptatam, omissa solemnitate statuti.*

67 *Mulier potest hæreditatem nondum agnitam, sine consanguineorum consensu repudiare.*

68 *Legatum minori relictum sine iudicis decreto repudiare nequit.*

69 *Intellectus l. magis puto, §. fundum, ff. de rebus eorum.*

70 *Remissio eius quod nondum est acquisitum facilius toleratur, quàm alicuius proprij, & iam acquisiti.*

71 *Restituere legatum num minor, seu eius tutor, vel curator possit sine decreto.*

72 *Alienatio rei minoris ex negligentia proueniens, valida est, etiam sine decreto.*

Contrarium de iure verius, numero 74.

73 *Procurator habens liberam transigendi facultatem, licet de debito liquido transigere nequeat, id tamen non procedit in transactione tacita quæ prouenit ex negligentia.*

75 *Redemptionis causa potest minor sine decreto eius bona distrahere.*

Ampliatur vt si id facere neglexerit, incidat in pœnam priuationis hæreditatis, num. 76.

Ampliatur secundò, vt id procedat etiam in redemptione carcerum, numero 78.

Contrariam sententiam firmat auctor, num. 79.

77 Lex, vel statutũ vbicumque procedit abbreuiando ætatem 20. annorum, cessat restitutio, sicut è contra quando elongaret vltra tempus 25. annorum, ea competeret.

80 Rei tempore perituræ multa tributa sunt specialia.

81 Molendina possunt per minorem sine decreto distrahi.

Ampliatur vt minor possit sine decreto distrahere, etiam bona in montibus sita, num. 83.

Ampliatur secũdò etiam in hortis malorum aureorum, num. 84.

Ampliatur tertiò etiam in bonis ecclesiæ, num. 85.

Contraria superiori sententia verior est, num. 86.

82 Pater licet aduentitia filiorum distrahere prohibeatur, molendina tamen seu alia periculis obnoxia poterit alienare.

87 Dotis causa an possit minor bona distrahere.

88 Dotis vel donationis propter nuptias causa licitum est minori bona mobilia quæ seruari non possunt, sine decreto alienare.

89 Dotis, vel donationis propter nuptias causa, immobilia sine decreto distrahi nequeunt.

Declaratur vt non procedat, quando dos fuit semel constituta cum decreto, num. 93.

Declaratur secundò, quando minor constitueret dotem in vltima volũtate, in qua minor potest sine decreto disponere, num. 94.

Declaratur tertiò, quando mulier minor vellet seipsam dotare, numero 95.

Reprobatur ista tertia declaratio.

Distinctio circa principale dictum, numero 96.

90 Dotis fauore inductum est, vt possint minoris immobilia alienari, interueniente tamen decreto.

91 Dotis constitutio a minore sine decreto facta in immobilibus, nulla est.

92 Lucrum dotis non percipit maritus, quando ea a minore sine decreto constituta est.

97 Minoris bona religionem ingredientis, transferũtur in monasterium absque decreto.

Ampliatur etiam, quod quis non faciat professionem propriam, sed solum alicuius modi viuendi, offerens se ecclesiæ sæculari, num. 99.

Ampliatur secundò, etiam in prodigo, num. 100.

Ampliatur tertiò etiam in muliere, num. 101.

Declaratur modò, dummodò sit maior quattuordecim ann. num. 102.

Declaratur quando quis esset circumuentus dolosis persuasionibus Abbatis, num. 103.

Declaratur tertiò, quando quis esset effectus monachus per metum reuerentialem patris, num. 104.

98 Emphyteusis ecclesiastica licet trãsferri non possit in duriorem personam, tamen ex deuolutione vniuersali trãsfertur in monasterium.

105 Ingressus religionis sufficiens, ac iusta est causa interponendi decretum.

Contrarium verius, num. 106.

107 Ingrediens religionem, an, & quomodo debeat bonis renunciare.

108 Studiorum causa ijsdem gaudet priuilegijs, quibus causa pia.

109 Studij causa dicitur legitima causa interponendi decretum.

Declaratur id dupliciter, num. 112. & 113.

110 Studij causa, & dotis æquiparantur.

111 Argumentum de alimentis ad studia validum est.

Pecunia

114 *Pecunia sine decreto distrahi valet.*

115 *Pecuniam quam minor, in manibus reperitur habere, potest sine decreto expendere.*

Quod sanè intelligendum est, vt tutor, vel curator pecunia minoris vtiliter utatur, num. 117.

116 *Pecunia dicitur de rebus quæ non possunt seruando seruari.*

118 *Pecunia ad honestam lucri partem posita, non potest per minorem sine decreto distrahi.*

119 *Census, seu nummi ad censum præstiti, possunt per minorem sine decreto recipi.*

120 *Decretum non requiritur quando quis tenetur aliquid de necessitate facere.*

121 *Societatem officij si minor habeat, poterit ei sine decreto disdicta fieri.*

122 *Pecunia minoris ad prædiorũ emptionem deposita, seu destinata, nequit sine decreto distrahi.*

123 *Pecunia emptioni prædiorum destinata, an dicatur mobilis, vel immobilis.*

124 *Vtilitas est legitima alienandi causa, etiam nulla interueniente solemnitate.*

Communis opinio, & verior est in contrarium, num. 125.

Distinctio, num. 129.

126 *Intellectus l. ob æs, C. de præd. minorum.*

127 *Ecclesia in casu sibi vtili potest alienare, minor verò non. Quæ sit ratio differentiæ quæritur.*

128 *Intellectus l cum hi, §. eam transactionem, ff. de transact.*

130 *Vtilis si euidenter sit alienatio minori, poterit ratificare contractum debitas adhibendo solemnitates, quod denegatur aduersario.*

Intelligitur tamen id nisi pars aduersa ante actum consummatum opponat defectum solemnitatis, numero 131.

Item potest pars aduersa agere, vt persona priuilegiata, in cuius fauorem actus irritatur, declaret an velit stare conuentioni, an ab ea recedere, num. 132.

133 *Iuramentum an firmet contractum minoris sine decreto, & alijs solemnitatibus celebratum.*

Communis, et recepta Scribentium sententia est, quod sic, num. 137.

Ampliatur 20. modis, a numer. 139. vsque ad num. 162.

Limitatur 32. modis, a nu. 164. vsque ad num. 206.

134 *Dispositio simpliciter loquens, non intelligitur disponere in materia iurata.*

135 *Minor eadem facilitate qua inducitur ad contrahendum, inducitur etiam ad iurandum, & eadem imbecillitas quæ inest contractui, censetur etiam inesse iuramento.*

136 *Iuramentum licet representet minorem maiorem, non tamen facit eum sagacem, nec prudentem.*

138 *Iuramentum facit minorem haberi pro maiore.*

142 *contractus appellatione continetur et donatio.*

153 *Cautela vt quando minor comparet in iudicio sine curatore, obligetur, & per eum gesta valeant.*

157 *Statutum simpliciter annullans contractum, non habet locum in iurato.*

168 *Iuramentum nihil operatur quando statutum requirit certam solemnitatem, qua non adhibita disponit, vt instrumentum nullam faciat probationem.*

169 *Nihil etiam operatur iuramentum, quando statutum interdiceret minori bonis, nisi contrahat cum auctoritate curatoris, vel alia simili solemnitate.*

170 *Quemadmodum etiam minori minus officit, si statutum faciat capientem non capacem.*

173 *Dolus vnius cum altero compensatur.*

CVM satis abundè huc vsque visum fuerit, de varijs actibus in quibus exigitur decretum, & de virtute, effectuq. ipsius decreti; instituti nostri ratio expostulat, vt quando decreto opus non est, videamus, qua in re, vt recto procedamus ordine, plures sunt adhibendæ inspectiones.

PRIMA INSPECTIO.

SVNT multi, qui putant, quod pater legitimus filiorum administrator, eorū bona absque decreto distrahere valeat, quod vt perfectè remaneat expeditū, tres sūt principales cōstituēdi casus.

1 PRIMVS est, † quando pater est tutor, vel curator filij emancipati, quo casu si res immobiles filij alienare velit, re-

lit, requiritur necessariò iudicis decretum, cum debita causæ cognitione. ita probat Vlpianus in l. si pupillorum, §. si pater, ff. de rebus eorum. & expressius comprobarunt Cęsares in l. cum emancipatis, C. de præd. minorum. per quæ iura ita voluerunt Castr. Alexand. Ias. & cæteri in l. præses, C. de transact. Bald. in l. 1. sub numero 1. versicu. sed hic est dubium, ff. de rebus eorum. Ioan. Baptista Caccialup. in tracta. de transact. quæst. 7. num. 4. & Menoch. de arbitrar. iudic. cent. 2. casu 171. nu. 54. lib. 2.

2 SECVNDVS casus est, † cum pater est legitimus administrator filij existentis in potestate, ratione vsusfructus sibi competentis, & nulla subsistente necessaria causa distrahere cupiat, & tunc concludas, eum non posse, l. 1. 2. & vlt. §. sin autem æs alienum, C. de bon. quæ liber. Bald. d. l. 1. Caccialup. d. quæst. 7. numero 4. sequunturq. DD. omnes referendi in sequenti casu. Nec dubium id habet: Nam cum pater non sit dominus proprietatis, nec vlla subsit necessitas filij, non debet ei sine causa distractio permitti, contra iura superius adducta.

3 † Patris etenim auctoritas non supplet defectum instæ causæ, sed solum iudicis loco est, atque ita decretum supplet, vt declarat Menoch. d. casu 171. numero 54. in fin. Roland. a Valle consil. 99. numero 39. versi. vlterius, lib. 1. quem sequitur Borgnin. Caualcan. in tracta. de tut. & curat. sub numero 291. versicu. quod secus, inquiens, quod dum pater eius filij bona alienat, debent saltem interuenire solemnitates reales, si non personales, videlicet, quod immineat æs alienum, & quod fiat alienatio ex vrgenti, & necessaria causa.

4 Si autem † pater alienaret, cum sit regula negatiua, vt pater alienare nequeat, d. §. sin autem æs alienum, fundata satis erit intentio filij vendicantis rem alienatam, vt ferè in terminis cõsuluit Dec. consi. 60. colum. 2. Nam sufficit habere regulam, aduersarius verò habebit probare causam limitationis, vel specialitatis. Bart. in l. 2. num. 1. ff. si quis in ius voc. nõ ierit. Ias. in l. vlt. nu. 14. C. de edict. D. Adr. toll. Dec. in l. 1. num. 8. ff. de reg. iur. & cons. 8. num. 1. & sic is in quem pater alienauit, non poterit condemnationem euitare, nisi probet alienationem ex legitima causa factam, doctrina Barto. in l. si fortè, ff. de castr. pecul. Alexan. cons. 18. lib. 3. & Pinell. id pluribus comprobans in l. 1. par. 3. num. 23. C. de bon. matern.

5 TERTIVS principalis casus est, & hic dubius, † quando pater est legitimus administrator filij in potestate existentis, ratione vsusfructus sibi competentis, & necessaria aliqua ex causa ipsius filij, vt puta æris alieni, vel alterius similis, iuxta not. in l. ob æs, C. de præd. minorum, velit immobilia distrahere, quo casu duæ sunt inuicem repugnantes opiniones; quarum est altera, vt decretum necessariò requiratur, licet alienatio fiat a patre, quam tenuit Salicet. in l. præses, nu. 5. C. de transact. & ibidem Ias. numer. 5. in puncto iuris d. opinionem veriorem existimans, & licet ibi circa princip. dixerit, quod id firmauit solus Salic. tamen id voluit Iacob. de Aren. in l. 1. in princ. ff. de rebus eorum, vbi etiam Nicol. de Neap. nu. 3. & Alber. vers. quærit Iacob. 2. Rom. in l. singularia, quem ibidẽ refert Ias. sub num. 19. ff. si cert. pet. Curt. iun. d. l. præses, num. 5. Ioan. Crot. in l. frater a fratre, num. 30. & 31. ff. de condict. indeb. Nicol. Vigel. ff. lib. 18. par. 2. cap. 6. reg. 1. except. 6. vbi indistinctè loquitur, licet leges quas allegat in primo tantum casu intelligendæ sint. Gomez. de contractibus, cap. 14. sub num. 13. vbi reprehendit Azo. contrariæ opinionis autorem. Io. Ign. de S. C. Syllan. l. 3. §. eleganter, numero 203. Quæ sententia pluribus, hisce præcipuè optimè suaderi videtur, & primò ex l. si pupillorum, §. si pater, ff. de rebus eorum. & l. cum emancipatis, C. de præd. mino-

rum. Quibus iuribus, etsi dictam opinionem videantur clarissime probare, potest tamen facilè responderi, quod scilicet procedat in patre qui sit administrator filij emancipati, & sic in primo casu; quę iura ita intelligi debere declarat Ias. d. l. preses, in prin. & Crot. d. l. frater a fratre, numer. 30. vbi triplicem differentiam in proposito tradūt, inter filium emancipatum, & eum qui sit in potestate.

Mouentur Secundò ex eo, quod scripsit Bald. in l. generaliter, colum. 2. in princip. versic. extra ergo quęro, C. de
6 secund. nupt. quippe † quòd pater legitimus filiorum administrator, qui opulentam hereditatem maternam acceperunt, non possit inter filios qui sint minores talia bona absque decreto diuidere; cum talis diuisio cēseatur alienatio. Si igitur in fortioribus terminis non potest pater inter proprios filios quorum etiam gerit, solum diuidere bona, multo minus poterit inter extraneos alienare. Respondetur, qd Bald. d. l. generaliter, loquitur de diuisione voluntaria, quęstio verò nostra de alienatione necessaria, vt considerat Ias. d. l. preses, num. 5.

7 † Tertiò facit doctrina glos. communiter approbata in l. si quando, in prin. 1. glos. C. de inoff. testam. volens, quod cum lex concedit simpliciter licētiam alicui faciendi actum quem prius facere non poterat, intelligatur seruata tamen solemnitate: Satis siquidem est, quod lex concedat licentiam prohibito, absque eo, quod etiam deroget solemnitati. Sed lex simpliciter concedit licentiam patri legitimo administratori, vt possit alienare res immobiles filij, quas aliàs non potuisset. l. vlt. §. sin autem ęs alienum, C. de bon. quę lib. Cū igitur fuerit in hoc dispēsatum cum patre, intelligi debet seruata solemnitate. Et huic quoque gl. respondetur, negando, quod prius non possent ex causa necessaria filiorum bona alienari, vt seq. opin. ostendam.

Adducitur quartò & vltimò l. vlt. §. sin autem æs alienum, versic. sed pater quidem, C. de bon. quę lib. ponderan-
8 do dictionem (Ritè) ibi positam † quę solemnitatem iuris importat, gloss. in l. non putauit, §. non quis, & ibi Bart. ff. de bon. poss. contra tab. in l. hoc colore, ff. de inoff. testam. & in l. sed & si lege, §. scire, ff. de petit. heredi. Debet igitur intelligi, quod pater habeat licentiam ritè res filiorum vendere, id est cum solemnitatibus a iure requisitis, & sic cum decreto. Respondent Iason, & alij d. l. preses, & Ioan. Crot. d. l. frater a fratre, quod dictio (Ritè) non importat auctoritatem iudicis, sed ordinem qui seruari debet in d. alienatione, quia primò bona mobilia si extant alienanda sunt, deinde immobilia quę magis inutilia sunt, vt dicitur d. §. sin autem ęs alienum. & ita hanc dictionem, Ritè, in proposito intelligit Tiraq. in prefat. l. si vnquam, num. 35. C. de reuoc. don. vbi quamplura de ista dictione recenset; & sic, vt vides, opinio ista nulla nititur lege, vel ratione, cui responderi facilè nequeat.

9 † Quamobrem contraria succedit opinio, quod immò pater legitimus filiorū administrator ex necessaria causa, minorum bona etiam absque decreto distrahere valeat, cuius opinionis auriga fuit Azo in Sūma, rubr. C. de bon. quæ lib. num. 11. versi. & pro conseruatione, quem fuerunt secuti Iacob. de Aren. in l. 1. num. 5. C. si aduers. vendit. Franc. de Aret. in l. vlt. §. pupillus, ff. de verbor. obligat. Bald. in l. 1. in princip. dicens, quod istud dictum non reperitur alibi, & in l. si pupillorū, §. si pater, ff. de rebus eorum. in l. cum emancipatis, C. de pręd. minorum. d. l. preses, col. 1. d. l. vltima, §. sin autem ęs alienum. in l. iusiurandum quod ex conuentione, §. fin. ff. de iureiur. l. de re filiorum, in 2. lect. ff. de transac. vbi id singulare esse dicit. l. & si fine, §. quęsitum, 2. lect. ff. de minoribus. l. alias autem. col. fi. ff. de iureiur. l. singularia, ff. si cert. pet. dicēs

hoc

hoc esse singulare,& aureum; idq. etiā expressim firmauit in Margarita Innocent.in verbo,alienatio,col.1.ver.alienatio necessaria, inquiens hoc esse singulare.& iterum in verbo,parentes,colum.1. vers. pater est legitimus. Castr. num.5.dicens id esse singulare,& menti tenendum. Alex.in fi.Iasi.in prin. vbi
* dicit hanc esse * communem opinionem,& temerarium esse,consulendo & iudicando ab ea recedere. cæteriq. DD.omnes in l.præses, C. de transact. Aret.Castr.Roman.Fulgos.Corn.Socin.Dec. & alij d.l.vlt. §. sin autem æs alienum.Rom.in l.singularia,col.7.& Iason num.19.ff.si cert.pet. Io.Ign.l.3. §.eleganter, nu.166.ff.ad S.C. Sillan. Benedict.in cap. Rainutius,in verbo, duas,nu.255.de testament. Tiraquell. latissimè in præfat.l. si vnquam, num. 28. C.de reuocand.donat. Soc. consil. 66.visa donatione, colum.vlt.vers.tertiò quia pater,lib.3.Dec.consil.209. in casu proposito,num.3.Paris.cons. 101. nu.83.lib.primo.Ruin.consi.101.ponderatis omnibus,num. 2.lib.5.Natta consil.179.num.7.lib.1.Alciat.respon. 358.per totum,incip.lex si infanti, vbi
* cum hac opinione DD. * communiter pertransire, & eam in d.l.si præses, ab argumentis contradicentium defendisse inquit.Crauetta cons.74.num.1.Roland.a Valle consil.99.num. 39.versic. vlterius, lib.primo. & Hieronym. Gabriel.cons.36. nu.31.vol.1. Fabian. de Mon.in tract. de emptio. & vendit. 5. quæst.prin.titu.de solemnitat.in alien. minorum rebus,sub num.98.vers.item & quarto fallit. Ioann.Baptista Caccia lup.in tractatu de transact.quæst.7.nu. 4. Louiot. de consanguinit. axiom. 40. Alciat.in tractat.præsumpt. regul. prima, præsumpt.2.num.6.Hipp. Marsil. in tract. bannitorum, in verbo, bona, num. 70. Emanuel Soarez in additio. ad Anton. Gomez. de contractibus, capit. 14. in litera A.vbi hanc senten-
* tiam esse * communem testatur, inquiens, quod aliquantulum negligente Azon. in præsentia noster Gomez. refert. Ferdinand.Loaz.in repetit. l.filiusfamilias, §. Diui, num. 16.ff.de leg. 1.vbi dicit, quod licet illud dictum videatur habere aliquam difficultatem,
* communiter * tamen approbatur. Pinell.in l.1.par.3. nume. 21.vbi latè, & sub num.29.& 64. C. de bon. matern.
* vbi non solum testatur de * communi, sed etiam dicit se vidisse secundum hāc Azo.opinionem iudicatum fuisse. Didac. Conariu. variarum resolut. lib. 1. cap.8.numero 6.dicens hanc esse com
* munem.* Feran. Vasq.de succes.creat. tit. de testam. pot.sub num. 72. 15. extens.& latiss.num.80. libro 1. qui pari-
* ter de * communi testatur. Valent.Forster.in tracta. de success.quæ ab intest. defer.lib.3.titu.de vsufruct. quem parent. habent in bonis liberorum præmortuorum,conclus.3.limitat.1.qui &
* ipse * communem hanc esse fatetur. Menoch.de arbitrar.iudic.cent. 2.casu 171.num.54.lib.2.Cattel.Cotta (dicēs hoc esse singulare) memorabile incip. decretum iudicis.Hyppol.Marsil.sing. 498.Io.de Arno.in suis Dialogis, dialogo 31.incip.pater,vbi hoc dictum illustre,famosum, & aureum appellat, inquiens etiam aliàs ita iudicatum fuisse. moderni Amerini in tracta. de patria potestate,effectu 12.ampliat. 2.numero 9.nouissimi Fiuizanenses in tracta. de tut.& curatore,sub num.291.versic. quod secus. & moderni Assisienses in decis.causarum Perusinarum,deci.13. numero 11.par.1. vbi & ipsi quoque
* hanc sententiam *communem esse referunt. Et sic,vt vides,opinio ista ex numero, ac auctoritate Doctorū procul-
* dubio * communis ac magis communis apparet. Pro qua possent quamplura argumenta adduci,sed ipse hisce solum contentus ero. Primò huiusmodi adducitur ratio; quod ideò in patre non requiritur decretum, quia illud adinuentum est, ne minores fraudentur, vt sæpiss. diximus; quæ ratio
10 vtique cessat in patre, † cum ipse dili-

gat

gat filios magis quàm seipsum, l.contra pietatem, C.de testam.manumiss. & l.isti quidem, ff.quod met.causa. Et melior amicus quem habeat filius, est pater, secundum Bald.in c.per tuas,de probat. nullus siquidem amor vincit paternum. l.vlt. C.de curat.fur. & ibi Bart.& Alberic.latiss.Soc.iun.in l.Centurio, num.208.ff.de vulg.& pupill. & Cassan. qui multa in proposito recenset cons.14.nu.14.Et hic legitur, quod Dauid Rex planxit Absalonem tribus diebus, & tribus noctibus, licet adinuicem essent inimici, vt habetur 11. Regum 18. & seq. Cum igitur pater filium plurimum diligat, eademq. caro censeatur. §.hac auctoritate.35.q.3. non debet censeri quod ipse fraudare filium velit, aut possit vnquam: immò plus operabitur eius præsentia, & consensus, quàm mille indicũ decreta, præsertim isto casu quo pater habet vsumfructum quem non præsumitur velle amittere, nisi vtilis & ipsi,& filio esset.

11 † Siquidem circa alienationem rei minoris magna adhibetur fides patri, gloss.in l.magis puto, §.in primis, ff.de rebus eorum. Et multum re vera de eo confidere debemus, quando est diligētiss. & prudentiss. paterfam. prout fuit, & est optimus, ac honorandus pater meus Laurētius Simoncellus, qui (post trium filiarum dotationem, post ingentes expensas quas continuò habuit in familiæ educatione, præcipuè, quinque filios satis honorificè studiorum causa, extra patriam sustinendo,) si non amplam, saltem debitam, ac honestam facultatem relicturus est, quod solum Diuina prouidentia, ac sua quadam incomparabili prudentia factum esse fateri oportet. Quando igitur patres essent huiusmodi, posset vtique decreti solemnitas omitti. Verum etsi lex plurimum de patre confidat, & nos quoque multum de eo confidere debeamus; nihilominus lex non tantum de eo præsumit, quin etiam velit quod in alienatione quam de rebus filij facit, decretum accedat, l.si pupillorum, §.si pater, ff.de rebus eorum. quæ lex licet intelligi debeat in patre, qui sit administrator filij emancipati, vt vidimus supra primo casu, non propterea emancipatio, affectionem, ac dilectionem illam paternam, quæ a natura insita est, auferre poterit vmquam, quod & d.§.si pater, clarissimè suadetur, dũ ibi vult Vlpian. quod interueniat decretum, sed tamen ꝙ pronior debeat esse prætor ad consentiendum patri; & sic consideratur ibi quędam fiducia, quam lex habet de patre, & nihilominus decretum exigitur. Secundò adducitur aliud superiori argumento non multum dissimile, ex auctoritate Baldi in l.pactum, quæst.21. C. de collat. quem refert, & sequitur Socin.reg.261. fall.1.quippè.

12 † Quod si ex statuto non possit mulier contrahere sine consensu duorum consanguineorum, ea statuti solemnitas nõ requiritur, si filia patri renũciat: Nam propter naturalem patris affectionem ipsi plurimum tributum est, per multa iura quæ Bald. illic allegat, & latissimè id comprobat Tiraquel.in præfat.d.l.si vnquam, nu.26.& ibi plura de affectu paterno. & Philipp.Port. lib.3. conclusionum, conclus.15.per totam, vbi plenissimè. Quemadmodum igitur intelligitur remissa statuti solemnitas in patre, ita quoque in eo debet censeri remissum decretum.

Hoc argumētum quemadmodum superiori non est dissimile, ita & eadē responsione tollitur: Nam cum habeamus casum legis expressum, quæ rectè affectum paternum perspectũ habuit, vt in respons.primi argumenti iam deduximus,& nihilominus decretum exposcit, debet vtique cessare argumentatio in paterna affectione fundata. Tertiò (cæteris omissis) id optimè probari videtur in l.vlt. §.sin autem æs alienum, C.de bon.quę lib.in qua præsens hæc opinio fundatur: Deciditur namque ibi, quod patri est interdicta aduentitio-

uentitiorũ alienatio, specialiter tamen ob causam necessariam æris alieni permissa; nec aliqua sit mentio de decreto, vnde cum nullibi talis solemnitas scripta sit in patre legitimo administratore, debemus vtique dicere in patre eam cessare. Huic postremo argumento satisfieri potest, considerando, quod in d. §. sin autem æs alienum, dubitatur solùm, an pater possit aduentitia filiorum alienare, & disponitur, quod possit in casu necessario, traditurq. ordo quem seruare habet, de solemnitate autem, nihil dicitur, quia ibi de ea dubitari non contigerat, sed præsupponuntur termini habiles, iuxta l. cum testamento, ff. de testam. Et sic communis ista opinio magis auctoritate, quàm lege, aut ratione nititur.

Quid igitur tenendum? ipse quidem nunquam auderem contra tot patrum sententiam quicquam proferre. Vnde concludo cum communi opinione, quam vltra iam supra adducta pulchra
13 ratione comprobo, quippè. † Quando aliquid permittitur fieri in casu aliàs permisso, intelligitur etiam nõ seruata solemnitate in eo casu aliàs requisita, ne huiusmodi permissio sit superflua, l. 1. ff. ad municip. & l. si quando, ff. de leg. 1. Ista est doctrina gloss. & omniũ in l. si quando, C. de inoff. testam. Atqui æs alienum, vel alia similis, necessitas sunt inter casus propter quos bona minoris alienari valẽt, interueniente tamen iudicis decreto, l. ob æs. & ibi not. Scribentes, C. de præd. minorum. Cum igitur patri simpliciter permittatur ob huiusmodi casus aliàs permissos, alienare, debet intelligi, vt etiã id possit sine iudicis decreto. Et per hanc rationem, (ne alienæ laudis sim occultator) copiosissimus, pariterq. ingeniosissimus Tiraquell. in præfat. d. l. si vnquam, num. 34. vers. ego verò, tenet, quod ista communis Azon. sententia, sit etiam in puncto iuris verissima.
14 Quam amplio, † vt procedat etiam in episcopo, qui cum sit pater pauperũ, quasi legitimus administrator potest alienare res immobiles sine iudicis decreto. §. si quis in nomine, in Auth. de eccles. tit. Bald. in l. si prędia, ff. de rebus eorum. Cuman. in l. 1. in princ. l. si pupillorum, §. si pater, & l. qui neque, ff. eod. Castr. d. l. præses, nu. 5. vbi etiam Ias. num. 4.
15 Declaratur † modò id vno notabili modo, vt scilicet non procedat quando talium rerum quas pater velit alienare, expressè esset per hominẽ prohibita alienatio, quo casu vt prohibitio aliquid operetur, requiritur, quod in casu necessitatis interueniat decretum iudicis, vt notanter voluit in proposito solus, quẽ viderim, Ferdinand. Loaz. in repetit. l. filiusfam. §. Diui, num. 16. ff. de leg. 1.

INSPECTIO II.

16 ADVLTVS curatore † carens, habetur pro maiore, quantum ad hoc, vt per eum gesta valeant. Alex. in l. si curatorem, C. de in integr. restit. minorum. & ibi glo. pen. dum dicit, quod videtur paterfam. & valet id quod facit Ias. in l. iusiurandum quod ex conuentione, §. pupillus, col. pen. ff. de iureiur. Ex quo crediderũt nonnulli, quod adultus curatore carens, valeat eius bona absque decreto distrahere; quã dubitationem, vt magis veritas elucescat, ad partes disputandã esse duxi, cũ veritas disputando reperiatur. l. vltim. §. mista. & ibi Bart. num. 1. ff. de muner. & honor. cap. graue. & ibi gloss. in verbo, Veritas, 35. quæst. 9. Duæ igitur circa hoc sunt opiniones.
17 Altera est affirmatiua, † quã firmauit Io. Fab. & Aretin. §. nunc admonendi, Inst. quibus alien. licet vel non. & post eos Riminald. ibidem, num. 21. Primò adducitur pro ista opinione l. iusiurandum quod ex conuentione, §. pupillus, ff. de iureiuran. vbi Paulus I. Consul. inquit, quod pupillus nequit iusiurandum deferre; & ratio est, quia

ius

ius administrandarum rerum ei non competit, secus verò in adulto, vt a contrario sensu ibi colligunt DD. Contextus iste nihil dicit de alienatione, sed solum de iureiurando. Præterea, non valet ibi sumi argum. a sensu contrario, quia resultaret correctio iurium, iuxta doctrinam Baldi, & aliorum ad l. conuenticulam, C. de episcop. & cleric. corrigeretur siquidem l. 1. in fin. ff. de minoribus. Vlterius, dato quod habeant ius administrádarum rerum, debet intelligi de mobilibus, & ita possent procedere ea quæ in princip. inspect. dicta sunt. Secundò adducitur rubr. nostra, ff. de rebus eorum qui sub tut. vel cura sunt, sine decreto non alien. Ergo a sensu contrario res eorum qui sub tutela, vel cura non sunt, poterunt sine decreto distrahi. Cui argumento ex intentione grauissimi, ac excellétiss. viri Ferdinandi Vasq. de success. creat. tit. de testam. pot. §. 10. sub num. 73. versic. non etiam obstat, lib. 1. multipliciter respon deri potest, cuius responsiones cum verissimæ sint, atque subtiles, multumq. ad materiā nostri tractatus pertineāt, cum declarationem rubr. ff. de rebus eorum, (ex qua tota illius tractatus pendet materia) contineant, eas hic recensere optimum fore duxi.

18 † Respondetur igitur Primò, q̄ illa verba (Qui sub tut. vel cura sunt,) videntur ibi posita ad tollendum casum magis dubium: Siquidem videbatur, quod minores curatorē habentes possent cum eorū auctoritate contrahere, & sic per curatores decreti suppleretur defectus: Pro quo facit glos. in l. 1. C. si tut. vel curat. interuen. nō autem videtur exclusus casus minus dubius, quando scilicet curatorem non habent, & ista potuit esse huius rubr. intentio. Secundò, si a d. rubr. sumeretur argumentum a contrario sensu, sequeretur plurium iurium correctio, contra d. l. conuenticulam, cū ibi no. Item, si ex d. rub. deberet sumi argumentum a contrario sensu, sequeretur quatenus rubr. dicit, (sub tutela) quod si esset pupillus tutorem non habens, posset sine decreto bona alienare. arg. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. quod vtique est tam falsum, quàm quod falsissimum. Postremò, rubr. C. de præd. minorum, indistinctè dicit, de præd. & alijs rebus minorum sine decr. non alien. nec vllam vim facit, habeant curatores, nec ne, cū idem sit vtroque casu, meritò. Ex quibus remanet perfectè declarata rubr. nostra, ff. de rebus eorum. Tertiò adducitur optimus verborum contextus in l. si curatorem, C. de in integr. restit. minorum.

19 Huic legi, † in qua Scribētes tantoperè nituntur, facilè satisfit, intelligendo qd' loquatur in bonis momilibus quæ seruari non possint, quæ bona licet possint sine decreto, & curatoris auctoritate distrahi, per dationem tamen curatoris censetur administratio interdicta: Cum non absimilis habeatur minor curatorem habens, ei cui a prętore curatore dato bonis interdictum est, vt expressim dicitur d. l. si curatorem; idq. optimo simili suadetur. Adultus curatore carens, potest hæreditatem adire per seipsum, l. impuberibus, ff. de acquir. hæredit. sed quando curatorē habet, videtur ei interdicta administratio, vt not. Bald. d. l. impuberibus. Mainer. in l. in totum, num. 120. ff. de reg. iur. Io. Ign. in l. 3. §. eleganter, sub num. 230. versic. & ista opinio, ff. de S. C. Sillan. vbi de intellectu d. l. si curatorem, latè vagatur. Ita igitur in casu nostro dicendum est, quod licet adultus curatore carens possit mobilia distrahere, videtur tamen ei distractio prohibita ex curatoris datione, & ita putarē omninò intelligi debere d. l. quam inueni postea ita intelligi per Roland. a Valle consil. 54. num. 35. lib. 2. licet simpliciter pertranseat, & per Vasq. de success. creat. tit. de testamen. pot. §. 10. sub numero 73. versic. primò ergo, libro primo, qui latè insistit ad probandum, quod d. l. si curatorē, loquatur in mobilibus,

libus, eam multipliciter ponderando.
20 † Huic superiori cōtraria est opinio communis, & verior, quam tenuit Iacob. de Arc. Bart. & cæteri in l. si ex legati causa, ff. de verb. obliga. Alexand. d. l. si curatorem, in princ. limit. secunda. & ibidem Vbalionus de Mōte Biano, cuius lecturas vidi manuscriptas. Iaf. in l. si constante, num. 221. ff. soluto matrim. Host. Io. de Imol. Ant. de Butr. num. 28. & alij passim in cap. constitutus, de in integr. restitu. Io. Gaufredi in prima par. Collectarij, lib. primo, cap. beneficio, n. 7. de restitut. in integrum. Iaf. conf. 40. & 48. vt veritas. lib. primo. & Roland. a Valle conf. 54. ferè per totū, lib. 2. Ferand. Vasq. de success. creat. tit. de testam. potent. §. 10. sub num. 73. versicu. prædictis tamen non obstantibus, lib. 1. id quampluribus cōprobās, & Benuenut. Stracca in tract. de mercat. par. 3. num. 25. Et pro ista communi sententia possent plura in medium afferri, sed quattuor præcipuè sufficiēt. Adducitur primò l. non solum, l. minorum, & l. si minorum, C. de præd. minorum, quæ generaliter, & indistinctè loquuntur, prohibēdo minori suarum rerum alienationem siue curatorem habeat, siue non. Secundò facit l. si prędium, C. de præd. minorum, ibi (Vel adulta sine decreto,) quæ lex generaliter, & indistinctè loquitur, & expressius id ibidem probatur; quia dum loquitur de pupilla alienāte, dicit textus (tutore auctore) quia sine eo nulla esset dubitatio, sed dum subdit de adulta, non repetit curatore auctore, quia videbatur valere sine eo, cum esset adulta, & posset sua bona administrare, absque eo quod curatorem haberet, & nihilominus subdit textus, quod adulta (scilicet non habens curatorem) non potest sine decreto alienare. Mouētur tertiò prædicti ex l. si ad resoluendum, C. eod. vbi in fortioribus terminis hæc opinio probatur.
21 † Ampliatur, vt minor curatore carēs, non solum prohibeatur distrahere immobilia, sed ēt mobilia quę possint seruando seruari, vt sensit glos. in l. 2. in verbo, (Nō alienent,) C. de his qui ven. ætat. impetr. & in l. 2. in verbo (Posuit,) C. si aduers. don. Id quod cæteris omissis ea validissima quidem ratione probatur: Nam quando duo casus sunt parificati per legem antiquam, lex noua postea superueniens, & aliquid disponens in vno ex casibus parificatis, intelligitur idem statuere in alio etiam in materia correctoria. gl. in l. si quis seruo, C. de fur. & in l. quod verò contra, ff. de legibus. Sed in alienatione immobiliū sunt parificati per leges antiquas minores habentes curatorem, & non habentes, vt mox supra conclusimus; ergo l. noua, quippè l. lex quæ tutores, C. de administrat. tut. quæ de nouo disponit, vt minores curatores habentes non possint sine decreto alienare, etiam mobilia quæ seruari possunt, habebit etiam locum in alio casu parificato, scilicet in minore non habente curatorem.
22 Mobilia tamen † quæ seruando seruari minimè possunt, potest minor curatore carens etiam non interueniente decreto distrahere. l. lex quę tutores, & l. vlt. §. vlt. C. de administrat. tut. & l. fi. C. quando decr. opus non est. & ita concludunt passim DD. d. l. si curatorem, & in §. nūc admonendi, Inst. quibus alien. licet, vel non. Io. Gaufredi d. c. beneficio, nu. 7. Ant. Butr. d. c. constitutus, nu. 28. Iaf. conf. 48. vt veritas, lib. 1. & Ferand. Vasq. de success. creat. tit. de testamen. pot. §. 10. num. 74. in fine, lib. 1.

INSPECTIO III.

Videretur si quidē dicendū,
23 † quod minor qui veniam ætatis impetrauit, posset eius bona absque iudicis decreto distrahere, nisi essent textus expressi cōtrarium decidentes, quippè l. 1. & l. eos, C. de his qui vend. ætat. impetrau. per quæ iura id firmarunt

runt Bar.d.l.1.& d.l.eos, vbi Castr.Salicet.& alij. Iaf.in l.mandata, num.5. ff.de offic. eius. Nicol.Vigel. ff.lib.18. par.2.cap.6.reg.1.except.9. Castr.consil.106.num.2. incipiendo a secundo. & consil.161.non est dubium quod d. donatio,par.2.Bartholom.Socin.consil.130. visa contingentia facti, num.3. vol.1. quod est repetitum cõs.235.vol. 2. Marian. Socin. cons.39. num.56. in casu ad me transmisso,& consil.63.nu. 50.præsupponendo ante omnia,par.3. Dec.cons.39.col.2.vers.tertiò. Hippol. Riminald. cons.5. num.188.lib.2. Fabian.de Mon.in tract. de empt.& vendit.3.quæst.princip.in fine.Anton. Gomez.de contractibus,cap.14.num.12. Harmenopulus in Promptuario iuris ciuilis, lib.1.tit.12.vers.tum itaq. Petr. de Vnzola in practica artis notariat.in cap.de personis sex fiũt diuisiones, nu. 16.& in c.ex tribus consistunt contractus, num.5. Alexander Bald.Troian. in suo Pomilego, in verbo, minor. & Ferandus Vasq. de success. creat. tit. de testam.pot.lib.1.§.10.sub num.73.versic. quinto pro hoc, & duobus versic. seqq. Hippolyt.Marsil. in practica criminal.§.quoniam,num.24.

24 †Hinc decidi põt,& alia similis quęstio, quod si statutum disponat, quod ætas 18. annorũ, intelligatur ætas perfecta,& legitima, prout extat Florẽtiæ, & multis alijs in locis, huiusmodi statutum,non erit legitima ætas quo ad alienationem bonorum immobilium, vt possit sine decreto celebrari. arg.d.l.1. & d.l.eos. Castr. d.cons.106.sub nu.2. Barth. Socin. d.cons.130.num.3. Dec. cons.39.sub num.3.referens Castr.consil. 171. secundum antiquam impressionem,secundum nouã verò est d.consil.106.Franc. Curt.sen. cons.44. super contingentia facti, col.10.vers. minor iurando.& nouissimè Roland.a Valle cons.7.num.17.lib.3.

25 †Contra prędicta tamẽ sensit Castr. sibi cõtrarius,in l.omnes, num.9. C.de his qui ven.ętat.impetr.& pro hac parte consuluit Corn.cons.108.per totum, in præsenti consultatione, vol.3.id latè defendens. & Cardin. Alban.in lucubrat.in Bart.ad l.magis puto, §.si pupillus,ff.de rebus eorum. Mouentur autẽ, quia per statutũ disponitur, quod maior 18.annorum sit, & intelligatur maior,sed maior id posset; ergo,vt ea quę disposita sunt a iure in maioribus 25. ann. militent vigore huius iuris municipalis in maioribus 18.ann.& ista fuit mens statuti,aliàs nihil operaretur.Secundò mouetur Card. Alban.quia statutũ idem potest in sua ciuitate, quod potest ius commune quo ad omnes, l. omnes populi, ff.de inst.& iure. Item secundum eumdem superiori sententię reluctatur ratio l.1. C. de his qui ven. ætat.impetr. Et in ciuitate Bergomi in qua huiusmodi viget ius municipale, seruatur,vt possint maiores 18.annorũ sine decreto alienare, vt testatur idem Cardin.d.§.si pupillus,num.4.

Nec obstant d.l.1.& d.l.eos,quia secundum Castr. loquuntur, quando fit concessio per rescriptum, quod non est ita fauorabile,sicut quando fit per modum legis, vel statuti; ideo secundum ipsum, quantum ad omnia reputabitur ætas legitima,& valebit contractus sine solemnitate quæ requiritur in contractibus minorum. Et iste minor 25. annorum, maior 18. a statuto habilitatus, censetur habilitatus etiam extra territorium. Bald. in l.1. sub num. 21. C.de sum. Trin.& ibidem Caccialup. nu.152.versic.sed quid dicetur. & Put. decis.365.lib.3.

26 †Prior tamen sentẽtia vti receptior est, ita & verior; siquidem huiusmodi statutum potest verificari tribus in casibus. Primò in contractibus, & obligationibus in quibus non contineatur alienatio. Secundò verificari potest in contractibus in quibus cõtineatur alienatio mobilium, & aliarũ rerum quæ possunt sine decreto alienari. Tertiò in cõtractibus super alienationibus immobilium. Cum possit igitur præd.statutum

tutum altero de tribus casibus intelligi, debet omninò intelligi, vt solũ loquatur de primis duobus casibus, non de tertio, ad hoc vt ius commune minus lædatur, quàm possibile sit, ad not. per Bart. in l. omnes populi, in 6.q.princ. ff.de iust.& iure. & DD.in l.si serui vestri, C.de noxal.& sic cessat difficultas superfluitatis, quã considerauit Corn. d.cons. 108. Videturq. certè id decisum fuisse per d.l.1.& d.l.eos, quibus commoda differentiæ ratio reddi nequit a casu præd.statuti. Nec quicquam facit ratio differentiæ a Castr. considerata in d.l.eos, quod scilicet d.l.eos, loquatur quando sit concessio per rescriptũ, quod non est ita fauorabile, sicut quando fit per modum legis, vel statuti, quasi sentiat, quod dispositio statuti concedens minori auctoritatem alienandi, sit fauorabilior, quàm rescriptum eam denegans, quod vtique est tam falsum, quàm quod falsissimum. Namq. licet prohibitio alienationis sit exorbitans, & quasi iniqua, cum rerum suarum liberam administrationem tollat. l.non vsque, ff.si a paren.quis fuer. manum. tamẽ in casibus a iure, seu statuto prohibitis, vt in casu minorum, non dicitur esse iniquitas, vt rescripserunt Cæsares in l.dudum, in fine, C.de cõtrah. empt. & declarauimus latè supra lib. 1. tit. 1. num. 4. Sed est merus fauor minorum, cum nulla alia ratione illud sit inductum, nisi vt ipsis consulatur. Ergo fauorabilius est rescriptum, alienationem denegans, quàm esset statutum si eam cõcederet; & miror equidẽ quod Castr. ita locutus fuerit. Nec etiã obstant ea quæ considerauit Cardin. Alban. quod scilicet, idem possit statutum in sua ciuitate, quod ius commune quo ad omnes, quia fateor id statutum potuisse, sed inficias eo id voluisse. Cum etenim possit intelligi statutum in casu quo minus lædatur ius commune, debet in eo intelligi, tunc autem vera esset ratio Card. si statuto expressim caueretur, vt maior 18. annorum habeatur pro maiore, & possit alienationem sine decreto celebrare. Parumq. etiam reluctatur ratio d.l.1. vt considerat idẽ Cardin. quia etiam in d.l.eos, Cæsares satis cognitam habuerunt dictam rationem, & nihilominus denegarũt minori alienationem sine decreto, licet veniam ætatis impetrauerit. Et per hæc, opinionem istam tamquam veriorem sequor, licet tamen putarem diligenter consideranda esse verba ipsius statuti, An loquatur per verbum (Est) vel (Intelligatur) quippè quod maior 18. annorum sit, vel intelligatur legitimæ ætatis. Vel etiam dicta verba sint simul iuncta, tũc etenim veritatem significant, arg.l.1. §.vlt. ff.quod quisque iur.& eorum quę tradit Iacob. Nouellus in tract.de iure congrui, §.1.sub num.52.versic.habeat. Sunt etiam consideranda verba, An sint prægnantia, vel simplicia, quæ omnia secundum facti cõtingentiam ingeniosis ponderanda relinquo.

Et ex huius conclusionis decisione apparet, Castr. etiam in alia quæstione malè locutum fuisse in d.l.eos, num. 8.
27 † dum putat, quod si contractus sit alia ratione nullus, vt si dicat statutum, non valere contractum minoris 25.annis sine certa solemnitate, & aliquis minor veniam ætatis impetret, & postea sine illa solemnitate contrahat, immobilia alienando, talem alienationem valere, quod vtique est contra superius adducta, cum eadem ratio militet in statuto, quæ in rescripto, immò maior, cum statuta sint strictè intelligenda, vt minus lædant ius commune, quàm fieri possit, vt iam diximus. Et quemadmodum Princeps sua indulgentia maturitatem consilij dare non potest, quã tenera ætas minoribus denegat, vt considerat Marian. Soci. in d.cons. 63. nu. 50. ita etiam nec statutum poterit hanc consilij maturitatem tribuere; & eò maximè, quia in rescripto requiritur ætas 20. annorum, debetq. probari, & concurrere honestas morum, & animi probitas

probitas eius cui conceditur venia ætatis.l.omnis, C.de his qui ven.ætat.impetr. statutum verò reducit ad minorē temporis metam, id est 18. annorum. Ideò suadere videtur ratio, ꝗ generalitas statuti limitetur prout generalitas rescripti Principis.

28 Infertur etiam ex hoc,† quod minor 14.ann.cum quo est dispensatum super ætate, etiam per Papam, non habet legitimam personam circa administrationem beneficiorum. gloss.in c.ex ratione, de ætat.& qualit.cū qua ibi pertranseunt indifferenter omnes adducentes d.l.eos. & ibidem Petr. de An-
29 char.in fine subdit,† quod dispensatus in ætate, non habet administrationem ecclesiæ, nec bonorum sine decreto superioris. & id sequitur Io. Baptista Ferett.consi.282. nu.1.vol.2. subdens ibidem num.2. quod curator, vel procurator ad beneficia per minorē dispensatum, non potest sine decreto dari, vt not.in c.si annum, de iudic.lib.6.vbi generaliter deciditur, ꝗ constitutus in minori ætate, non habet personam legitimam, neque consensum in huiusmodi spiritualibus, neque ad agendū, neque ad defendendum, neque ad alia faciēdum. Ex quibus omnibus generaliter, & indistinctè cōcludendum est, quod minor neque per dispensationem Papæ, nec per rescriptum Principis, neque etiam per statutum dicitur habilitatus ad alienēdum immobilia sine iudicis, vel superioris decreto, nisi specialiter, & in indiuiduo dictum esset, quod valeat de immobilibus disponere etiam absque iudicis auctoritate: Nam tunc Pont. Princeps, vel statutum possunt iuri communi derogare, ad not.in l.omnes populi, ff.de iust.& iur.sed nō præsumuntur id fecisse, nisi specialiter exprimant.

INSPECTIO IIII.

SOLENT sepissimè testatores suorum testamētorum executores relinquere, quibus pro debitis soluendis, vel pro executione testamentorū, alienandi licentiam tribuunt, circa quod de duobus principaliter dubitari contingit; ideò duo sunt necessario constituendi casus.

30 PRIMVS est, † an isti executores quibus a testatore data est alienandi licentia, valeant absque decreto id facere, in quo vno ore omnes concludnnt, eos posse. Accurs.in l.1. §.1.in verbo, (Cauerint) & ibidem Iacob.de Aren. Bart.& Bald. ff.de rebus eorum. Bald. in l.1. C.de sacrosanct. eccles. in l.1. in princ. & in l.si hæres, ff.de condict. ob causam. Salicet.in l.si quis ad declinandam, C.de episcop.& cler. Luc.de Pen. in l.vltima, circa finem, versic.non obstat, C.de princip.agen.in rebus, lib.12. Alexan.in addit.ad Bart. in l.Aurelio, §.Gaius, ff.de liberat.leg. Ias.in l.si frater, in fine, C.qui testam. facere poss. in Auth.ingressi, C.de sacrosanct.eccl. & in l.1. §. fuit quæsitum, in fine, vbi etiam Ripa nu. 19. ff. ad Trebell. Dec. in c.in præsentia, sub num.27. de probat. Illustriss. Cardin. Alban.in lucubr. in Bart.ad l.si curatorem habens, C.de in integ.rēstitut.minor. Ang.consi.175. viso, num.2. Bald.consi.287. dicta mulier, sub num.4.lib.4. Alex.consi.62.nu. 1.& 2. visa facti narratione, libro 2. & consil.27.num.1.lib.3. Paris.consil.85. numero 50. libro 3. & Thom. Grammatic. consi.15. num.2. Et ita fuisse decisum tradit Afflict. decis. 285. & singulare dicit Marsil.sing.465. & Ferād. Vasq. de success.creat.tit. de testam.potent. §.10.num.76. id mirabile appellans. Id quod euidentissimè probatur in l.1.§.preterea, ff.de rebus eorum. l.1. & l.prædium, C.qn̄ decr.opus non est.

31 † Ampliatur etiam si testamentum irritum esset, adhuc etenim voluntatē testatoris probat, l.Paulus, quæ est lex vlt. ff.de rebus eorum, vbi etiam Scribentes. Ias.in l.mandata, num.8. ff.de offic.eius. Ripa in l.1.num.164. ff.de vulg.& pupill. Ant.Gomez. de contractibus,

ctibus, cap. 14. num. 16. & latius dixi supra tit. 1. inspect. 11. num. 109. vbi & alia ponitur ampliatio quæ optimè potest & huic conclusioni deseruire.

32 † Ampliatur Secundò etiam si testator non esset perfectæ ætatis, sed esset adultus: Nam adhuc potest dare licentiã executoribus suis vt alienent, ex cuius permissione poterunt sine decreto alienare. Bald. in l. 1. num. 1. ff. de rebus eorum, per l. Aurelio, §. Gaius, ff. de liberat. leg. quod procedit etiã in adulto habente curatorem, d. §. Gaius. & ibi glos. Bart. in 1. notab. Salicet. nu. 5. Castren. num. 5. Ang. & Fulgos. in l. si frater, C. qui testamen. fac. poss. quod verum est, etiam si curator sit præsens, & contradicat. Ang. & Fulgos. d. l. si frater, quos sequitur Ias. ibidem, num. 2. & in l. 1. §. fuit quæsitum, num. 40. vbi etiam Ripa num. 10. ff. ad Trebell. & latè in proposito Tiraquell. ad l. si vmquam, in verbo, donatione largitus, num. 253. & seq. C. de reuocan. donat. Alex. consil. 215. incip. ponderatis, col. 1. vol. 6. Hippol. Marsil. sing. 465. aliqua, 2. & Minsin. singul. obseruat. cent. 3. obseruat. 5.

Contra dictam ampliationem sensit Bald. d. l. prædium, (siue vt est in nõnullis codicibus) in l. illud, C. quando decret. opus non est, vbi intelligit, quod tunc possit testator executoribus suis concedere alienandi licentiam, si sit legitimæ ætatis, secus si esset adultus, quem refert Ias. in l. mandata, numero 8. ff. de officio eius. nam tunc licet valeat testamentum in alijs, non tamen valet quo ad istam potestatem alienandi. Sed videns forsan Bald. quod id contrariatur his quæ dixerat in l. 1. ff. de rebus eorum, distinguit, quod aut permittit minor in testamento alienationem pro executione contractus, & tunc non valet dicta permissio, & ita procedat opinio quam tenuit in dict. l. prædium; aut verò permittit alienationem pro executione vltimæ voluntatis, & tunc valeat, cum minores iure censeantur maiores, quo ad testandum, l. Aurelio, §. vltim. ff. de liberat. leg. Crederem tamen ipse Bald. malè locutum fuisse, tam circa reprobationem ampliationis, quàm etiam circa distinctionem, cum minor tamquam testator, id est tamquam habilitatus a lege, in illo actu testandi, possit permittere in testamento, quod alij testatores possunt, arg. l. quidam consilebant, ff. de re iudic. Præterea, sæpè est, quod ex persona mea quis consequitur quod ego non habeo, l. si post mortem, §. vltim. ff. de bonorum poss. contra tab. & latè Ias. in l. si emancipati, C. de collat. Et per hæc, & alia id firmat Vasq. d. §. 10. numero 76. circa finem. Vnde indistinctè concludendum censeo, minorem posse licentiam dare executoribus suis in testamento, vt alienent, quicquid senserit Bald. qui posset forsan a contrarietate saluari, quod scilicet in d. l. prædium, voluerit testatorem esse ætatis legitimæ, quia testamentum non valebat, ne duo circa idem concurrerent specialia, contra l. 1. cum ibi not. C. de dot. promiss. quippè, quòd minor det executoribus licentiam alienandi, & quod id fiat in testamento minus perfecto. Bald. autem loqui in d. l. prædium, in testamen. imperfecto, videtur colligi ex verbis Ias. d. l. mandata, numero 8. Sed in d. l. 1. loquitur Bald. quando testamentum est validum, quo casu vnum dumtaxat speciale concurrit. Aduertas tamen, quod si minor vellet in testamento contrahere parte præsente, vtique sine decreto, & alijs solemnitatibus non posset, ex traditis per Tiraquell. super legibus connubial. glos. 5. num. 93. Io. Dilectus de arte testandi, tit. 1. caut. 2. num. 7. & Hipp. Riminal. Inst. de donat. in princ. num. 588. & seq.

33 † Declaratur, quod tunc demum executores possint res minorum sine decreto distrahere, si alienatio esset vtilis minori, cum alioquin sola vtilitas de per se non sit causa sufficiens ad

alienandum, l. si fundum, in prin. ff. de rebus eorũ, & dicam latissimè hoc eodem tit. in spect. 17. ita declarat Bart. in l. qui Romæ, §. cohæredes, in fine, ff. de verbor. oblig. quem referunt addit. ad eum, in l. 1. ff. de rebus eorũ. Quæ Bart. declaratio apud me nequaquam est tuta: Siquidem executores ex permissu testatoris possunt sine decreto res minorum alienare, siue eis sit vtile, siue non, vt indistinctè iuribus & auctoritatibus supra adductis probatur. Benè verum est, quod sola vtilitas de per se, non est sufficiens causa alienandi, vt dicit Bart. Sed qui dicunt posse ex permissu testatoris, etiam sine decreto, minorum bona distrahi, non fundant se in vtilitate, sed in licentia, & permissione testatoris, quæ verè, & de per se sufficiens est alienãdi causa, iuribus supra adductis, dummodò secundum mensuram debitorum, & bona fide fiat.

34 † Secundò, & notabilius declaratur, quod executor possit sine decreto alienare, si in specie data sit potestas de tali fundo alienando, alioquin ex mãdato generali nõ possunt executores mittere manum ad immobilia, nisi cum decreto. ita declarant addit. ad cons. Alexan. cons. 27. nu. 1. lib. 3. referentes ita etiam tenere Luc. de Pen. in l. vltima, nu. 3. C. de princip. agen. in rebus, lib. 12. Verum, cũ præd. addit. in eo quod tantum interest, vt plus interesse minimè valeat, malè senserint, mirum esse non debet si & in hoc quod in hominum opinione cõsistit, decipiantur: Siquidem hæc eorum declaratio falsissima est: Nã leges supra adductæ loquũtur de permissione a testatore facta in genere, ergo generaliter, & indistinctè intelligendæ sunt, argum. l. de pretio, ff. de public. & l. non distinguemus, ff. de arbitr. Præterea, ex eo potest executor ex permissione testatoris fundũ particularem sine decreto distrahere, quia alienatio non a minore, in cuius contractu decretum exigitur, prouenit, sed ab ipso parente, qui cum possit liberè absque decreto de suis rebus disponere, executores quoque ex persona parentum debent id posse, cum eadem vigeat ratio, si in specie data sit potestas de tali fundo alienando, sicut quando data esset potestas in genere; ergo eadem iuris dispositio, arg. l. Titia, ff. ad leg. Aquil. Et alienationem sine decreto posse fieri ex voluntate testatoris, siue potestas data sit in specie, siue in genere, voluit Alexan. consil. 215. in princip. vol. 6. quem sequitur Rolãd. a Valle consil. 99. num. 41. libro primo. Et per hæc manifestè addentium error apparet. Vnde indistinctè concludendum est, executores quibus a testatore alienandi licentia tributa est, posse sine decreto distrahere.

SECVNDVS principalis casus est, 35 † quando executores velint ad eorum libitum de dictis bonis disponere, dubitatur, an possint: & isto casu duæ sunt opiniones. Prima est, quod possint quamlibet rem alienare, secundũ Accurs. in l. prædium, C. quando decreto opus non est. Innocent. in c. cum monasterium, circa finem, in glos. in verbo, abdicatio, extra de statu monachorum. & Thom. Grammat. subtiliter id defendens cons. 15. sub num. 2. Idq. secundum Accurs. d. l. prædium, videtur, & lege, & ratione probari. Lege, in l. 1. §. 1. ff. de rebus eorum. & l. 1. C. quando decr. opus non est. & l. prædium, C. eod. Quibus tamen iuribus respondetur, quod probẽt executores ex permissu testatoris posse alienare, non autem ibi dicitur, quod possint manus imponere ad quam velint rem; & sic debet intelligi, quod possint secundum quod permittitur a iure, cum testator præsumatur se conformare cum dispositione iuris communis, l. si duo, vbi gl. & DD. ff. de acquir. hæredit. Secundò, pro hoc facit, (secundum glos. in dict. l. prædium,) l. 2. & 3. C. de his qui ven. ætat. impetrau. Sed re vera dictæ leges nullo pacto probant, vt cuique patere poterit. Adducitur tertiò l. creditoris,

ff. de

ff.de distract.pignorum. Respondetur, quod ideo ibi potest creditor ex pluribus pignoribus sibi obligatis, quod velit ad sui commoditatem distrahere, quia ei sunt omnia obligata, nec potest debitor conqueri si meliorem vendat, cum ipse meliorem obligauerit; secus verò in casu nostro, cum testator dederit alienãdi licentiam ob vtilitatem minoris, non autem ob damnum. Ratione id demũ probatur, quia cum generaliter testator de rebus suis vendendis mandauerit, debet executor generaliter quamcumque rem posse alienare, argumento l.1.§.generaliter.ff.de legat.præst.cum similibus. Huic quoque rationi respondetur, quod quamuis quis habeat generale mandatum, tamen ex bona fide gerere debet. l.creditor, §. Lucius, ff. mand. Et ita intelligit Bald.d.l.magis puto, §. item prætor, quod executores vltimarum volũtatum qui habent liberum arbitrium vendendi, intelligitur de libero arbitrio proportionato, secundum mensuram debitorum, & legatorum. Ex quo infert ad Abb.& Rect.ecclesiarum, vt secundnm modum necessitatis, moderandus sit modus alienationis.

36 † Contraria est sententia, quæ magis recepta videtur, cum gloss. in d.l.prædium, * cõmuniter reprobetur, vt per Bart.& Bald.in l.magis puto, §.itẽ prætor.& Nicol.de Neap.in l.1. numer.5. ff. de rebus eorum. Luc.de Pen. in l.fi. col.3.versic.quid ergo si testator, C.de princip.agen.in rebus, lib.12.vbi d.sententiam egregiè defendit. & Paris.consil.85.num.50.lib.3. Hæc opinio ex tribus præcipuè suadetur. Primò ex l. si quis ad deliberandam, vers.& siquidẽ, & versic.vbi autem, C.de episc.& cler. vbi executor non potest quam velit rẽ distrahere, ergo idem in casu nostro dicendum est. Secundò adducitur l.igitur, ff.de iure delib.vbi pariter cum facienda est alienatio, debet fieri de re minus damnosa, & non de immobilibus, vel alijs preciosioribus. Adducitur tertiò l.magis puto, §.item prætor, ff.de rebus eorum, vbi in proprijs minorum terminis, cũ facienda est alienatio, debet fieri de re minus damnosa, non de magna, vel preciosa possessione, vt Vlpian.ibi decidit, & dictum latè fuit supra lib.1.in princ.num.49.vers.sexto.

37 † Ipse verò crederem posse dictas opiniones distinguendo concordari; quod aut est data executoribus potestas simpliciter de vendendo, & tunc solũ possunt rem minus damnosam vendere, dummodò sit sufficiens ad implẽdum id propter quod distrahitur, per not. in l. quamdiu, C. de distract. pignorum, & arg.eorum quæ habentur in l. magis puto, §.non passim, ff.de rebus eorum. & ita procedat opinio communis: Aut verò concessa est executoribus alienandi licẽtia, eo adiecto, vt possint quamcumque velint rem distrahere, vel pro libito voluntatis, & tunc possunt quãcumque rẽ velint distrahere, & isto casu procedat opinio glos.in d.l. prædium, & aliorum: quã distinctionem, ne mihi adscribam, tradidit Salicet.d.l.prædium, in fine, & ante eum videtur sensisse Bart. in l.alio, nu.9. ff. de alim. & cibar. legat. Intelligas tamen secundum distinctionis membrum, vt procedat, nisi mala fide executores distraxerint. glos.d.l. quamdiu. Bart.d.l. alio.& Bald.d.l.prædium. & Alexand. cons.62. num.1. & 2. visa facti narratione, lib.2. Dolus etenim dicitur exceptus in quacumque lata potestate, l.creditor, §.Lucius, ff.de mand.

38 † Possuntq. prędicti executores quibus vendendi est data potestas, non solum vendere, sed in solutum dare, obligare, ac alia omnia facere, cum talis potestas sit data ab homine, quo casu omnis alienationis species continetur, l.sicut, §.venditionis, ff.quibus mod.pign. vel hypoth. sol. licet secus sit quando a iudice, vel prætore, talis potestas conceditur, l.si pupillorũ, §.si prætor, ff.de rebus eorum. quam differentiam docuit Bart.d.l.alio, num.11.quem sequitur

P 2 tur

gat filios magis quàm seipsum, l.contra pietatem, C.de testam.manumiss. & l.isti quidem, ff.quod met.causa. Et melior amicus quem habeat filius, est pater, secundum Bald.in c.per tuas, de probat. nullus siquidem amor vincit paternum. l.vlt. C.de curat.fur. & ibi Bart.& Alberic.latiss.Soc.iun.in l.Centurio, num.208.ff.de vulg.& pupill. & Cassan. qui multa in proposito recenset cons.14.nu.14.Et hic legitur, quod Dauid Rex planxit Absalonem tribus diebus, & tribus noctibus, licet adinuicem essent inimici, vt habetur 11. Regum 18. & seq. Cum igitur pater filium plurimum diligat, eademq. caro censeatur. §.hac auctoritate.35.q.3. non debet censeri quod ipse fraudare filium velit, aut possit vmquam: immò plus operabitur eius præsentia, & consensus, quàm mille iudicũ decreta, præsertim isto casu quo pater habet vsumfructum quem non præsumitur velle amittere, nisi vtilis & ipsi, & filio esset.

11 † Siquidem circa alienationem rei minoris magna adhibetur fides patri, gloss.in l.magis puto, §.in primis, ff.de rebus eorum. Et multum re vera de eo confidere debemus, quando est diligētiss. & prudentiss.paterfam.prout fuit, & est optimus, ac honorandus pater meus Laurẽtius Simoncellus, qui (post trium filiarum dotationem, post ingentes expensas quas continuò habuit in familiæ educatione, præcipuè, quinque filios satis honorificè studiorum causa, extra patriam sustinendo,) si non amplam, saltem debitam, ac honestam facultatem relicturus est, quod solum Diuina prouidentia, ac sua quadam incomparabili prudentia factum esse fateri oportet. Quando igitur patres essent huiusmodi, posset vtique decreti solemnitas omitti. Verum etsi ex plurimum de patre confidat, & nos quoque multum de eo confidere debeamus; nihilominus lex non tantum de eo præsumit, quin etiam velit quod in alienatione quam de rebus filij facit, decretum accedat, l.si pupillorum, §.si pater, ff.de rebus eorum. quæ lex licet intelligi debeat in patre, qui sit administrator filij emancipati, vt vidimus supra primo casu, non propterea emancipatio, affectionem, ac dilectionem illam paternam, quæ a natura insita est, auferre poterit vmquam, quod & d.§.si pater, clarissimè suadetur, dũ ibi vult Vlpian. quod interueniat decretum, sed tamen ꝙ pronior debeat esse prætor ad consentiendum patri; & sic consideratur ibi quędam fiducia, quam lex habet de patre, & nihilominus decretum exigitur. Secundò adducitur aliud superiori argumento non multum dissimile, ex auctoritate Baldi in l.pactum, quæst.21. C. de collat. quem refert, & sequitur Socin.reg.261. fall.1.quippè.

12 † Quod si ex statuto non possit mulier contrahere sine consensu duorum consanguineorum, ea statuti solemnitas nõ requiritur, si filia patri renũciat: Nam propter naturalem patris affectionem ipsi plurimum tributum est, per multa iura quæ Bald. illic allegat, & latissimè id comprobat Tiraquel.in præfat.d.l.si vnquam, nu.26.& ibi plura de affectu paterno. & Philipp.Port. lib.3. conclusionum, conclus.15.per totam, vbi plenissimè. Quemadmodum igitur intelligitur remissa statuti solemnitas in patre, ita quoque in eo debet censeri remissum decretum.

Hoc argumẽtum quemadmodum superiori non est dissimile, ita & eadẽ responsione tollitur: Nam cum habeamus casum legis expressum, quæ rectè affectum paternum perspectũ habuit, vt in respons.primi argumenti iam deduximus, & nihilominus decretum exposcit, debet vtique cessare argumentatio in paterna affectione fundata. Tertiò (cæteris omissis) id optimè probari videtur in l.vlt. §.sin autem æs alienum, C.de bon.quę lib.in qua præsens hæc opinio fundatur: Deciditur namque ibi, quod patri est interdicta aduentitio-

uentitiorũ alienatio, specialiter tamen ob causam necessariam æris alieni permissa; nec aliqua fit mentio de decreto, vnde cum nullibi talis solemnitas scripta sit in patre legitimo administratore, debemus vtique dicere in patre eam cessare. Huic postremo argumento satisfieri potest, considerando, quod in d. §. fin autem æs alienum, dubitatur solùm, an pater possit aduentitia filiorum alienare, & disponitur, quod possit in casu necessario, traditurq. ordo quem seruare habet, de solemnitate autem, nihil dicitur, quia ibi de ea dubitari non contigerat, sed præsupponuntur termini habiles, iuxta l. cum testamento, ff. de testam. Et sic communis ista opinio magis auctoritate, quàm lege, aut ratione nititur.

Quid igitur tenendum? ipse quidem nunquam auderem contra tot patrum sententiam quicquam proferre. Vnde concludo cum communi opinione, quam vltra iam supra adducta pulchra

13 ratione comprobo, quippè. † Quando aliquid permittitur fieri in casu aliàs permisso, intelligitur etiam nõ seruata solemnitate in eo casu aliàs requisita, ne huiusmodi permissio sit superflua, l. 1. ff. ad municip. & l. si quando, ff. de leg. 1. Ista est doctrina gloss. & omniũ in l. si quando, C. de innoff. testam. Atqui æs alienum, vel alia similis, necessitas sunt inter casus propter quos bona minoris alienari valẽt, interueniente tamen iudicis decreto, l. ob æs. & ibi not. Scribentes, C. de præd. minorum. Cum igitur patri simpliciter permittatur ob huiusmodi casus aliàs permissos, alienare, debet intelligi, vt etiã id possit sine iudicis decreto. Et per hanc rationem, (ne alienæ laudis sim occultator) copiosissimus, pariterq. ingeniosissimus Tiraquell. in præfat. d. l. si vnquam, num. 34. vers. ego verò, tenet, quod ista communis Azon. sententia, sit etiam in puncto iuris verissima.

14 Quam amplio, † vt procedat etiam in episcopo, qui cum sit pater pauperũ, quasi legitimus administrator potest alienare res immobiles sine iudicis decreto. §. si quis in nomine, in Auth. de eccles. tit. Bald. in l. si prædia, ff. de rebus eorum. Cuman. in l. 1. in princ. l. si pupillorum, §. si pater, & l. qui neque, ff. eod. Castr. d. l. præses, nu. 5. vbi etiam Ias. num. 4.

15 Declaratur † modò id vno notabili modo, vt scilicet non procedat quando talium rerum quas pater velit alienare, expresè esset per hominẽ prohibita alienatio, quo casu vt prohibitio aliquid operetur, requiritur, quod in casu necessitatis interueniat decretum iudicis, vt notanter voluit in proposito solus, quẽ viderim, Ferdinand. Loaz. in repetit. l. filiusfam. §. Diui, num. 16. ff. de leg. 1.

INSPECTIO II.

16 Adultus curatore † carens, habetur pro maiore, quantum ad hoc, vt per eum gesta valeant. Alex. in l. si curatorem, C. de in integr. restit. minorum. & ibi glo. pen. dum dicit, quod videtur paterfam. & valet id quod facit Ias. in l. iusiurandum quod ex conuentione, §. pupillus, col. pen. ff. de iureiur. Ex quo crediderũt nonnulli, quod adultus curatore carens, valeat eius bona absque decreto distrahere; quã dubitationem, vt magis veritas elucescat, ad partes disputandã esse duxi, cũ veritas disputando reperiatur. l. vltim. §. mista. & ibi Bart. num. 1. ff. de muner. & honor. cap. graue. & ibi gloss. in verbo, Veritas, 35. quæst. 9. Duæ igitur circa hoc sunt opiniones.

17 Altera est affirmatiua, † quã firmauit Io. Fab. & Aretin. §. nunc admonendi, Inst. quibus alien. licet vel non. & post eos Riminald. ibidem, num. 21. Primò adducitur pro ista opinione l. iusiurandum quod ex conuentione, §. pupillus, ff. de iureiuran. vbi Paulus I. Consi. inquit, quod pupillus nequit iusiurandum deferre; & ratio est, quia

ius

ius administrandarum rerum ei non competit, secus verò in adulto, vt a contrario sensu ibi colligunt DD. Contextus iste nihil dicit de alienatione, sed solum de iureiurando. Præterea, non valet ibi sumi argum. a sensu contrario, quia resultaret correctio iurium, iuxta doctrinam Baldi, & aliorum ad l.conuenticulam, C.de episcop.& cleric.corrigeretur siquidem l.1. in fin. ff.de minoribus. Vlterius, dato quod habeant ius administrãdarum rerum, debet intelligi de mobilibus, & ita possent procedere ea quæ in princip.inspect. dicta sunt. Secundò adducitur rubr.nostra, ff.de rebus eorum qui sub tut. vel cura sunt, sine decreto non alien. Ergo a sensu contrario res eorum qui sub tutela, vel cura non sunt, poterunt sine decreto distrahi. Cui argumento ex intentione grauissimi, ac excellẽtiss.viri Ferdinandi Vasq. de success.creat.tit. de testam.pot.§.10. sub num.73.versic.non etiam obstat, lib.1.multipliciter respondere potest, cuius responsiones cum verissimæ sint, atque subtiles, multumq. ad materiã nostri tractatus pertineãt, cum declarationem rubr. ff. de rebus eorum, (ex qua tota illius tractatus pendet materia) contineant, eas hic recensere optimum fore duxi.

18 † Respondetur igitur Primò, ꝙ illa verba (Qui sub tut. vel cura sunt,) videntur ibi posita ad tollendum casum magis dubium: Siquidem videbatur, quod minores curatorẽ habentes possent cum eorũ auctoritate contrahere, & sic per curatores decreti suppleretur defectus: Pro quo facit glos.in l.1. C.si tut.vel curat.interuen. nõ autem videtur exclusus casus minus dubius, quando scilicet curatorem non habent, & ista potuit esse huius rubr.intentio. Secundò, si a d.rubr.sumeretur argumentum a contrario sensu, sequeretur plurium iurium correctio, contra d.l.conuenticulam, cũ ibi no. Item, si ex d.rub. deberet sumi argumentum a contrario sensu, sequeretur quatenus rubr. dicit, (sub tutela) quod si esset pupillus tutorem non habens, posset sine decreto bona alienare.arg.l.iam hoc iure, ff.de vulg.& pupill.quod vtique est tam falsum, quàm quod falsissimum. Postremò, rubr. C.de præd. minorum, indistinctè dicit, de præd.& alijs rebus minorum sine decr. non alien. nec vllam vim facit, habeant curatores, nec ne, cũ idem sit vtroque casu, meritò. Ex quibus remanet perfectè declarata rubr. nostra, ff.de rebus eorum. Tertiò adducitur optimus verborum contextus in l.si curatorem, C.de in integr.restit. minorum.

19 Huic legi,† in qua Scribẽtes tantoperè nituntur, facilè satisfit, intelligendo qđ loquatur in bonis mobilibus quæ seruari non possint, quæ bona licet possint sine decreto, & curatoris auctoritate distrahi, per dationem tamen curatoris censetur administratio interdicta: Cum non absimilis habeatur minor curatorem habens, ei cui a prętore curatore dato bonis interdictum est, vt expressim dicitur d. l. si curatorem; idq. optimo simili suadetur. Adultus curatore carens, potest hæreditatem adire per seipsum, l.impuberibus, ff.de acquir.hæredit. sed quando curatorẽ habet, videtur ei interdicta administratio, vt not.Bald. d.l.impuberibus. Mainer.in l. in totum, num.120.ff.de reg. iur. Io.Ign.in l.3.§.eleganter, sub num. 230.versic.& ista opinio, ff.de S.C.Sillan. vbi de intellectu d. l.si curatorem, latè vagatur. Ita igitur in casu nostro dicendum est, quod licet adultus curatore carens possit mobilia distrahere, videtur tamen ei distractio prohibita ex curatoris datione, & ita putarẽ omninò intelligi debere d.l.quam inueni postea ita intelligi per Roland. a Valle consil.54. num.35.lib.2. licet simpliciter pertranseat, & per Vasq. de success.creat.tit.de testamen.pot.§.10.sub numero 73. versic. primò ergo, libro primo, qui latè insistit ad probandum, quod d.l.si curatorẽ, loquatur in mobilibus,

libus, eam multipliciter ponderando.

20 † Huic superiori cõtraria est opinio communis, & verior, quam tenuit Iacob. de Are. Bart. & cæteri in l. si ex legati causa, ff. de verb. obliga. Alexand. d. l. si curatorem, in princ. limit. secunda. & ibidem Vbalionus de Mõte Biano, cuius lecturas vidi manuscriptas. Ias. in l. si constante, num. 221. ff. soluto matrim. Host. Io. de Imol. Ant. de But. num. 28. & alij passim in cap. constitutus, de in integr. restitu. Io. Gaufredi in prima par. Collectarij, lib. primo, cap. beneficio, n. 7. de restitut. in integrum. Ias. cons. 40. & 48. vt veritas. lib. primo. & Roland. a Valle cons. 54. ferè per totũ, lib. 2. Ferand. Vasq. de success. creat. tit. de testam. potent. §. 10. sub num. 73. versicu. prædictis tamen non obstantibus, lib. 1. id quampluribus cõprobãs, & Benuenut. Straeca in tract. de mercat. par. 3. num. 25. Et pro ista communi sententia possent plura in medium afferri, sed quatuor præcipuè sufficiẽt. Adducitur primò l. non solum, l. minorum, & l. si minorum, C. de præd. minorum, quæ generaliter, & indistinctè loquuntur, prohibẽdo minori suarum rerum alienationem siue curatorem habeat, siue non. Secundò facit l. si prædium, C. de præd. minorum, ibi (Vel adulta sine decreto,) quæ lex generaliter, & indistinctè loquitur, & expressius id ibidem probatur; quia dum loquitur de pupilla alienãte, dicit textus (tutore auctore) quia sine eo nulla esset dubitatio, sed dum subdit de adulta, non repetit curatore auctore, quia videbatur valere sine eo, cum esset adulta, & posset sua bona administrare, absque eo quod curatorem haberet, & nihilominus subdit textus, quod adulta (scilicet non habens curatorem) non potest sine decreto alienare. Mouẽtur tertiò prædicti ex l. si ad resoluendum, C. eod. vbi in fortioribus terminis hæc opinio probatur.

21 † Ampliatur, vt minor curatore carẽs, non solum prohibeatur distrahere immobilia, sed ẽt mobilia quę possint seruando seruari, vt sensit glos. in l. 2. in verbo, (Nõ alienent,) C. de his qui ven. ætat. impetr. & in l. 2. in verbo (Possũt,) C. si aduers. don. Id quod cæteris omissis ea validissima quidem ratione probatur: Nam quando duo casus sunt parificati per legem antiquam, lex noua postea superueniens, & aliquid disponens in vno ex casibus parificatis, intelligitur idem statuere in alio etiam in materia correctoria. gl. in l. si quis seruo, C. de fur. & in l. quod verò contra, ff. de legibus. Sed in alienatione immobiliũ sunt parificati per leges antiquas minores habentes curatorem, & non habentes, vt mox supra conclusimus; ergo l. noua, quippè l. lex quæ tutores, C. de administrat. tut. quæ de nouo disponit, vt minores curatores habentes non possint sine decreto alienare, etiam mobilia quæ seruari possunt, habebit etiam locum in alio casu parificato, scilicet in minore non habente curatorem.

22 Mobilia tamen † quæ seruando seruari minimè possunt, potest minor curatore carens etiam non interueniente decreto distrahere. l. lex quę tutores, & l. vlt. §. vlt. C. de administr. tut. & l. si. C. quando decr. opus non est. & ita concludunt passim DD. d. l. si curatorem, & in §. nũc admonendi, Inst. quibus alien. licet, vel non. Io. Gaufredi d. c. beneficio, nu. 7. Ant. Butr. d. c. constitutus, nu. 28. Ias. cons. 48. vt veritas, lib. 1. & Ferand. Vasq. de success. creat. tit. de testamen. pot. §. 10. num. 74. in fine, lib. 1.

INSPECTIO III.

23 VIDERETVR si quidẽ dicendũ, † quod minor qui veniam ætatis impetrauit, posset eius bona absque iudicis decreto distrahere, nisi essent textus expressi cõtrarium decidentes, quippè l. 1. & l. eos, C. de his qui vend. ætat. impetrau. per quæ intra id firmatuit

runt Bar.d.l.1.& d.l.eos, vbi Castr.Salicet.& alij. Ias.in l.mandata, num.5. ff.de offic. eius. Nicol.Vigel. ff.lib.18. par.2.cap.6.reg.1.except.9. Castr.consil.106.num.2.incipiendo a secundo. & consil.161.non est dubium quod d. donatio,par.2.Bartholom.Socin.consil.130.visa contingentia facti, num.3. vol.1. quod est repetitum cõs.235.vol.2. Marian. Socin. conf.39.num.56.in casu ad me transmisso,& consil.63.num.50.præsupponendo ante omnia,par.3. Dec.cons.39.col.2.vers.tertiò. Hippol. Riminald. cons.5.num.188.lib.2. Fabian.de Mon.in tract. de empt.& vendit.3.quæst.princip.in fine.Anton. Gomez.de contractibus, cap.14.num.12. Harmenopulus in Promptuario iuris ciuilis, lib.1.tit.12.vers.tum itaq. Petr. de Vnzola in practica artis notariat.in cap.de personis sex fiũt diuisiones, nu.16.& in c.ex tribus consistunt contractus, num.5. Alexander Bald.Troian. in suo Pomilego, in verbo, minor. & Ferandus Vasq. de success. creat. tit. de testam.pot.lib.1.§.10.sub num.73.versic. quinto pro hoc, & duobus versic. seqq. Hippolyt.Marsil. in practica criminal.§.quoniam,num.24.

24 † Hinc decidi põt,& alia similis quęstio, quod si statutum disponat, quod ætas 18. annorũ, intelligatur ætas perfecta,& legitima, prout extat Florētiæ, & multis alijs in locis, huiusmodi statutum,non erit legitima ætas quo ad alienationem bonorum immobilium, vt possit sine decreto celebrari. arg.d.l.1. & d.l.eos. Castr. d.cons.106.sub nu.2. Barth. Socin. d.cons.130.num.3. Dec. cons.39.sub num.3.referens Castr.consil. 171. secundum antiquam impressionem,secundum nouã verò est d.consil.106.Franc. Curt.sen. cons.44. super contingentia facti, col.10.vers. minor inrando.& nouissimè Roland.a Valle cons.7.num.17.lib.3.

25 † Contra prędicta tamē sensit Castr. sibi cõtrarius,in l.omnes, num.9. C.de his qui ven.ętat.impetr.& pro hac parte consuluit Corn.cons.108.per totum, in præsenti consultatione, vol.3.id latè defendens. & Cardin. Alban.in lucubrat.in Bart.ad l.magis puto, §.si pupillus,ff.de rebus eorum. Mouentur autē, quia per statutũ disponitur, quod maior 18.annorum sit, & intelligatur maior,sed maior id posset; ergo,vt ea quę disposita sunt a iure in maioribus 25. ann. militent vigore huius iuris municipalis in maioribus 18.ann.& ista fuit mens statuti, aliàs nihil operaretur. Secundò mouetur Card. Alban.quia statutũ idem potest in sua ciuitate, quod potest ius commune quo ad omnes, l. omnes populi, ff.de inst.& iure. Item secundum eumdem superiori sententię reluctatur ratio l.1. C. de his qui ven. ætat.impetr. Et in ciuitate Bergomi in qua huiusmodi viget ius municipale, seruatur,vt possint maiores 18.annorũ sine decreto alienare, vt testatur idem Cardin.d.§.si pupillus,num.4.

Nec obstant d.l.1.& d.l.eos,quia secundum Castr. loquuntur, quando fit concessio per rescriptum, quod non est ita fauorabile,sicut quando fit per modum legis, vel statuti; ideo secundum ipsum, quantum ad omnia reputabitur ætas legitima,& valebit contractus sine solemnitate quæ requiritur in contractibus minorum. Et iste minor 25. annorum, maior 18. a statuto habilitatus, censetur habilitatus etiam extra territorium. Bald. in l.1. sub num. 21. C.de sum. Trin.& ibidem Caccialup. nu.152.versic.sed quid dicetur. & Put. decis.365.lib.3.

26 † Prior tamen sentētia vti receptior est, ita & verior; siquidem huiusmodi statutum potest verificari tribus in casibus. Primò in contractibus, & obligationibus in quibus non contineatur alienatio. Secundò verificari potest in contractibus in quibus cõtineatur alienatio mobilium, & aliarũ rerum quæ possunt sine decreto alienari. Tertiò in cõtractibus super alienationibus immobilium. Cum possit igitur præd.statutum

tutum altero de tribus casibus intelligi, debet omninò intelligi, vt solũ loquatur de primis duobus casibus, non de tertio, ad hoc vt ius commune minus lædatur, quàm possibile sit, ad not. per Bart. in l. omnes populi, in 6.q. princ. ff. de iust. & iure. & DD. in l. si serui vestri, C. de noxal. & sic cessat difficultas superfluitatis, quã considerauit Corn. d. cons. 108. Videturq. certè id decisum fuisse per d. l. 1. & d. l. eos, quibus commoda differentiæ ratio reddi nequit a casu præd. statuti. Nec quicquam facit ratio differentiæ a Castr. considerata in d. l. eos, quod scilicet d. l. eos, loquatur quando fit concessio per rescriptũ, quod non est ita fauorabile, sicut quando fit per modum legis, vel statuti, quasi sentiat, quod dispositio statuti concedens minori auctoritatem alienandi, sit fauorabilior, quàm rescripum eam denegans, quod vtique est tam falsum, quàm quod falsissimum. Nanq. licet prohibitio alienationis sit exorbitans, & quasi iniqua, cum rerum suarum liberam administrationem tollat. l. non vsque, ff. si a paren. quis fuer. manum. tamẽ in casibus a iure, seu statuto prohibitis, vt in casu minorum, non dicitur esse iniquitas, vt rescripserunt Cæsares in l. dudum, in fine, C. de cõtrah. empt. & declarauimus latè supra lib. 1. tit. 1. num. 4. Sed est merus fauor minorum, cum nulla alia ratione illud sit inductum, nisi vt ipsis consulatur. Ergo fauorabilius est rescriptum, alienationem denegans, quàm esset statutum si eam cõcederet; & miror equidẽ quod Castr. ita locutus fuerit. Nec etiã obstant ea quæ considerauit Cardin. Alban. quod scilicet, idem possit statutum in sua ciuitate, quod ius commune quo ad omnes, quia fateor id statutum potuisse, sed inficias eo id voluisse. Cum etenim possit intelligi statutum in casu quo minus læditur ius commune, debet in eo intelligi, tunc autem vera esset ratio Card. si statuto expressim caueretur, vt maior 18. annorum habeatur pro maiore, & possit alienationem sine decreto celebrare. Parumq. etiam reluctatur ratio d. l. 1. vt considerat idẽ Cardin. quia etiam in d. l. eos, Cæsares satis cognitam habuerunt dictam rationem, & nihilominus denegarũt minori alienationem sine decreto, licet veniam ætatis impetrauerit. Et per hæc, opinionem istam tamquam veriorem sequor, licet tamen putarem diligenter consideranda esse verba ipsius statuti, An loquatur per verbum (Est) vel (Intelligatur) quippè quod maior 18. annorum sit, vel intelligatur legitimæ ætatis. Vel etiam dicta verba sint simul iuncta, tũc etenim veritatem significant, arg. l. 1. §. vlt. ff. quod quisque iur. & eorum quę tradit Iacob. Nouellus in tract. de iure congrui, §. 1. sub num. 52. versic. habeat. Sunt etiam consideranda verba, An sint prægnantia, vel simplicia, quæ omnia secundum facti cõtingentiam ingeniosis ponderanda relinquo.

Et ex huius conclusionis decisione apparet, Castr. etiam in alia quæstione malè locutum fuisse in d. l. eos, num. 8.
27 † dum putat, quod si contractus sit alia ratione nullus, vt si dicat statutum, non valere contractum minoris 25. annis sine certa solemnitate, & aliquis minor veniam ætatis impetret, & postea sine illa solemnitate contrahat, immobilia alienando, talem alienationem valere, quod vtique est contra superius adducta, cum eadem ratio militet in statuto, quæ in rescripto, immò maior, cum statuta sint strictè intelligenda, vt minus lædant ius commune, quàm fieri possit, vt iam diximus. Et quemadmodum Princeps sua indulgentia maturitatem consilij dare non potest, quã tenera ætas minoribus denegat, vt considerat Marian. Soci. in d. cons. 63. nu. 50. ita etiam nec statutum poterit hanc consilij maturitatem tribuere; & eò maximè, quia in rescripto requiritur ætas 20. annorum, debetq. probari, & concurrere honestas morum, & animi probitas.

probitas eius cui conceditur venia ætatis.l.omnis, C.de his qui ven.ætat.impetr. statutum verò reducit ad minorē temporis metam, id est 18. annorum. Ideò suadere videtur ratio, quod generalitas statuti limitetur prout generalitas rescripti Principis.

28 Infertur etiam ex hoc, † quod minor 14.ann.cum quo est dispensatum super ætate, etiam per Papam, non habet legitimam personam circa administrationem beneficiorum. gloss.in c.ex ratione, de ætat.& qualit.cū qua ibi pertranseunt indifferenter omnes adducentes d.l.eos. & ibidem Petr. de An-
29 char.in fine subdit, † quod dispensatus in ætate, non habet administrationem ecclesiæ, nec bonorum sine decreto superioris. & id sequitur Io. Baptista Ferett.cons.282. nu. 1.vol.2. subdens ibidem num.2. quod curator, vel procurator ad beneficia per minorē dispensatum, non potest sine decreto dari, vt not.in c.si annum,de iudic.lib.6.vbi generaliter deciditur, quod constitutus in minori ætate, non habet personam legitimam, neque consensum in huiusmodi spiritualibus, neque ad agendū, neque ad defendendum, neque ad alia faciēdum. Ex quibus omnibus generaliter, & indistinctè cōcludendum est, quod minor neque per dispensationem Papæ, nec per rescriptum Principis, neque etiam per statutum dicitur habilitatus ad alienēdum immobilia sine iudicis, vel superioris decreto, nisi specialiter, & in indiuiduo dictum esset, quod valeat de immobilibus disponere etiam absque iudicis auctoritate: Nam tunc Pont.Princeps, vel statutum possunt iuri communi derogare, ad not.in l.omnes populi, ff.de iust.& iur.sed nō præsumuntur id fecisse, nisi specialiter exprimant.

INSPECTIO IIII.

SOLENT sepissimè testatores suorum testamētorum executores relinquere, quibus pro debitis soluendis, vel pro executione testamentorū, alienandi licentiam tribuunt, circa quod de duobus principaliter dubitari contingit; ideò duo sunt necessario constituendi casus.

30 PRIMVS est, † an isti executores quibus a testatore data est alienandi licentia, valeant absque decreto id facere, in quo vno ore omnes concludnnt, eos posse. Accurs.in l.1. §.1.in verbo, (Cauerint) & ibidem Iacob.de Aren. Bart.& Bald. ff.de rebus eorum. Bald. in l.1. C.de sacrosanct. eccles. in l.1. in princ. & in l.si hæres, ff.de condict. ob causam. Salicet.in l.si quis ad declinandam, C.de episcop.& cler. Luc.de Pen. in l.vltima, circa finem, versic.non obstat, C.de princip.agen.in rebus, lib.12. Alexan.in addit.ad Bart. in l.Aurelio, §.Gaius, ff.de liberat.leg. Ias.in l.si frater, in fine, C.qui testam. facere poss. in Auth.ingressi, C.de sacrosanct.eccl. & in l.1. §. fuit quæsitum, in fine, vbi etiam Ripa nu. 19. ff. ad Trebell. Dec. in c.in præsentia, sub num.27. de probat. Illustriss.Cardin. Alban. in lucubr. in Bart.ad l.si curatorem habens, C.de in integ.restitut.minor. Ang.cons.175. viso, num.2. Bald.cons.287. dicta mulier, sub num.4.lib.4. Alex.cons.62.nu. 1.& 2. visa facti narratione, libro 2. & consil.27.num.1.lib.3. Paris.consil.85. numero 50. libro 3. & Thom. Grammatic. cons.15. num.2. Et ita fuisse decisum tradit Afflict. decis.285. & singulare dicit Marsil.sing.465. & Ferād. Vasq. de success.creat.tit. de testam.potent. §.10.num.76. id mirabile appellans. Id quod euidentissimè probatur in l.1.§.pręterea, ff.de rebus eorum.l.1. & l.prædium, C.qn̄ decr.opus non est.

31 † Ampliatur etiam si testamentum irritum esset, adhuc etenim voluntatē testatoris probat, l.Paulus, quæ est lex vlt. ff.de rebus eorum, vbi etiam Scribentes. Ias.in l.mandata, num.8. ff.de offic.eius. Ripa in l.1.num.164. ff.de vulg.& pupill. Ant.Gomez. de contra-

ctibus,

ctibus, cap. 14. num. 16. & latius dixi supra tit. 1. inspect. 11. num. 109. vbi & alia ponitur ampliatio quæ optimè potest & huic conclusioni deseruire.

32 † Ampliatur Secundò etiam si testator non esset perfectæ ætatis, sed esset adultus: Nam adhuc potest dare licentiã executoribus suis vt alienent, ex cuius permissione poterunt sine decreto alienare. Bald. in l. 1. num. 1. ff. de rebus eorum, per l. Aurelio, §. Gaius, ff. de liberat. leg. quod procedit etiã in adulto habente curatorem, d. §. Gaius. & ibi glos. Bart. in 1. notab. Salicet. nu. 5. Castren. num. 5. Ang. & Fulgos. in l. si frater, C. qui testamen. fac. poss. quod verum est, etiam si curator sit præsens, & contradicat. Ang. & Fulgos. d. l. si frater, quos sequitur Ias. ibidem, num. 2. & in l. 1. §. fuit quæsitum, num. 40. vbi etiam Ripa num. 10. ff. ad Trebell. & latè in proposito Tiraquell. ad l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 253. & seq. C. de reuocan. donat. Alex. consil. 215. incip. ponderatis, col. 1. vol. 6. Hippol. Marsil. sing. 465. aliqua, 2. & Minsin. singul. obseruat. cent. 3. obseruat. 5.

Contra dictam ampliationem sensit Bald. d. l. prædium, (siue vt est in nõnullis codicibus) in l. illud, C. quando decret. opus non est, vbi intelligit, quod tunc possit testator executoribus suis concedere alienandi licentiam, si sit legitimæ ætatis, secus si esset adultus, quem refert Ias. in l. mandata, numero 8. ff. de officio eius. nam tunc licet valeat testamentum in alijs, non tamen valet quo ad istam potestatem alienandi. Sed videns forsan Bald. quod id contrariatur his quæ dixerat in l. 1. ff. de rebus eorum, distinguit, quod aut permittit minor in testamento alienationem pro executione contractus, & tunc non valet dicta permissio, & ita procedat opinio quam tenuit in dict. l. prædium; aut verò permittit alienationem pro executione vltimæ voluntatis, & tunc valeat, cum minores iure censeantur maiores, quo ad testandum, l. Aurelio, §. vltim. ff. de liberat. leg. Crederem tamen ipse Bald. malè locutum fuisse, tam circa reprobationem ampliationis, quàm etiam circa distinctionem, cum minor tamquam testator, id est tamquam habilitatus a lege, in illo actu testandi, possit permittere in testamento, quod alij testatores possunt, arg. l. quidam consulebant, ff. de re iudic. Præterea, sæpè est, quod ex persona mea quis consequitur quod ego non habeo, l. si post mortem, §. vltim. ff. de bonorum poss. contra tab. & latè Ias. in l. si emancipati, C. de collat. Et per hæc, & alia id firmat Vasq. d. §. 10. numero 76. circa finem. Vnde indistinctè concludendum censeo, minorem posse licentiam dare executoribus suis in testamento, vt alienent, quicquid senserit Bald. qui posset forsan a contrarietate saluari, quod scilicet in d. l. prædium, voluerit testatorem esse ætatis legitimæ, quia testamentum non valebat, ne duo circa idem concurrerent specialia, contra l. 1. cum ibi not. C. de dot. promiss. quippè, quòd minor det executoribus licentiam alienandi, & quod id fiat in testamento minus perfecto. Bald. autem loqui in d. l. prædium, in testamen. imperfecto, videtur colligi ex verbis Ias. d. l. mandata, numero 8. Sed in d. l. 1. loquitur Bald. quando testamentum est validum, quo casu vnum dumtaxat speciale concurrit. Aduertas tamen, quod si minor vellet in testamento contrahere parte præsente, vtique sine decreto, & alijs solemnitatibus non posset, ex traditis per Tiraquell. super legibus connubial. glos. 5. num. 93. Io. Dilectus de arte testandi, tit. 1. caut. 2. num. 7. & Hipp. Riminal. Inst. de donat. in princ. num. 588. & seq.

33 † Declaratur, quod tunc demum executores possint res minorum sine decreto distrahere, si alienatio esset vtilis minori, cum alioquin sola vtilitas de per se non sit causa sufficiens ad

alienandum, l. si fundum, in prin. ff. de rebus eorũ, & dicam latissimè hoc eodum tit. inspect. 17. ita declarat Bart. in l. qui Romæ, §. cohæredes, in fine, ff. de verbor. oblig. quem referunt addit. ad eum, in l. 1. ff. de rebus eorũ. Quæ Bart. declaratio apud me nequaquam est uta: Siquidem executores ex permissu testatoris possunt sine decreto res minorum alienare, siue eis sit vtile, siue non, vt indistinctè iuribus & auctoritatibus supra adductis probatur. Benè verum est, quod sola vtilitas de per se, non est sufficiens causa alienandi, vt dicit Bart. Sed qui dicunt posse ex permissu testatoris, etiam sine decreto, minorum bona distrahi, non fundant se in vtilitate, sed in licentia, & permissione testatoris, quæ verè, & de per se sufficiens est alienãdi causa, iuribus supra adductis, dummodò secundum mensuram debitorum, & bona fide fiat.

34 † Secundò, & notabilius declaratur, quod executor possit sine decreto alienare, si in specie data sit potestas de tali fundo alienando, alioquin ex mãdato generali nõ possunt executores mittere manum ad immobilia, nisi cum decreto. ita declarant addit. ad cons. Alexan. cons. 27. nu. 1. lib. 3. referentes ita etiam tenere Luc. de Pen. in l. vltima, nu. 3. C. de princip. agen. in rebus, lib. 12. Verum, cũ præd. addit. in eo quod tantum interest, vt plus interesse minimè valeat, malè senserint, mirum esse non debet si & in hoc quod in hominum opinione cõsistit, decipiantur: Siquidem hæc eorum declaratio falsissima est: Nã leges supra adductæ loquũtur de permissione a testatore facta in genere, ergo generaliter, & indistinctè intelligendæ sunt, argum. l. de pretio, ff. de public. & l. non distinguemus, ff. de arbitr. Præterea, ex eo potest executor ex permissione testatoris fundũ particularem sine decreto distrahere, quia alienatio non a minore, in cuius contractu decretum exigitur, prouenit, sed ab ipso parente, qui cum possit liberè absque decreto de suis rebus disponere, executores quoque ex persona parentum debent id posse, cum eadem vigeat ratio, si in specie data sit potestas de tali fundo alienando, sicut quando data esset potestas in genere; ergo eadem iuris dispositio, arg. l. Titia, ff. ad leg. Aquil. Et alienationem sine decreto posse fieri ex voluntate testatoris, siue potestas data sit in specie, siue in genere, voluit Alexan. consil. 215. in princip. vol. 6. quem sequitur Rolãd. a Valle consil. 99. num. 41. libro primo. Et per hæc manifestè addentium error apparet. Vnde indistinctè concludendum est, executores quibus a testatore alienandi licentia tributa est, posse sine decreto distrahere.

Secundus principalis casus est, 35 † quando executores velint ad eorum libitum de dictis bonis disponere, dubitatur, an possint: & isto casu duæ sunt opiniones. Prima est, quod possint quamlibet rem alienare, secundũ Accurs. in l. prædium, C. quando decreto opus non est. Innocent. in c. cum monasterium, circa finem, in glos. in verbo, abdicatio, extra de statu monachorum. & Thom. Grammat. subtiliter id defendens cons. 15. sub num. 2. Idq. secundum Accurs. d. l. prædium, videtur, & lege, & ratione probari. Lege, in l. 1. §. 1. ff. de rebus eorum. & l. 1. C. quando decr. opus non est. & l. prædium, C. eod. Quibus tamen iuribus respondetur, quod probẽt executores ex permissu testatoris posse alienare, non autem ibi dicitur, quod possint manus imponere ad quam velint rem; & sic debet intelligi, quod possint secundum quod permittitur a iure, cum testator præsumatur se conformare cum dispositione iuris communis, l. si duo, vbi gl. & DD. ff. de acquir. hæredit. Secundò, pro hoc facit, (secundum glos. in dict. l. prædium,) l. 2. & 3. C. de his qui ven. ætat. impetrau. Sed re vera dictæ leges nullo pacto probant, vt cuique patere poterit. Adducitur tertiò l. creditoris,

ff. de

ff. de distract. pignorum. Respondetur, quod ideo ibi potest creditor ex pluribus pignoribus sibi obligatis, quod velit ad sui commoditatem distrahere, quia ei sunt omnia obligata, nec potest debitor conqueri si meliorem vendat, cum ipse meliorem obligauerit; secus verò in casu nostro, cum testator dederit alienādi licentiam ob vtilitatem minoris, non autem ob damnum. Ratione id demū probatur, quia cum generaliter testator de rebus suis vendendis mandauerit, debet executor generaliter quamcumque rem posse alienare, argumento l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præst. cum similibus. Huic quoque rationi respondetur, quod quamuis quis habeat generale mandatum, tamen ex bona fide gerere debet. l. creditor, §. Lucius, ff. mand. Et ita intelligit Bald. d. l. magis puto, §. item prætor, quod executores vltimarum volūtatum qui habent liberum arbitrium vendendi, intelligitur de libero arbitrio proportionato, secundum mensuram debitorum, & legatorum. Ex quo infert ad Abb. & Rect. ecclesiarum, vt secundnm modum necessitatis, moderandus sit modus alienationis.

36 † Contraria est sententia, quæ magis recepta videtur, cum gloss. in d. l. prædium, * cōmuniter reprobetur, vt per Bart. & Bald. in l. magis puto, §. itē prætor. & Nicol. de Neap. in l. 1. numer. 5. ff. de rebus eorum. Luc. de Pen. in l. fi. col. 3. versic. quid ergo si testator, C. de princip. agen. in rebus, lib. 12. vbi d. sententiam egregiè defendit. & Paris. consil. 85. num. 50. lib. 3. Hæc opinio ex tribus præcipuè suadetur. Primò ex l. si quis ad deliberandam, vers. & siquidē, & versic. vbi autem, C. de episc. & cler. vbi executor non potest quam velit rē distrahere, ergo idem in casu nostro dicendum est. Secundò adducitur l. igitur, ff. de iure delib. vbi pariter cum facienda est alienatio, debet fieri de re minus damnosa, & non de immobilibus, vel alijs preciosioribus. Adducitur tertiò l. magis puto, §. item prętor, ff. de rebus eorum, vbi in proprijs minorum terminis, cū facienda est alienatio, debet fieri de re minus damnosa, non de magna, vel preciosa possessione, vt Vlpian. ibi decidit, & dictum latè fuit supra lib. 1. in princ. num. 49. vers. sexto.

37 † Ipse verò crederem posse dictas opiniones distinguendo concordari; quod aut est data executoribus potestas simpliciter de vendendo, & tunc solū possunt rem minus damnosam vendere, dummodò sit sufficiens ad implēdum id propter quod distrahitur, per not. in l. quamdiu, C. de distract. pignorum, & arg. eorum quæ habentur in l. magis puto, §. non passim, ff. de rebus eorum. & ita procedat opinio communis: Aut verò concessa est executoribus alienandi licētia, eo adiecto, vt possint quamcumque velint rem distrahere, vel pro libito voluntatis, & tunc possunt quācumque rē velint distrahere, & isto casu procedat opinio glos. in d. l. prædium, & aliorum: quā distinctionem, ne mihi adscribam, tradidit Salicet. d. l. prædium, in fine, & ante eum videtur sensisse Bart. in l. alio, nu. 9. ff. de alim. & cibar. legat. Intelligas tamen secundum distinctionis membrum, vt procedat, nisi mala fide executores distraxerint. glos. d. l. quamdiu. Bart. d. l. alio. & Bald. d. l. prædium. & Alexand. cons. 62. num. 1. & 2. visa facti narratione, lib. 2. Dolus etenim dicitur exceptus in quacumque lata potestate, l. creditor, §. Lucius, ff. de mand.

38 † Possuntq. prędicti executores quibus vendendi est data potestas, non solum vendere, sed in solutum dare, obligare, ac alia omnia facere, cum talis potestas sit data ab homine, quo casu omnis alienationis species continetur, l. sicut, §. venditionis, ff. quibus mod. pign. vel hypoth. sol. licet secus sit quando a iudice, vel prætore, talis potestas conceditur, l. si pupillorū, §. si prætor, ff. de rebus eorum. quam differentiam docuit Bart. d. l. alio, num. 11. quem sequitur

P 2

tur Benedict. Capra in tract. de execut. vlt. volunt. membro 6. num. 93. & seq. dixi latè supra, lib. 1. & tit. 1. inspect. 4. num. 92. latius dicemus in alio meo tractatu. Mitius agitur cū lege, quam cum homine.

39 † Et non solum valet licentia executoribus data in testamēto, sed etiam si testator fecerit testamentum, & reliquerit executores quibus oblitus fuerit dare licentiam vendendi, si postea codicillos faciat minus solemnes, & det eis auctoritatem vendendi, adhuc tenet licentia, & valet inde secuta venditio. ita declarat Bald. d. l. vlt. per illum textum, ff. de rebus eorum. Et ratio est, quia licet testam. irritum sit, adhuc tamen testatoris probat voluntatem, d. l. vlt. vbi Bart. & Bald. Rom. cons. 178. & Mandell. cons. 4. num. 41.

40 Ex quo Bald. infert, † quod si testator in testamento facit contractus, irrito testamento, non per hoc irritantur contractus, & sic quod nullum est, aliquid quādoque operatur, quod sequitur Illustris præceptor meus Tob. Nonius Inst. de testam. in princ. num. 58. Ex quibus habet perfectiss. absolutam materiam executorum vltimarum voluntatum, a nemine adhuc ita plenè, & distinctè declaratam.

INSPECTIO V.

41 Ea consuetudinis est vis, † atque potentia, vt non modò circa res humanas leges abrogādo disponere possit, iuxta not. per DD. in l. de quibus, ff. de legibus. sed etiam, quod mirum est, in his quæ sunt iuris Diuini consuetudo attendi debeat, ad not. in c. 2. de ferijs, vbi in festiuitatibus celebrandis seruanda est consuetudo loci. & subdit ibi Abb. idem esse in Baptismo, & alijs ritibus, & solemnitatibus. Potiusq. inspicienda est consuetudo, quàm ipsa natura. Bald. in l. 1. §. bestias, per illum textū, ff. de postul. Et Diuus Hieronymus huius nostræ almæ domus Sapientiæ nouæ, quę Hieronymiana nuncupatur Academia, Protector gloriosissimus, inquit, quod quælibet patria abundat in sensu suo, vt refert Sum. Pont. in c. certificari, de sepult. ita vt admirari minimè debeamus, si tot solemnitates a iure inductæ, vt minorum indemnitati consulatur, valeant consuetudine

42 tolli; † licet etenim aliàs in alienatione rei minoris requiratur decretum, per consuetudinem tamen induci potest, vt minorum bona absque eo alienari valeant. Ang. in l. diuturna, ex gl. ibi. ff. de legibus, quod rarò alibi inueniri dicit. Nicol. de Neap. in l. 2. in fine, ff. de rebus eorum. Bald. in capit. 1. col. 1. per quos fiat inuestit. per illum text. & in l. vlt. §. necessitatem, nu. 17. C. de bon. quæ lib. P. Paul. Pom. in addit. ad Bart. super rubr. C. quādo decreto opus non est. Ias. in l. de quibus, nu. 63. ff. de legibus, & in l. mandata, num. 8. ff. de offic. eius, inquiens id esse notabile. Franc. Ripa respon. 213. sub nu. 3. vers. accedit ad augendum, incip. quia dubia. Tom. Grammatic. cons. 28. nu. 13. in causa venerabilis monasterij. & Neuizan. cons. 85. num. 6. Io. Bernar. Diaz reg. 219. in 7. fall. Petr. Rauen. de consuetud. sect. 4. numero 56. & sect. 5. sub num. 27. vers. item limita. Benuenut. Stracca in tract. de mercat. in 3. part. num. 30. Iodoc. Damhouder. in pupillorum patrocinio, tit. de tutorum, & curator. munere, cap. 10. num. 26. & in subhast. compend. exeg. cap. primo, numero 29. & Ant. Gabriel. lib. 6. suarum conclus. tit. de consuetud. ampliat. 20. num. 56. Idq. lege, & ratione probatur: Lege, in l. more, ff. de acquir. hæredit. ibi, more nostræ ciuitatis: Ratione autem probari posse videtur, quia solemnitates valent cōsuetudine tolli, Bald. in l. 1. C. ad Vellei. & consil. 318. quidā nobilis, libr. 2. & Roch. de Curt. in c. cum tanto, sect. prima, num. 28. de consuetud.

43 † Quod tamen cum temperamento intelligendum est, videlicet, quod prędicta

dicta consuetudo circa minorum rerũ alienationem strictiss. interpretãda sit, secundum Dec. consil. 142. & pro tenui, num. 5. & ideo Bald. in l. si pupillorum, §. vlt. ff. de rebus eorum, inquit, stante quod ecclesia possit rem in emphyteusim dare, & cõsuetudo sit, quod detur in tertiam generationem. Ecclesia verò velit in infinitum concedere, vtique non valeret, quia grauior efficeretur conditio ecclesiæ, intelligens tamen nõ valere in perpetuum, sed quatenus valere potest, quia id quod est vltra modum, reducitur ad modũ. l. placuit, ff. de vsur. & l. qui tabernas, ff. de contrah. empt. & ita dicit Bald. d. §. vlt. qui licet loquatur in ecclesia, idem tamen dicendum putarem in minore, vt si aliquo casu sit consuetudo circa contractus minorum strictiss. sit intelligenda, nec valeat actus, nisi quatenus se extendit consuetudo. Quomodo autẽ probanda sit huiusmodi consuetudo, quippè eam esse obtentam in contradictorio iudicio, vel etiam probetur per productionem plurium instrumentorum, in quibus appareat non fuisse seruatas solemnitates aliquas, vel aliter, cum non sit præsentis indagationis, remitto me ad materiam consuetudinis pertractantes.

INSPECTIO VI.

ADEO vehemens, & efficax est pro Doctore præsumptio, vt trahat homines in opinionem, eos haud vmquam decipi posse: Nam cum alios doceat, ac administret, eum fraudi suppositum esse dici minimè debet, ex quo dicẽdum videtur, posse sine iudicis decreto de suis bonis disponere, licet sit minor. Cum etenim adinuentũ sit decretum (vt millies diximus) ad euitandas fraudes, quæ fraudis suspitio vtique in minore qui sit Doctor cessare videtur, decreti quoque interuentus cessare debet. arg. l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patronat.

44 Qua tamẽ præsumptione † minimè refragante, contrarium verius esse censeo, quod etsi minor sit Doctor, nihilominus in eius contractu decretum necessariò requiri; quam sententiã tenuit Bald. in l. sed & milites, §. qui autem, 2. notab. ff. de excusat. tut. Francisc. Arer. in l. 3. ff. de lib. & posthu. quos refert, & sequitur Barth. Bologn. in repetit. Authen. habita, num. 136. C. ne filius pro patre. Pro qua opinione inquit Bolognin. facere textum optimũ in l. si fundus, ff. de rebus eorum. qui textus re vera non meretur ad id adduci, cum nil penitus in proposito probet, licet tamẽ dictum in se verissimum esse existimẽ, ea quippè ratione, decretum ideo inductum est, vt minor ob imbecillitatem ætatis fraudari nequeat, vt supra in præfat. num. 24. quæ quidem ratio viget etiam in Doctore qui sit minor. Nec obstat quod cum sit Doctor, & per consequẽs præsumatur doctus, atque adeo perspicax, vt decipi minimè valeat, quia litteratura (vt ita dicam) ac Doctoratus, ætatis defectum non supplet, ideo dicitur necessarium decretum in omni contractu quem celebrat.

45 Præterea, † minor potest alienationi sine decreto factæ, etiam inuitis emptoribus stare, & si placet etiam reuocare, ob defectum solemnitatis, vt per Tiraquell. de vtroque retractu, de retract. conuent. tit. 2. nu. 150. in fi. Non debet igitur minor per Doctoratus dignitatẽ, priuilegiũ istud decreti amittere, quia cum omnia, tã Doctoratus, quàm interuentus decreti, sint in eius fauorem inducta, non debent in eius odium retorqueri. arg. l. quod fauore, C. de legibus. concesso tamen quod per consecutionem Doctoratus minor legitimæ iudicetur ætatis, non debet tamen iudicari in his quæ tẽdunt in eius detrimentũ, arg. eius quod dicitur de episcopo, qui licet per episcopalem dignitatẽ eximatur a patria potestate, Auth. sed episcopalis dignitas, & Auth. presbyteros, C. de episc. & cler. Id tamen procedit,

quatenus patria potestas est contra eũ, secus si est fauor filij episcopi, quia tunc durat in patris potestate, vt sensit Accursin l.si ex causa, §. Papinianus, & ibi Bart. ff. de minoribus. Iasi in l. patre furioso, num. 48. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, & in l. qui se patris, nu. 18. C. vnde vi. ita igitur dicendum in minore qui sit Doctor, quod aut Doctoratus non supplet defectus annorum, vel si supplet, debet supplere in his quæ in eius fauorẽ tendunt: Ex quibus concludi debet, minorem Doctorem non posse de suis bonis sine iudicis auctoritate disponere, præcipuè quia Doctoratus non reperitur inter legitimas caussas interponendi decretum.

46 † Si tamẽ minor qui sit Doctor omiserit aliquas allegationes, non poterit petere restitutionẽ in integrum. Bar. in l. 1. num. 3. & Salicet. num. 6. C. qui, & aduers. quos. Nicol. de Neap. in l. sed & reprobari, num. 3. ff. de excusat. tutorum, referens quod quidam Archiepiscopus Capuanus omnes Doctores redeuntes de studio examinari volebat, & quamplures reprobati fuerunt, & vellet Deus (inquit ipse) quod fieret nunc. Barth. Socin. in l. Centurio, sub nu. 1. ff. de vulg. & pupill. DD. in l. professio, C. de muner. patrim. lib. 10. Soc. iun. cons. 69. nu. 49. lib. 1. Petr. Rauen. sing. 284. & Benuen. Stracca de mercat. par. 3. num. 27. vbi id pluribus comprobat, quod tamen intelligendum est in actis Doctoreis, secus in agibilibus. & ita procedit glos. d. l. professio, vt ibidem declarat Bart. & Bologn. d. Auth. habita, num. 137.

47 Hinc Bald. d. l. professio, infert, † qđ si notarius descriptus sit in matricula notariorum, non poterit restitutionem petere, si errauit in arte notariatus, dato quod ipse sit minor. Idem in eo qui est approbatus in mercatura, scripsit Bart. in l. 1. nu. 4. C. qui, & aduers. quos. qui si positus est in matricula, nõ potest in actu mercaturæ restitutionem petere: Ideoq. prudentissimè Cardinalis de Carpo disposuit in additione quam fecit ad constitut. Marchiæ, sub rubr. 25. lib. 5. vt solemnitates, & dispositio de qua ibi locum non habeat in maiore viginti annorum mercatore, & apo-

48 thecam mercium habente. † Ex quo ipse nouiter inferri posse arbitror, quod iudex qui præcipitãter, & indebitè decretum interposuerit, debet puniri in publicatione bonorum, & dignitatis amissione, vt sensit Borg. in tract. de cõtractibus vetit. 13. combinat. vers. plus dico, in fine col. 4. referens Salicet. in l. iubemus, §. his quoque, C. de sacrosan. eccles. qui inuehitur contra iudices interponentes decretum super contractibus indebitè, quod puniuntur in publicatione bonorum, & dignitatis amissione, quos sequitur Neuizan. consil. 21. num. 10. quod si minori acciderit, non poterit restitutionem petere, ex eo quod sit minor, cum solemnitates decreti, sint solemnitates iuris, ad actus Doctoreos pertinentes, vnde nõ est restituendus minor: Nam dicendo se Doctorem, & allegando se læsum in solemnitatibus iuris ad actus Doctoreos pertinentibus, allegaret turpitudinem suam; turpe enim est patritio viro ignorare ius in quo versatur, l. 2. §. initium, ff. de orig. iur. & sic desiderium, & professio discrepant, vt rescripserũt Cæsares d. l. professio, & Bart. in l. 1. nu. 3. C. qui, & aduers. quos, &c.

INSPECTIO VII.

ETsi minor de suis bonis disponere absque iudicis decreto generaliter, & indistinctè prohibeatur, l. 1. & toto tit. ff. de rebus eorũ, & latissimeq. diximus supra in princip. Tractatus.

49 † Fructus tamen rerum immobilium absque aliquo decreto distractionem permissam esse omnes DD. admittunt. gloss. notab. in l. 1. C. si aduers. vsucap. quã ad hoc pro singulari allegant Angel. & Imol. in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebell. gloss. in l. diuortio, quæ aliàs incipit,

incipit, fructus, §.interdum, vers. reddet, ff. sol. matrim. Azo in Sum. C. de præd. minorum, in fine, Bald. tit. de pace Constant. c. 1. in fi. col. 10. vers. quid de fructibus. & ibidem Iacob. Aluaro. vers. si verò pacis, col. fin. Ang. in l. procurator totarum, ff. de procurat. & in l. 1. ff. solut. matrim. Pinell. in l. 1. par. 2. sub num. 43. C. de bon. matern. Nicol. Vigel. ff. lib. 18. par. 2. cap. 6. reg. 1. except. 20. Alex. cons. 49. num. 4. maturè ponderatis, lib. 1. Dec. cons. 472. testatori, num. 5. Tiraquell. qui alios congerit, de vtroque retract. de retractu linagier, §. 1. glos. 7. num. 52. Constantinus Harmonopol. in Promptuario iuris ciuilis, lib. 5. tit. 11. de alienatione, versic. iam ergo. Ant. Gomez. de cōtractibus, cap. 14. num. 13. Petr. de Vnzol. in practica artis notariat. in rubr. ex tribus cō sistunt cōtractus, num. 5. Iodoc. Damhouder. in pupillorum patrocinio, tit. de tutorum, & curatorū munere, cap. 10. num. 24. & Guglielm. Redoan. in tract. de alienat. rerum ecclesiasticarū, in rubr. de rerum ecclesiasticarū alien. fol. 58. num. 25. Idq. apertissimè lege, & ratione probatur. Lege, in l. vlt. §. fin. C. de administrat. tutorum. Ratione verò, quia regulariter res quæ seruando seruari nequeunt, sine solemnitatibus alienari valent. l. lex quæ tutores, C. de administrat. tut. gloss. in c. Abbatibus, 12. q. 2. & habetur in c. 1. ne sede

50 vacan. † Cū fructus iuris præsumptione, non censeantur posse triennio conseruari, secundum gloss. in l. 1. C. si aduers. vsucap. Felin. in c. vlt. sub num. 3. vers. quæ autem, de accusat. Alexan. d. cons. 49. num. 4. d. l. lex quæ tutores, &

51 l. vlt. C. quādo decr. opus nō est. † Propriè autem ille dicūtur res quæ seruando seruari nequeunt, quæ in naturali sua bonitate non possunt vltra triennium seruari, quin tempore corrumpātur, vt sunt vinum, frumentum, oleū, & similia. gloss. in l. 1. C. si aduers. vsucap. & in l. diuortio, §. interdum, ff. sol. matrim. Ias. in l. 1. §. tuit quæsitum, num. 33. & ibi Ripa, num. 18. ff. ad Trebell. Ant. Gomez. de contract. cap. 14. n. 13.

52 † Item vestimēta in quibus est præsumptio, quod vltra triennium nō possint conseruari, licet de facto quandoque aliud contingat. gl. in d. l. 1. vbi etiā Bald. & Ias. d. nu. 33. vbi alios adducit.

53 † Ampliatur vt nō solum possit minoris tutor fructus sine decreto alienare, sed cogatur, alioquin periculum ad eum spectaret, si cessauerit in distractione earum rerum quæ tempore depereunt. l. tutor qui repertorium, §. 1. ff. de administ. tut. & Accurs. in l. vltim. §. fin. C. eod.

54 Ampliatur Secundò, † vt etiā si prohibita esset omnis alienatio, distrahi nihilominus possint dicta bona quæ cōseruari nequeunt, vt voluit gl. vlt. in c. 1. de cler. ægrot. in 6. Et generaliter nō solum fructus, sed pecunia destinata ad expendendum, vinum, oleum, frumentum, ac omnes denique res quę seruari minimè valent, poterūt per minorem, seu eius tutorem, aut curatorē sine decreto alienari. glos. in l. ait prætor, in fi. ff. de iure delib. Pinell. d. l. 1. par. 2. n. 42. vers. & proximis. Roder. Suarez. tit. de las arras, nu. 61. & seq. versic. sed vtrum minor. & Boer. dec. 209. n. 4. Caueturq. id expressim d. l. lex quæ tutores.

55 Et hinc est, † quod licet res litigiosa, & sequestrata non possit regulariter alienari, si tamen commodè retineri nequit, debet alienari, & pretiū apud sequestrum poni, vt not. Bart. & Bald. in l. si oleū, per illum tex. ff. de dolo, l. propter, & ibi Bald. ff. depositi. Hinc etiam est, quod qui vendidit res perituras, nō dicitur hæreditatem adire, l. pro hærede, §. seruos, ff. de acquiren. hæred. facit gloss. in c. is cui, de elect. in 6.

56 Declaratur modò id, † vt procedat in fructibus iā perceptis quę seruando seruari nequeūt, secus si minor vellet omnes fructus annuosq. reditus, quos per-

57 petuò percepturus est, alienare. † Nā tunc annui reditus inter immobilia cōnumerantur, ideo non possunt sine

decreto distrahi. Clement. exiui de Paradiso, de verbor. signific. & §. pen. vbi gl. in verbo (reditus,) Auth. vt qui oblig. se hab. perhib. glos. in l. iubemus, in verbo, annonas, C. de sacrosanct. eccl. Bar. in l. vlt. num. 1. C. de vendend. rebus ciuit. libro 10. Paris. optimè id declarans cons. 53. num. 15. & consil. 85. num. 10. lib. 3. Nicol. Bellon. cons. 23. nu. 10. Rolan. a Valle cons. 54. num. 9. lib. 2. & nouissimè Iacob. Menoch. cons. 29. num. 16. lib. 1. Hippol. Marsil. in tractatu bānitorum, in verbo, bona, num. 71. Iacobus Nouell. in tractatu de iure cōgnui, §. 1. num. 3. & seq. & §. 2. num. 108. & seq. Ant. Gabr. latissimè lib. 6. suarum conclus. tit. de verbor. signific. conclus. 8. & copiosè Tiraq. in trac. de retractu consanguinit. §. 1. glos. 6. num. 3.

INSPECTIO VIII.

58 QVOD possessio † alicuius rei immobilis possit a minore sine decreto distrahi, passim concludunt Scribentes. glos. in l. 2. §. si a pupillo, ff. pro emptore. & ibi Bart. sub nu. 3. & Imola num. 7. Iacob. de Aren. Nicol. de Neap. Bald. & Alberic. in l. magis puto, in prin. Salicet. in l. vlt. C. de fideiuss. minorum. Alex. in l. possessionem, nu. 3. ff. de acquir. poss. Ias. in l. 1. §. si vir vxori, num. 14. ff. eod. Carol. Cottus in glo. in verbo introire, l. 2. tit. de prohib. alienat. minorum, in l. Longobardorum. Tiraquell. de legibus connub. gloss. 5. numero 161. & expressius num. 170. & pro singulari tradidit Petr. de Rauen. singul. 542. incip. tu scis. & hæc est * communis * opinio, vt testatur Hippolyt. Riminald. infra pro contraria opinione citandus. Et pro ista sententia plura adducuntur. Et primò, qui possessionem dumtaxat amittit, non alienat. l. item si res, §. sunt & alia, ff. de alienat. iudic. mutan. causa facta. & l. non alienat, ff. de regul. iur. Ergo poterit simplex, & nuda possessio sine decreto in alium transferri. Respondetur per Doctor. ibidem, quod id procedit accipiendo alienationē propriè, & strictè, secus si largè accipiatur. Sed minori omnis alienationis species est prohibita, non tantum propria, sed etiam impropria, ac improprijssima, vt dixi supra libro primo, in princip. numero 13. meritò. Vel etiam respondeas, non alienat, vt scilicet teneatur dicto de quo ibi, vt declarant Doctor. ibidem. Secundò facit, Quia alienatio possessionis minoris est præiudicij, quàm vbi agitur de dominio, & proprietate, vt videtur probari in l. possessionem, ff. de acquir. possess. Bart. in l. admonendi, col. penult. versic. sed est aduertendum, ff. de iureiur. Matthesil. notab. 3. nota quod in iudicijs. & Dec. qui alios adducit c. de appellationibus, in fine, de appellat. Potest facilè responderi, quod immò possessionis alienatio sit maximi præiudicij, cum per possessionē perueniatur ad acquisitionem dominij, Inst. de vsucap. in fine princ. Sed in translatione dominij exigitur decretum, vt notiss. est, ergo & in alienatione possessionis, per quam ad dominium peruenitur. argum. l. oratio, ff. de sponsalibus. Tertiò & vltimò (cæteris omissis) plurimum facit l. possessionem, ff. de acquir. possess. inducendo a contrario sensu. Verum his, & similibus quæ adduci possent, facilis est responsio, quod scilicet non possit ibi sumi argumentum a sensu contrario, quia legum resultaret contrarietas, vel correctio, l. 2. C. de condit. insert. & l. conuenticulam, C. de episcop. & cleric. & Riminald. ad id plura congerens, §. 2. num. 20. Inst. quibus alien. licet, vel non. Replicari tamen posset, quod immò nulla ex hoc sequatur correctio, cum nulla sit lex, quæ prohibeat possessionem dumtaxat alienari, & propterea Nicol. de Neap. in loco supra relato, mouetur ea ratione; quia in oratione Diui Seueri in qua prohibetur rerum minorum alienatio, nihil dicitur de possessione. Verum si id diceremus,

ceremus, certè sequeretur correctio, vt clariss. ostendam in contraria opinione. Vel etiam respondeas, quod licet in d.l. possessionem, dicatur possessionem posse distrahi a minore cum tutore, non propterea excluditur decretũ, sed subintelligitur, præsupponendo terminos habiles. arg. l. qui testamento, ff. de testam. & multoties in iure in re minoris licet fiat mentio de tutore duntaxat, semper subintelligitur decretũ, ad quod plura possem exempla referre, sed pro nunc vnum sufficiat in l. 1. in princip. ff. quæ res pign. oblig. non poss. dicitur, quod pupillus sine tutoris auctoritate hypothecam dare non potest, & tamen subintelligit ibi glos. neque etiam cum tutore, sine iudicis decreto, ita & in casu nostro. Si tamen pupillus alienat aliquid sine iudicis decreto, cum sola tutoris auctoritate trãsfert possessionem in ipsum emptorem, vt dictum fuit supra lib. 1. tit. 1. numero 56. in fi.

59 † Contraria igitur est opinio, quam tenuit Bart. parum sibi constans in repetit. l. creditores, in prima quæst. princip. sub num. 5. C. de pignor. videturq. id sensisse Angel. in l. is cui bonis, ff. de verb. obligat. prout refert Tiraquell. de legibus connub. glo. 5. numero 60. Hippolit. Riminald. Instit. quibus alien. licet, vel non §. 2. num. 18. cum seq. hanc opinionem egregiè defendens, quam ipse tamquam verissimam iuriq. consonam, ac minoribus fauorabilem sequendam censeo. Et nota, quod posset saluari Bartol. a contrarietate: Nam cum in d.l. creditores, hanc sententiam firmauerit, respondens ad contraria, apparet eam verissimam iudicasse. sed d.l. 2. §. si a pupillo, vbi videtur contrarium tenere, perfunctoriè, & transitoriè loquitur, id non examinans, sed vnico tantum verbo refert, subdens postea id diuinationem continere.

Tria potissimum pro hac opinione adducuntur. Primò, prohibita alienatione, censetur prohibita etiam pignoris obligatio, l. vlt. C. de rebus alien. nõ alien. & in terminis minorum tradidimus supra libro 2. titul. 5. inspect. 3. Sed dicit Bald. in cap. primo, §. præterea, de caricor. in vsibus feud. quod licet pignoris obligatio non sit propriè alienatio, saltem respectu possessionis dicitur alienatio, meritò. Secundò facit quod per possessionem peruenitur ad acquisitionem dominij. Instit. de vsucap. in fine princip. ergo non debet minor ius istud quod habet, posse sine decreto alienare, cum quodlibet ius sit prohibitus alienare minor. l. sed si pecunia, §. si ius, ff. de rebus eorum. Tertiò, & vltimò adducitur optimus verborum contextus in l. magis puto, §. 1. & ibi etiam gloss. ff. de rebus eorum. vbi habetur, quod tutores non possunt alienare fundum alienum bona fide possessum, absque decreto; quem textum ad hoc reputat singularem Aret. in l. 1. §. si vir vxori, colum. 2. in fine, ff. de acquir. possess. Cum etenim ibi fundus esset alienus, patet quod dominiũ non erat penès pupillum, sed solum possessio, & tamẽ dicta alienatio respectu possessionis solius facta, sine decreto non valet. ita vrgentissimè quidem sententiam istam firmauit Riminald. d. §. 2. sub num. 19. & ante eum videntur d. §. ad id ponderasse Bar. d.l. creditores, & Tiraq. de legibus connub. d. gl. 5. nu. 70. Et per d. §. cuius perdifficilis est solutio, puto omninò concludendum esse cõtra communem, quod minor nec etiam simplicem, & nudam possessionem absque iudicis auctoritate distrahere valeat.

60 † Quod autem minor nequeat fundum, seu aliam rem a se bona fide possessam, sine iudicis decreto alienare, vltra auctoritatem Vlpiani d.l. magis puto, §. 1. id ibidẽ firmarunt Accurs. Bart. Bal. & cæteri gl. in l. cum emancipatis, C. de præd. minorũ. Ias. in l. mandata, nu. 5. ff. de offi. eius, & in Auth. sacr. puberũ, n. 27. C. si aduer. vẽd. vbi et Frãc.

Curt.

Curt.in repetit. num. 15. Azo in Summa,C.de præd. minorum, sub num. 1. Rofred.in tracta. de libellis, par.7.de S. C. Clementiano,nu.3.in fine. Tiraquell.de retractu linagier, §.1.numer. 17. Ferand. Vasq.de success.creat.tit.de testam.pot.§. 10. nu. 72. ampl. 10.lib. 1. & Menoch. de arbitrar. iudic. cent. 2.casu 171.num.59.lib.2.Cuius decisionis ea est ratio: quia pupillus est quasi dominus, cum habeat publicianam.l. 1.ff.de public. & d.l. magis puto, §.1. vbi etiam glo.& Vasq. d.num.72.Præterea, donec euincatur, pupilli fundus dicitur,vt considerat glo.d.§.1.& Menoch.d.casu 171.num.59.

Ex quo idem Vasq. d.nu. 72.infert,
61 † quod quemadmodum contractus factus a minore de rebus proprijs,redditur inexpugnabilis, ratione iuramenti. d. Authen. sacramẽta puberum. idem fit in contractu facto a minore, de re q̃ bona fide possidet, vt etiã tunc reddatur inexpugnabilis ratione iuramenti.
62 †Ampliatur conclusio principalis,vt procedat nedum quando minor possidet rem alienam bona fide,cum titulo, sed etiam quando possidet bona fide,& sine titulo. Accurs. d.l.magis puto,§.1.in glos.magna, & Vasq. d.§.10. extens.11.num.11.dictam glos.singularem appellans: Non poterit igitur sola possessio per minorẽ sine decreto alienari, cum fundus a minore bona fide possessus, in quo possessionem duntaxat habet, alienari nequeat.

INSPECTIO IX.

63 LICET repudiatio † videatur alienationem sapere, eam nihilominus posse per minorem sine iudicis decreto fieri, passim concludunt Scribentes. Bart.in l.tutor,circa princip.ff.de bonorum poss.Ias.in l.vlt.numero 49. ff.de constitu.Princip.Felin.cap.2 col. 5.ver.ad idem,quod not.extra de constitut.Federic.de Sen.consil.9. Barbat. consil. 1.colum.11.ver.adducere poterat,volum.3.Castr.cons.171.sub num. 2.in casu præsenti, in antiquis, consil. 11.lib.2.Corn.cons.11.nu.2.lib.3.Roman.cons.174.visis. Imola cons. 74.in casu.Ludouic. Gozadin.cons.26.num. 15.Laurent. Siluan.cons. 25.num. 32. & seq.Roland.a Valle cons.15.numer. 29.cum seq.lib.primo.& Curt.iun.cõs. 120.sub num.7. præsupponitur in facto,par.2.& in tract. feudi, par.2.q.2. car.10.versic. secundò pro eadem opinione.Fabia.de Mon.in tract.de emp. & vendit.22.& vlt.quæst.4.quæst.princip. num. 15.& Menoch. de arbitrar. iudic.cent.2.casu 171.num.52.lib.2.
64 † Hinc Ias.in l.mandata, nu.7. ff.de offic.eius,scripsit fideicommissum de re immobili relictum minori sub conditione, posse per eum sine decreto remitti.l.de fideicommisso, in fine, C.de transact. & ibidem Bal. inquiens rarò alibi istud reperiri in iure.

Hinc Castr. d.cons.171. sub num.2.
65 inquit,† quod etsi minor vigintiquinque annorum non possit immobilia distrahere sine iudicis decreto,l.1.& toto tit.ff.de rebus eorum, si extraneus recipiat donationem de re immobili eius nomine, posset illam non ratificare,& repudiare, meroq. iure valeret repudiatio sine decreto, si non haberet curatorem; si autem haberet, secus esset. & Castr. refert, & sequitur Vbertin. Zuccard.in repetit.rub. C.de pact. nu. 119.& Cæsar Lamber. in tract.de iure patronat.art.9.2.q.prin.num.20.lib.3.
66 Et hinc etiam est,† quod potest mulier repudiare donationem sibi factã, nondum acceptatam,omissa solemnitate statuti, loquentis de alienationibus mulierum, quia debet intelligi vbi ius est quæsitum in re. Felin. cap.2. sub nu.6.vers. pro ista limitatione, de constitut.& Ioan.de Arno.in suis dialogis, dialogo 11.
67 †Item mulier sine consensu consanguineorum potest repudiare, nondum agnitam hæreditatem, vt per Castren. d.cons.171.& Tiraquel.latè,de legibus connu-

connubialib. glos. 3. num. 28. ita etiam prælatum posse hæreditatem, nōdum agnitam repudiare, scripsit Roland. a Valle cons. 15. numer. 32. cum seq. lib. primo. quem sequitur Menoch. d. casu 171. num. 52. vnde concludendum est, quod minor possit sine decreto repudiare: Nec obstat in proposito textus qui multum prima facie videtur vrgere, in l. magis puto, §. fundum, ff. de rebus corū, ibi, (esse enim & hanc alienationem.) Si igitur repudiatio est alienatio, vt non obscurè decidit Vlpian. d. §. fundum, nemo ambigit eam sine decreto fieri non posse. l. 1. & toto ti. ff. de rebus eorum. expressimq. cauetur d. §.
68 fundum, † vbi minor fundum sibi legatum sine iudicis auctoritate repudiare non potest. per quem textum id firmauit Capic. decis. 18. num. 13. Cæsar Lambertin. in tracta. de iure patronat. artic. 9. 2. quæst. princip. 3. libri, in prin. & sub num. 15. ver. nec obstat d. §. fundum, circa cuius intellectum latè insistit. Gugliel. Redoan. in tracta. de alienat. rerum ecclesiasticarum, fol. 14. nu. 1. 2. & seq. & Enerard. in loco a pupil-
69 lo ad eccl. num. 2. † Quippè respondetur, quod non solum prohibetur minor alienare, & diminuere patrimonium, sed etiam omittere, renunciare, & desinere acquirere bona, ad quæ habet ius plenum, & efficax acquirendi, fauore minoris ætatis; vnde meritò non potest repudiare legatum sibi relictum sine decreto. & ita d. §. fundum, in proposito declarat Anto. Gomez. de contractibus, cap. 14. nu. 14. ver. sed omissis alijs. & Cæsar Lambertin. in præcitato loco, sub nu. 21. ver. quinta sit conclusio. Vel melius respondeas, quod d. §. fundum, loquitur in legato, quod acquiritur ignoranti, licet reuocabiliter, & transit directa via in legatarium. l. a Titio, ff. de furt. & l. cum pater, §. surdo, ff. de leg. 2. & declarat Augustin. Bero. cap. 1. num. 107. de in integr. restit. vbi aliter intelligit d. §. fundū. Secus verò est in repudiatione donationis, vel alterius rei nondum acquisitæ, cū neque etiam reuocabiliter acquiratur nisi sciēti, & consentienti, vt clarè colligitur ex
70 ratione d. §. fundum. † Facilius namq. toleratur remissio eius quod nondum est acquisitum, quàm alicuius proprij, & iam acquisiti. arg. l. qui autem, in princip. ff. de his quæ in fraud. credit. idq. quamplurimis dictis egregijs latè exornat Cæsar Lambertin. loco mox supra relato, num. 7. cum seq. aliudq. est alienare quod suum est, aliud verò non acquirere, l. si sponsus, §. si maritus, ff. de donat. inter vir. & vxor. Facit l. alienationis verbo, §. per occasionem, ff. de verb. significat. l. vlt. C. de codicil. & l. non fraudantur, vbi Dec. latè, ff. de reg. iur. & Cardinalis Alban. multa ad id adducens similia in lucubrat. in Bar. ad d. §. fundum. & ita passim concludunt Scribentes in repudiationis proposito, quorum dicta apud me nequaquam sunt tuta: Ideo si vltra Scribentes omnes duos casus constituendos esse duxi; quorum primus erit, quando minor fideicommisso, vel alteri rei renunciat simpliciter absque eo qđ mutua & vicissitudinaria sit renunciatio, vel aliquid aliud lucretur; & isto casu cōcludas renunciationē non valere, cū hmōi renunciatio sine aliqua causa facta, sit donatio, quæ minori prohibita est, ēt cum decreto, vt dictum est supra lib. 1. ti. 2. inspect. 1. Idq. cōfirmatur ex simili tradito in d. inspect. 1. nu. 9. quod minor non possit renunciare exceptionibus peremptorijs, vel declinatorijs, cum exceptionibus renunciare, donare sit: Probaturq. id non obscurè in d. l. de fideicommisso a contrario sensu, dū ibi denegatur restitutio ob mutuam, & vicissitudinariam remissionem, quę cū prædicto casu cesset, & læsionis, ac etiā nullitatis remedium competere deber.

Secundus principalis casus est, cū minor fideicommisso vel alteri rei renunciaret ex causa aliqua, commodum aliquod ex ipsa renunciatione reportando; & isto casu non restituitur minor aduer-

aduersus mutuam, & vicissitudinariã fideicommissi, vel alterius rei remissionem, cum ex hoc non dicatur circumuentus, propter dubium euentum, licèt postea ex euentu lucrum fideicommissi amiserit, vt clarè deciditur d.l. de fideicommisso, cuius ea adfertur ratio, quod causa restitutionis non in euentu punitur, sed a principio contractus debet inesse, vt considerat ibidem Bald. quam decisionem approbant Bart. d.l. de fideicommisso, dicens eam pulchrã, & notabilem, & Bald. notatu dignam, & alibi singularem. & Tiraq. pluribus id comprobans in repetit. l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, nu. 128.

Intelligas tamen dicto casu cessare restitutionem in integrum, non tamen tolli defectum nullitatis, si renunciatio sine decreto fiat. Duo siquidem possũt considerari defectus, vnus læsionis, nullitatis alter, de qua quidem nullitate ob defectum decreti nulla habetur mẽtio in d.l. de fideicommisso, sed de læsione duntaxat, vt colligitur ibi ex illis verbis (& non potes eo casu restitui, tanquam circumuentus sis.) non tamen aliud nullitatis caput excluditur, & in his terminis intelligi forsan posset, qđ in contrarium firmat Feder. Scoti responso 1. tom. 2. sub num. 110. & seq. & respon. 21. sub nu. 125. tit. 1. lib. 6. dum tenet, minorem non posse renunciare fideicommisso etiam reciproco. & ita nouissimè intelligendo, & declarando melius sensit Federic. quam Bal. & Ias. contrarium sentientes.

Declaratur secundò iste casus, quando attento verisimili euentu futuro, magis esset verisimile, quod in fauorem vnius deberet euenire casus fideicommissi, quia tunc etiam si interuenisset decretum iudicis, tanquam læsus posset restitui, secundum Comen. cons. 114. incipien. Ant. in secundo dubio, relatum per Pau. Paris. in addi. ad Bart. in d.l. de fideicõmisso, cuius ratio in proposito cessat, cum a principio cõtractus interueniat læsio. Confirmaturq. id ex eo, quod decretum nõ facit cessare restitutionem in integrum, vt conclusum fuit lib. 3. tit. 7. inspect. 1. & hæc omnia perpetuò notabis, cum sint pulchra, & quotidiana, hactenus a nemine considerata.

71 †Cum igitur minor possit sine decreto repudiare, vt iam vidimus, an etiam ipse, vel eius tutor possit restituere legatum, vel fideicommissum alicui relictum a pupillo herede instituto absque iudicis decreto, dispiciamus, qua in re distinguendum est, quod aut testator rem suam legauit, aut rem ipsius pupilli. Primò casu, potest tutor sine iudicis auctoritate restituere legatum ei cui relictũ est, vt probat expressim textus in d.l. magis puto, §. si fundus legatus, in prima sui par. quem allegat glo. in l. 1. §. 1. ff. eod. & ratio est, quia isto casu cessat oratio, vt dicit ibi textus. Nam fundus legatus efficitur legatarij a morte defuncti, l. a Titio, ff. de furt. cum similibus. & sic cessat oratio quæ loquitur de rebus pupillorum, cum d. res nũquam fuerit in dominio pupilli. Præterea, si res in qua minor est institutus, & cuius est factus dominus per aditionẽ, potest alienari sine decreto ex permissione defuncti. argum. l. 1. §. primo, ff. de rebus eorum. & l. 1. in fine, C. quando decr. opus non est. Ergo multo magis poterit res legata a pupillo instituto solui legatario sine decreto, cum illius rei legatæ numquam pupillus fuerit effectus dominus, per quæ ita sensit Ferand. Vasq. de success. creat. tit. de testam. potent. §. 10. num. 75. lib. 1.

Secundò verò casu quando testator legat rem ipsius pupilli, non potest tutor dictam rem restituere sine iudicis decreto: Nam cum fundus sit minoris, vẽdicat sibi locum oratio Seueri; ideo requiritur decretum ipsius iudicis, qui debet diligenter considerare, an minori expediat d. fundum legatum præstari, & præhabita diligenti causæ cognitione, quod minori vtilius esse existimauerit, decernere, d. §. si fundus legatus, in

tus,in secunda par. Ex quo notant Bar. & Bald. quod rei hæredis legatæ, non transit ipso iure dominium in legatarium,contra l.a Titio,ff.de furt.& contra glos.in l.2.C.com.de leg.

INSPECTIO X.

TACITI, & expressi, regulariter idem est iudicium,l.cum quid,ff.si cer.pet.plus tamen quandoque operatur tacitum, quàm expressum, ad not. in l.vlt.C.de repud.hæredit. & in proposito nostro, alienatio quæ expressim per pupillũ sine decreto celebrari ne-
72 quit,tacitè tamen ei permittitur.†Ideo alienatio quæ prouenit ex negligentia, valida censeri debet, etiam si nullum interfuerit decretum, vt voluit Bald.in l.sed si pecunia,§.si ius,versic.an ergo, ff.de rebus eorum. Roman.cons.199. num.13.in fine,præsens statuti particula. Fabian.de Mon.in tracta.de empt. & vendit.5.quæst.princip. tit.de solemnitat.in alien. minorum rebus, numero 98.versic.item,& tertiò.& ita re vera concludendum est secundum vnum
73 intellectum glos. d.vers.an ergo. † Et pro hoc facit quod scribit Salicet. in l. præses, num.2.C.de transact. quod licet procurator habeat generalem, & liberam facultatem transigendi,nõ intelligitur tamen ei data potestas, vt de debito liquido transigere possit, quod ipse intelligit in expressa transactione, & remissione,secus in tacita quæ prouenit ex negligentia. Item facit quod dixit Cæsar Lambert.in tract.de iure patronat.9.ar.2.q.princ.lib.3.nu.20.ver. tertia sit conclusio.
74 †Contrarium tamen ipse de iure verius esse cẽseo,ex communi regula quæ habet,non licere minori alienationem sine decreto celebrare,vt latissimè ostẽdimus supra lib.1.tit.1.in princ.& cum non reperiatur iure cautum id limitari ex causa negligentiæ,standum est regulæ.Et parum quidem vrget d.l.sed si pecunia,§.si ius, vers.an ergo.cum remissio, seu alienatio vsusfructus, de qua ibi,fuerit omninò inualida, vt sẽsit ibidem glos. quam fuit secutus Nicol. de Neap. dumq. in textu ibi dicitur, (Et manifestum est restaurari debere.)debet intelligi, quatenus de facto exiuit de bonis eius,vt ibidem dicit glos.quæ licet plures intellectus retulerit, huic tamen standum est, tamquam posteriori,iuxta tradita per Ias.in l.pacta nouissima,num.2.vers.quartodecimo,C.de pact. cum cõcordantibus per eum adductis;alioquin si vera esset superior sẽtentia,adinuẽta esset via qua facilè minores deciperentur,contra l.magis puto,§.si pupillus,ff.de rebus eorum. Vel verius dicas,quod præsens hæc dubitatio reducenda sit ad terminos tituli,C. si maior fact.alienat.sine decr.factam rat.hab.de quo dicam latissimè tit. vlt. per totum.

INSPECTIO XI.

75 INTER specialia multa,†quæ redẽptioni captiuorum tribuuntur,est & illud, vt minor valeat dicta de causa immobilia absque decreto distrahere. Angel.in §. si vnum, per illum textum, Auth. vt cum de appellatione cognos. Roman.cons.316.num.2.& seq.quem refert,& sequitur Nic.Boer.cons.1.nu. 22.Tiraq. de legib. connubial. glos. 8. num.282.& seq.Bertach.in suo repertorio,in verbo, Alienatio, vers.70.Bal. Nouell.in tracta.de dote,p.6.priuileg. 63.& Io.Lopez in repeti.c. per vestras, ampliat.5.num.1.cum seq.Idq. clarissimè secũdum istos probatur d.§. si vnũ, ver.hanc autem pœnam; dum ibi dicitur,Quoniã in prædictis omnibus quæ pro captiuorum redemptione data,vel expensa probabuntur, contractus huiusmodi tamquam a persona suæ potestatis, & legitimæ etatis factos, firmos esse decernimus. Secundò facit,quod voluit Bald. cons.5. considerata causa, lib.5.quod scilicet vxor possit se obligare pro redemptione mariti captiui, licet hu-

cet huiusmodi obligationes quæ pro maritis fiunt, magis prohibeantur, quã pro cæteris. Auth. si qua mulier, C. ad S.C. Macedon. Tertiò videtur id manifestè probari ex Auth. si captiui, C. de episcop. & cleric. vbi in hac redemptionis captiuorum causa, minores pro maioribus 25. ann. accipiuntur.

76 † Ampliatur, vt non solum possit minor dicta de causa sine decreto distrahere, sed si id facere neglexerit, incidat in pœnam priuationis hereditatis, iuxta dispositionem d. §. si vnum, vers. hãc autem pœnam, & d. Auth. si captiui. Et quod mirabilius est, non restituitur in integrum, secundum Salice. in l. 1. in fine, C. de filiofam. minore. & Bald. Nouell. d. priuileg. 63.

77 † Ex quo colligitur, quod vbicumque lex, vel statutum procedit limitando ætatem, putà abbreuiando ætatem 25. annorum, tunc cessat restitutio in integrum, sicut è contra, quãdo lex, vel statutum elongaret ætatem 25. anno. tunc etiam vltra illud tempus daretur restitutio, textus notab. in l. vlt. C. de repud. hæred.

78 † Ampliatur Secundò, quod dictum est de redemptione captiuorum, vt procedat etiam in redemptione carcerum, vel alia simili seruitute, ex his quæ not. Salicet. d. l. 1. in fine, & Bald. Nouell. d. priuilegio 63. Quod sanè intelligendum est, in his qui octauum & decimum suę ætatis annum impleuerint, d. Auth. si captiui, & d. §. hanc autem pœnam.

79 † Ipse verò contrariam sententiam veriorem arbitror, ea motus ratione, ne duo circa idem specialia concurrãt, cõtra not. in l. 1. C. de dot. promiss. quippè, quod minori dicta de causa sit permissa distractio, & quod ea sine decreto fiat. Nec obstat id quod dicitur d. §. si vnum, ver. hanc autem pœnam, quia debet intelligi, quod iudicentur legitimæ ætatis, ad hoc vt alienare possint, & quod is qui ex captiuitate redijt, necessitatem habeat prædictos cõtractus ratos habere, vt colligitur ex textu ibi, (Necessitatem scilicet.) exponendo in quo tamquam maiores iudicentur; nõ autẽ dicitur ibi, quod possint sine decreto alienare. Videmus etenim quod licet minor veniam ætatis impetrauerit, & sic legitimæ iudicetur ætatis, immobilia tamen sine iudicis decreto distrahere nequit, vt cauetur expressim in l. omnes, & in l. eos, C. de his qui ven. ætat. impetr. ita igitur dicendum in proposito, quod fauore liberationis minor 25. anno. maior verò 18. legitimę iudicetur ætatis, quantum ad hoc vt possit immobilia alienare; sed quod id sine decreto possit, non admitterem ipse: & fauor liberationis deseruiet loco causæ, non etiam loco decreti, vt dicemus inspect. seq. Vnde ex his omnibus concludendũ est, quod minor non possit sine decreto alienare causa redimendi quem a captiuitate, vel carcere, sed dictus fauor dumtaxat deseruiet loco causę, vt illa iudicetur iusta causa interponendi decretum. Et ex his respondetur etiam ad alia supra pro contraria opinione adducta.

INSPECTIO XII.

80 QVAMPLVRA sunt inducta specialia ex eo, † quod res tempore perirent, & deteriores redderentur, prout exornant Ias. & Ripa in l. cum res, ff. de dam. infec. Propterea putarũt

81 nonnulli, † quod molendina quæ stãt in periculo aquarum, valeant per minorem absque decreto distrahi, cuius dicti, vt vera habeatur resolutio, duo sunt distinguendi casus.

PRIMVS est, quãdo sunt quædam molendina, quę ad instar nauium super flumine meant, ac ambulãt, cuiusmodi multa sunt (secundum Tiraquel. infra citandum) in Ligeri flumine, in Pado, & in Tiberi, vt testatur Castr. in l. fluminum, in princip. circa medium, ff. de damno infec. quo casu cum ea rebus mobilibus aggregari soleant, valent

lent sine decreto, vel alia solemnitate distrahi, iuxta ea quæ habentur in l.lex quæ tutores, C. de admin.tut. ita post Rip. in l. quod minus, num. 126.ff.de fluminibus, concludit Tiraq. de retractu linag.§.1.glos.7.num.92.

SECVNDVS est casus, quando sūt molendina solo coherentia, quæ cum sint posita in flumine quotidie deteriorantur, & per impetum aquarum sunt in periculo totalis destructionis; & etiā isto casu concludi debet, ea posse sine decreto alienari, cuius opinionis auriga fuit Angel.in l.non solum, ff.de petit. hæredit. inquiens id menti tenendum; & ibidem Fulgos. id comendat. Ripa d.l.quo minus, num.126.in fi.Io. Lopez.in cap.per vestras, §.18.numero 4.de donat. inter vir. & vxor. Fabian. de Mon.in tract.de empt.& vend.4.q. princip.sub num.20.vers.nonò quæro. Rub.Alexand.cons.138.num.3.vbi id extollit, inquiens neminem contradicere. Tiraq.de retract. linagier, §.1.gl. 7.sub num.92. & Redoan. de alienat. rerum ecclesiasticarum, fol.34.numer. 14. Pro qua opinione facit optimus verborum contextus in l.verum, §. si locupleti, ff.de minor.per quem Pet. de Rauen.sing.277. tradidit, quod si minor emat molēdinum, quod est subiectum impetui aquarum, restitui potest.

82 † Item licet pater aduentitia filiorū distrahere prohibeatur, molendina tamen, seu alia quæ tempore pereunt, poterit alienare, quasi tunc alienandi causa sit necessaria, l.Aristo, ff.de iure delib.& latè Pinell.post alios quos congerit, l.1.par.3.num.26.& seq.C.de bon. mater. Prædictorumq. ratio est, quia ea quę sunt in periculo diluuionis aquarum, computantur inter mobilia, æquiparanturq. rebus quę seruari nequeūt, secundum Rub.d.cōs.138. & Bertach. in reper. vers. bonorum immobilium, circa finem. Ideoq. sine decreto distrahi valent.arg.l.lex quæ tutores, C. de administrat.tut.

83 † Ampliatur id, vt procedat etiam in bonis in montibus sitis, quæ cum aquis diluuantur; nam & hæc inter mobilia quæ non possint seruari computantur, secundum Bart.in l.2.num. 19.ff.solut. matr. Alexan.sub nu.3.limit.10.& Ias. sub num.2.limit.5.in l.sciendum, ff.qui satisd.cogant.

84 † Ampliatur Secundò, vt id etiam locum habeat in hortis malorum aureorum, qui sunt in periculo cōtinuo propter frigora hiemalia. Bertachin.in suo repertorio, vers.bonorum immobiliū, circa finem. quod dictum nota tu firmane, & Caetane, qui huiusmodi hortos habes, quos (licet sis minor, & re vera sint immobiles) poteris nihilominus secundum prædicta sine decreto distrahere.

85 † Ampliatur Tertiò, vt etiam bona ecclesiæ quæ inundationi, vel simili periculo sunt exposita, possint sine superioris auctoritate alienari, secundum Ang.d.l.non solum, intelligens id procedere etiam in prælato.

Et ex his, cum molendinum æquiparetur domui, etiam in statutis, & pœnalibus, secundum Alber.in l.pen.§.vl. ff. de his qui deiecer. vel effuder. & in 2.par.stat.q.35.item quæritur si ex statuto, in fi.inferri potest ad domum exēptilem, quæ solo affixa non sit, de qua loquitur Andr.Iser.& Cardin.Alexan. in cap.1.§.si vasallus, titu. hic finit lex. prout refert Tiraq.de retrac.linagier, §.1.glos.17.num.118. quæ propter pericula quibus supposita est, inter mobilia connumeratur. Facit glos.in §.cum in suo, in verbo, inędificatur, in princ. Instit.de rerum diuis. iuncto textu in l. Titius, ff.de acquir.rerum d .m. & est melior textus de iure, in l. quidam decedens, §.vsque adeo, ff.de administrat.tut.ibi (vel ne vestis, vel ne domus, vel aliæ res periculo subiectæ.) ibi enim ponitur domus inter mobi'ia. Vnde dici debet, quod ea possit sine decreto distrahi, tamquam quid mobile, periculo subiectum, l.lex quæ tutores, C.de admin. tutorum. Contrarium tamen

verius

verius arbitror, siquidem domus regulariter reputatur immobilis, nec valet a minore sine decreto distrahi. Bertachin. in suo repertorio, in verbo, domus. Dec.consi.403.colum.6.sub num.22.vers.primo. Natta cons.162. num. 10.lib.1.& Augustin.Bero.consil.182. num.4.volum.1.clarissimeq. deciditur d.l.lex quæ tutores. Nō obstat d.l.quidam decedens, §.vsque adeo, quia vel loquitur in domo quæ eximi possit,vel verius loquitur secundū tempora antiqua, secundum quæ permissum erat, vrbana prædia, mancipia, domus,atque alia quæ intra ciuitatem sunt, vendere præter prędia, & mancipia rustica, vt expressim cauit Imperator d.l. lex quæ tutores, in princip.Accursi.in l. tutelam,C.eod.& d.§. vsque adeo. nec refragatur quicquam, quod domus exemptilis,periculis obnoxia iudicetur mobilis. Namque licet reputetur mobilis, non tamen est de rebus quæ seruando seruari nequeant, cum possit in naturali sua bonitate, vltra triennium conseruari, contra naturam eorum, quæ non possunt seruando seruari,iuxta ea quæ dixi sup.titu.eod.numer.51. ideoq. necessariò exigetur decretum d.l.lex quæ tutores. & illud periculum destructionis, deseruiet loco causę, vt iudex animaduertat, an periculum tale sit,quod expediat domum vendere, vel potius periculis occurrere, non autem erit loco decreti, vt mox infra subijciam.

86 † Ex quibus ego, dum prædicti volunt, quod molendina, seu alia subiecta inundationi propè mare, vel flumen, vel simili periculo obnoxia, possint absque alio decreto alienari, minus perfectè eos locutos fuisse animaduerti: Namque licet bona sint subiecta periculo inundationis, vel simili, non ideò absque decreto alienari debent. Et periculum quod ipsi considerant, erit pro causa decreti,quę necessaria est in distractione immobilium,in quibus de necessitate requiritur decretum,etiam si talia sint,vt illis carere expediat, l. magis puto, §. si æs alienum, & l. si fundus sterilis, ff. de rebus eorū, & l.ob æs, C. de præd.minorum. & sic iusta alienandi causa nō sufficit absque iudicis decreto. Vt etiam colligitur ex l.Aristo,ff.de iure delib.& l.vlt.C.de curat.fur. quibus iuribus expressim cauetur,quod licet sit iusta alienandi causa, debet nihilominus iudicis decretū interuenire, qui rectè consideret, an causa quę dicitur iusta, verè sit iusta,& an prędictorum bonorum alienatio sit vtilis ipsi minori, & alia huiusmodi. Videmus etenim molendina,aliaq. bona etiam inundationi, & periculis obnoxia,ex communi hominum opinione, & consuetudine, vt pretiosa ęstimari, quę hominum opinio in his maximè attendi debet,l. pretia rerum,ff.ad leg. Falcid. Quibus accedat, quod ex huiusmodi bonis fructus quotānis percipimus, ac si omnino stabilia essent; ideoq. immobilia censentur, ex doctrina Baldi in proœm.feud.colum.6.ver. sed quęro quomodo, quem sequitur Tiraquell.de retractu linagier, §.1.gl. 7.nu. 121.in fine. Et hunc Doctorum errorē prius detexit Pinell. in l. 1. par. 3.num.28.versic. ego non dubito hos patres errasse.quem secutus fuit Valentin. Forster. in tracta. de success.ab intest.lib.3.conclus.3.limit.1.fol.magno 321. & in hoc cum ipsis ipse pertrāseo, & antequam eos vidissem ita sentiebā, & in alio proposito, per eamdem rationem idem firmaui supra,lib.1.tit.de donat.inspect.4.num.28.& nunc magis in eadem opinionē persisto, ob grauissimorum auctorum Pinelli, & Valentini Forster. auctoritatem.

INSPECTIO XIII.

87 EX speciali fauore dotis,†cuius causa semper,& vbique priuilegiata est, vt rescripsit Pomponius ad l. 1. in princip. ff. sol. matrim. senserunt nonnulli, quod causa dotis, vel donationis propter

propter nuptias, valeat minor sua bona absque iudicis decreto distrahere, circa quod duo sunt considerandi casus.

88 PRIMVS est, † quando constituitur dos in bonis mobilibus, quæ non possint seruando seruari, quo casu concludendum est, huiusmodi dationem validam esse, sine iudicis auctoritate, iuxta dispositionem l. lex quæ tutores, C. de admin. tutor. & ad not. ibi p Scribentes, gloss. in l. 1. C. si aduers. donat. & ibi Barto. Salic. & Castr. nu. 2. inquiẽs, quod sponsalitia largitas fieri cum soleat in rebus mobilibus, iudicis decretum non requiritur; in rebus verò immobilibus hæc sponsalitia largitas fieri non potest, etiam interueniente decreto, cum non possit subesse iusta causa illud interponendi, cum d. donatio ad maritum non redeat. Negusant. in tract. de pignoribus, par. 2. in 4. membro, nu. 74. & seq. vbi dicit, quod licet mulier non possit dare in dotem bona immobilia sine decreto iudicis, & auctoritate curatoris, tamẽ respectu aliarum rerum quæ alienari non sunt prohibitæ, poterit puella se dotare absque curatore, & decreto. l. 1. C. si aduer. dot. Ex quo infertur, quod si donatio propter nupt. vel dos constituatur in aliqua pecuniarum quantitate, valida erit constitutio, cum pecunia sit de rebus quæ seruari nequeũt. l. 1. §. fuit quęsitum, vbi DD. ff. ad Trebell. & dicam latiss. infra inspect. 16. & ita infert in datione arrharum causa matrimonij. Roderic. Suarez in l. 1. tit. de las arras, sub num. 67.

89 SECVNDVS casus est, † quando cõstituitur dos in immobilibus, vel mobilibus, quæ tamen possint seruari, & tunc contraria superiori facienda est decisio, quippè, quod dicta de causa absque decreto bona distrahi haud valeant. gl. in l. 1. C. si adner. donat. & ibi Bart. Castr. Salic. & alij. gl. Bart. Castr. cæteriq. cõmuniter in l. 1. C. si aduers. dot. & ibi addit. ad Salicet. qui dicunt id esse speciale fauore dotis. glos. in l. Titia, ff. de iure dot. Bart. in l. si constante, num. 77. ff. soluto matrim. & in l. itẽ quia, circa finem, ff. de pact. Bald. in l. 1. in 8. priuileg. dot. ff. sol. matrim. & in l. nulla, in fine, C. de iure dot. Bald. de Bartolin. in repetit. l. 1. num. 371. ff. sol. matrimon. vbi de * communi testatur. DD. communiter in l. lex quæ tutores, C. de admin. tutor. & in l. prædia, C. de præd. minorum. Io. de Imola cap. constitutus, num. 12. de in integr. restit. inquiens ob dandam dotem sorori, legitimam esse causam interponẽdi decretum. Io. Sichard. ad l. certi iuris, nu. 12. C. locati, & l. nulla, nu. 2. C. de iure dot. tomo primo. Nico. Vigel. ff. lib. 18. par. 2. c. 6. reg. 1. except. 30. Roderi. Suar. in l. 1. tit. de las arras, numer. 61. vsque ad nu. 67. vbi dicit hanc sententiam * communem esse. Paul. de Cittadin. in tract. de iure patron. in 3. par. 2. causæ, quęst. 7. num. 11. & quæst. 12. nu. 21. ver. decimum priuilegium. & Cæsar Lambert. in tract. pariter de iure patronat. artic. 3. 5. quęst. princ. 1. par. 1. libri, in princ. & articu. 8. 5. quęst. princ. 1. par. 1. libri, num. 20. Baptista de S. Blasio in tracta. de priuileg. dot. cent. 1. num. 62. Rol. a Valle in tract. de lucro dotis, q. 45. n. 2. Borgnin. Caualcan. in tracta. de tut. & curat. sub num. 157. & Menoch. de arbitr. iudic. cent. 2. casu 171. lib. 2. nu. 47. & seq. & cons. 29. num. 15. lib. 1. Bald. cons. 108. lib. 1. Cuman. cons. 109. col. 2. Corn. cons. 3. col. pen. ver. & insuper, & cons. 207. nu. 2. videtur prima facie, vol. 3. Paris. cons. 62. nu. 35. lib. 4. Curt. iun. cons. 168. nu. 20. Calcan. cons. 11. in princ. Gabriel. cons. 33. sub n. 3. vol. 1. Alfonsus Aluarez in Speculo Sum. Rom. Pont. Imperat. ac Regum, cap. 80. ver. & aduerte, car. 476. vbi re vera id tandem firmat, quicquid supra vers. sed nota, & ver. seq. in contrariũ dixerit. Probaturq. hęc communis opinio, ex d. l. lex quę tutores, l. predia, (secundum vnum intellectum) C. de pred. minor, & l. vlt. versicu. cum autem, C. si ma-

& lucrum quoque ex ea proueniens, debebitur, cessante ratione ob quam DD. moti fuere ad denegandum huius modi lucrum; & hæc est nouissima cōsideratio a nemine adhuc excogitata, quam sicut nouam, ac subtilem, ita etiā verissimam arbitror, quæ posset in praxi maximum honorem afferre, in qua, ne decipiaris, animaduertas, quòd licèt in proposito tractetur de lucro, & in titulo lucratiuo requiratur ratihabitio decennij inter præsentes, & vicēnij inter absentes, d.l. fi. & d. tit. vlt. inspect. 2. casu 2. adhuc tamē sufficit, quòd mulier per quinquennium post maiorem ætatem tacuerit, cum quando lucrum originem trahit a damno, idem de eo iudicetur quod de damno, licèt tunc sit lucrum. gl. singularis in l. si duo, in verbo (scire potuit,) ff. de acquir. hæred. Tiraquell. ad l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, nu. 218. vbi alios recēset, C. de reuocand. donat. Vnde cum lucrum dotis originem trahat a causa onerosa, ex not. per Accurs. in l. si donaturus, in verbo, duntaxat, ff. de condit. causa dat. vbi Alexan. inquit, hanc esse communem opinionem, & Ias. ibidē firmat, cum hac sententia Accurs. omnes DD. pertransire; debet de eo iudicari, non prout de lucro, sed prout de onere. Ias. ad l. Nesennius, de re iudi. & in l. si emancipata, in princ. C. de iur. & facti ignor. Dec. consil. 402. colum. 4. Soci. cons. 5. colum. 3. volum. 4. Quemadmodum etiam dicitur in donatione remuneratoria, quæ licet tanquam donatio requireret decennium, vel vicennium, iuxta dispositionem d. l. fin. cum tamen contractus onerosis appelletur, illisq. equiparetur, l. si pater, §. 1. ff. de donatio. in ea non obseruatur cursus decennij, aut vicennij, sed quinquennij tantum sufficit. Corn. consil. 36. in hac consultatione, num. 13. lib. 2. quem sequitur Socin. iun. consil. 102. nu. 39. lib. 2. & latè tractabitur infrà ti. vl. inspect. 2. casu 2. num. 27. & seq.

93 † Declaratur notabiliter communis ista conclusio, vt non procedat quando dos fuerit semel constituta, cum decreto, primo marito: nam poterit postea secundo, vel tertio viro cōstitui absque alia solemnitate. Castrens. consil. 183. num. 6. lib. 1. Ruin. consi. 61. libro 3. Tiraquell. de legibus connub. glos. 6. sub num. 181. & seq. & Caualcan. de tut. & curat. num. 161.

94 † Secundò declaratur non procedere, quando constitueretur dos in vltima voluntate, in qua minor potest sine decreto disponere. Bald. in l. 1. ff. de rebus eorum, & l. vlt. C. quando decr. opus non est. Paul. de Cittadin. in trac. de iure patron. in 3. par. 2. causæ, q. 7. num. 11. quem refert, & sequitur Cæsar Lambertin. in eod. tract. art. 3. 5. q. princ. 1. par. 1. libri, num. 3. Et ratio est, quia adultus in vltima voluntate censetur maior. l. Aurelio, §. Gaius, ff. de lib. leg. & dixi supra eod. tit. inspect. 4. nu. 32. vers. ampliatur secundò.

95 † Tertiò declaratur, vt procedat, quādo minor vellet dotare sororem, quia tunc requiritur decretum; secus verò si mulier minor vellet seipsam dotare: nam tūc solius curatoris auctoritas sufficeret, vt respondit Celsus ad l. quæro, ff. de iur. dot. Preterea, si mulier minor absque decreto dotari nequiret, non esset ei vsui restitutio, cum iam actus nullus esset, l. 2. C. de præd. minorum. Sed mulier læsa in dotis modo restituitur, l. si ex causa, §. in dotis, ff. de minorib. meritò.

Et per hæc ita intelligit superius adducta Steph. Forcatul. in Necyomant. dialogo 39. num. 4. & 5. id quod sensit etiam Io. Siccard. ad l. nulla, num. 2. C. de iure dot. tomo primo, inquiens, & hoc hodie videtur approbare consuetudo, licet de iure cōtrarium verius sit, quàm sanè intelligētiam veram haud esse reor, quandoquidem ratio decreti ne decipiatur minor, æquè viget in minore dotante sororem, ac in muliere minore seipsam dotante, vt certissimum est, meritò eadem adhibenda

est solemnitas. Et parum equidem aduersatur d. l. quæro, quia procedit in primo casu supra a nobis considerato, quando scilicet constituitur dos in pecunia, vt d. l. quæro, expressim cauetur, quo casu licita erit dotis cõstitutio absque decreto, vt supra cõclusum est. Vel etiam dicas, quod licet ibi dicatur, dotem constitui cum curatoris consensu, non propterea excluditur decretum arg. l. 1. in princip. iuncta gl. ff. quæ res pign. oblig. non poss. Nec quicquam ẽt facit ratio per Forcatul. considerata, ꝙ non competeret restitutio si dos sine decreto constitui nequiret, quoniam restitutio competit etiam quando interfuit decretum, vt firmaui superiori tit. inspect. prima. & ita potest procedere d. l. si ex causa, §. in dotis.

96 † Concludendo in hac inspect. ipse non ita simpliciter, & indistinctè dicerem, quod dos in immobilibus absque decreto constitui nequeat, sed notabiliter distinguerem, quod aut maritus vult ipsarum rerum corpora in dotem accipere, & tunc nihil amplius quærendum est; aut verò ea vendi vult, & pecuniam habere, & tunc adeundus est iudex qui causa cognita tutori permittat dicta corpora vendere, & ex ea alienatione dotem constituere. ita egregiè distinguit Terentius in l. siue generalis, versic. sed vt expediatur quæstio, ff. de iure dot. quam distinctionem per illum textum probat doctissimus Hotoman. in tracta de dotibus, in ea par. quæ est, de personis quæ dotem constituere possint, versic. difficilior aliquanto, folio 93.

INSPECTIO XIV.

97 PER ingressum † religionis decreti defectus suppletur, & ideo bona minoris intrantis religionem transferũtur in ipsum monasterium, licet neque tutoris, neque iudicis interuenerit auctoritas. Petr. Cin. Io. Faber. Alberi. Bar. Bal. Alex. Ias. cæteriq. oẽs in Auth. ingressi, C. de sacrosanct. eccl. Iacob. Areti. in l. 1. ff. de fund. dot. & in l. quidam, ff. de reb. dub. Nicol. de Neap. in l. 2. nu. 2. ff. de rebus eorum. Bal. in l. generali, C. de sacrosanct. eccl. Ias. in l. vl. num. 34. C. de pact. Specul. de stat. monachorum, num. 5. lib. 4. Innocent. Io. And. Abb. nu. 10. Petr. de Anchar. nu. 15. Dec. num. 27. Augustin. Bero. num. 149. vbi hanc sententiam * communẽ esse dicit, & sequũtur indifferenter omnes in c. in præsentia, extra de probat. Cardin. cap. Rainaldus, versi. directus, quæstion. 9. de testam. & apostilla ad Abb. in cap. relatum, el primo, colum. vlt. de testam. Lapus allegat. 25. & 166. Bald. consi. 248. num. 2. vol. 2. Roman. consil. 166. num. 2. cons. 281. colum. 2. vers. tertio. & consil. 394. num. 6. Barth. Socin. consil. 62. numer. 15. in præsenti consultatione, vol. primo. Natta consi. 173. num. 1. & cons. 180. num. 7. lib. 1. Aug. Bero. consi. 94. num. 9. vol. primo. Marian. Socin. in tracta. oblationum, libello 9. quæst. 5. Fabian. de Mon. de empt. & vendit. 22. & vltim. quæstio. 4. quæstio. princip. ver. circa duodecimũ, numero 18. Stephan. de Federic. in tracta. de interpreta. iur. par. prima, num. 67. Tiraquell. de priuileg. piæ causæ, priuileg. 100. versicu. horum præcipua ratio. & in titulo, res inter alios acta, versic. ad hæc. & de legibus connub. glos. 8. numero 190. Ferand. Vasq. de success. creat. §. 10. sub num. 78. versicu. decimonono, libro 1. Guglielm. Redoan. de alienat. rerum ecclesiastica. in rub. de significatione verbi, alienatio, fol. 43. numero 2. & nemo tandem quem viderim ab hac opinione discrepat, quæ lege, ac ratione, præter istorum auctoritatem clarè probatur. Lege, in d. Authen. ingressi, in §. illud, in princip. in Authen. de monach. d. c. in præsentia, & cap. de his, in fine, de sepultur. Ratione autem, quia minor ingrediendo religionem, eius bona acquiruntur monasterio in consequentiã suæ personę, licet enim principaliter non

non possit minor bona in alium transferre, benè tamen potest in consequentiam suæ personæ. Cin.d Auth ingressi. Canon d.cap.in præsentia.& Rom. consi.166.nu.2. Multa namque in consequentiam conceduntur, quæ principaliter fieri non possunt.l. quædam, ff. de acquir. rerum domin. & l.in modicis, ff.de contrah.empt.

98 †Et ideo est, quod licet emphyteusis ecclesiastica transferri non possit per alienationem in duriorem personam, putà in ecclesiam, ex illa tamen deuotione vniuersali transfertur in monasterium, quod emphyteuta fuit ingressus; quia nō censetur esse alienatio prohibita, cum emphyteusis censeatur trāsire, non per se, sed cum vniuersitate bonorum. Ancharan.consi. 164. quem refert, & sequitur Bero.d.cap.in presentia, num. 152. Item quando prohibitus alienare ingreditur monasterium, nō dicitur alienare, cum bonorum translatio fiat ipso iure, & vniuersaliter. Barto. per illum textum in l.si adoptauero, ff. de præcar. Ias.l.1.colum. 12. in finalibus verbis, C.de iure emphyt. Dec.d.c. in præsentia, sub num.27. vbi etiam Bero.num.152.& consil.94.num.9.libro 1. Siquidem prædicta alienatio ingredientis monasterium, resultat necessariò ex legis dispositione, in qua nulla requiritur solemnitas. Nico. de Neap. l.2.ff.de rebus eorum. Petr.de Anchar. d.cap.in præsentia, num.15. Bald.consi. 248.num. 2.vol.2. Natta consi.180.nu. 7.lib.1.& Tiraquell. de legib.connub. glos.8.num.190. Vnde ex his concludi debet, quod minorum bona religionē ingredientium, in monasterium ipso iure transferuntur, absque tutoris, iudicisq. auctoritate.

99 Ampliatur id verum esse, † non solū quando quis ingreditur religionem, faciendo professionem propriam, sed ēt quando quis offert se, & sua ecclesiæ sæculari, vel alteri pio loco, licet non faciat professionē propriā, sed solū alicuius modi viuēdi. Mar.Soc.in trac.obligationum, libello 9.q.5.ver.arbitror tū:

100 Ampliatur Secundò, † vt id procedat, non solum in minore, sed etiam in prodigo, cui bonis est interdictum, qui aliàs prohibetur alienare.l.is cui bonis, ff.de verb.obligat. & dixi supra in Præfat.num.76. potest tamen se, & sua bona in monasterium transferre, quia dedicare se, & sua monasterio, est bona, & sācta prodigalitas. Alberi.quē refert, & sequit Ias.d.Auth.ingressi, nu.3.

101 Ampliatur Tertiò, † ad exemplum minoris, etiam in muliere, stante statuto, quod non possit se obligare sine cōsensu consanguineorum; si se, & sua offerat ecclesiæ sine illa solemnitate, valet, quia iste est actus spiritualis, super quo statutum disponere nequit. l.priuilegia, C.de sacrosanct. eccles. Bero. qui alios adducit d.c.in præsentia, nu.158.

102 Declaratur modò, † id procedere in minore 25. ann. dummodò sit maior quattuordecim, d.cap.in præsentia. & ita post alios quos allegat declarat Ias.d.Auth.ingressi, num.4.

103 Declaratur Secundò, † vt id verum sit, quando minor sua sponte, absque dolo vel fraude monasterium ingreditur, secus verò quando quis esset conuētus dolosis persuasionibus Abbatis, ob magnas ipsius facultates; nam tunc licet ingressus teneat, tamen bona non acquiruntur monasterio, sed eius agnatis, vel cognatis, cap.cōstituit, 20.quęst. 3. quem textum pro ista declaratione singularissimum esse inquit Abb. d. c. in pręsentia, cap.præterea, el primo, de offic.delega. & c. cum dilectus, colum. vlt. quod met. causa. Speculat. titu. de stat. monachorum, ver.vlt. Feli.d.cap. vlt. vbi quomodo id procedat notanter declarat Bald.in Authen.si qua mulier, colum.vlt. C.de sacrosanct. eccles. Roman.dicens se ita respondisse Auditoribus Rotæ in l.1. §.si stipulanti, col. 12.ff.de verb.obliga. Ias.in Authen.ingressi, in prin. & ibidem Petrus Paulus Paris.in addit.ad Bart. in prima addit. Lap.allegat.47. quidā iuuenis. Cępol-

la caut. 229. & Corset. in suis singularibus, in verbo, (Religio.)

104 Declaratur Tertiò, † quando quis esset effectus monachus per metum reuerentialem patris, quia tunc ipso iure vitiatur ingressus, glo. in d. tab. in c. præsens, vers. patrem, secunda q. 3. quam Imola in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. solut. matrimon. alibi non esse inquit. Facit textus cap. cum verū, & ibi Ant. de Butr. de regular. & transeuntibus ad relig. Barbat. cap. causam matrimonij, col. 6. de off. c. delegati. & Ias. d. Auth. ingressi, in princ.

SED in proposito noua occurrit du

105 bitatio, † numquid ista causa ingressus religionis, sit potens, ac iusta causa interponendi decretum? Quam dubitationem nemo excitauit, nec parum de ea dubito, cum hinc inde, & iura, & rationes considerari possint.

Et pro ea parte, quod ingressus religionis sit iusta causa interponendi decretum, facit Primò: quia, vt homines ingrediantur religionem, Diuinusq. augeatur cultus, quamplura sunt inducta specialia. §. sed & hæc præsenti, in Auth. de Sanct. Episcop. & in Authen. nisi rogati, C. ad Trebell. Respondetur, quod priuilegia non sunt multiplicanda, licet namque religio in multis reperiatur priuilegiata, tamen cum in hoc priuilegiata non probetur, standū est iuri communi, quod disponit, vt minorum bona alienari nequeant, nisi ex quibusdam causis, inter quas ista non reperitur.

Secundò adducitur §. illud quoque, in Authen. de monach. vbi disponitur, quod ingredi volens monasterium, ante quam ingrediatur, licet iam habeat, suis vti, quo voluerit modo. Qui tamen §. procedit in eo qui est habilis suis vti, vt est maior, secus verò in minore qui inhabilis omninò reputatur ad donandum, seu alienandum, exceptis quibusdam causis, inter quas ista non reperitur, l. ob æs, cum similibus, C. de præd. minorum. Nec obstat si dicatur, minor potest ingredi monasterium, ergo debet posse suis vti, quo voluerit modo, cum d. §. illud quoque, loquatur de eo qui ingredi vult monasterium, quippè, quia verum est, quod minor potest ingredi religionem, non autem de suis disponere, vt notissimum est. Et licet postea religionem ingrediendo, tunc temporis dicatur habilis ad transferendum in religionem quam ingreditur, tamen ex hoc non iudicatur qualitas dispositionis præcedentis. Illa enim dispositio iam præcessit, & secundū qualitatem eius iudicatur, ex quo sequitur, quod cum tunc temporis minor inhabilis iudicetur, illa causa ingressus non sit iusta causa interponendi decretum.

Adducitur Tertiò cap. de his, circa finem, de sepultur. vbi dicitur, quod liberum est his qui ingrediuntur religionem, bona sua non solum religiosis, sed etiam quibuslibet priuatis conferre. Huic contextui qui videtur in terminis (vt dicunt) probare, potest facillimè responderi, quod loquatur in maiore, præsupponendo terminos habiles, arg. l. qui testamento, ff. de testa. & l. 1. cum ibi not. C. de sacrosanct. eccl.

106 † Cōtraria itaque succedit opinio, quam ipse tamquam veriorem sequendam censeo, quod ingressus religionis non sit sufficiens ac iusta causa interponendi decretum, cap. in præsentia, de probat. vbi minoris bona ex eo in religionem transferuntur, quia ipsam ingreditur, & sic speciali fauore religionis inductum est, vt minor qui confert se monasterio, dicatur etiam in consequentiam suæ personæ bona quoque dedicasse; secus verò, quando priuatæ personæ velit donare, vel alienare, qa tunc non dicuntur obligata bona in consequentiam suę personę; & sic cum cessent rationes supra a nobis consideratæ, (Cur sit quod bona dicātur in monasterium transferri) debet dispositio quoque cessare. Insuper, duæ sunt viæ, duo patent aditus, vt is qui religionem ingredi cupit, possit ante quàm ingrediatur.

diatur, de suis bonis disponere. Primus
est, per viam contractus, seu dispositio-
nis inter viuos. Alter verò per viam te
stamenti, seu vltimæ voluntatis. Cum
autem minor reperiatur prohibitus de
suis bonis disponere per dispositionē
inter viuos, l. 1. & toto titu. ff. de rebus
eorum. Per testamentum verò possit
ad libitum disponere, l. Aurelio, §. vlt.
ff. de liberat. leg. dictumq. fuit sup. eod.
tit. inspect. 13. nu. 94. Modò reperiun-
tur iura quæ volunt, quod is qui religio
nē ingreditur, possit quo voluerit mo-
do suis vti bonis, vtique respectu mino-
ris omninò intelligendum est, quod
possit vti, secundum modum sibi per-
missum, scilicet per viam testamenti,
nō autem per viam dispositionis inter
viuos, ne dicamus tot iura quę prohi-
bent minores posse contrahere esse cor
recta, seu limitata, cum prædicta limi-
tatio nullibi probetur, superfluaq. esset
omninò, cum minoribus de suis dispo-
nere alia sit via prouisum. Lex autem
numquam prouidet nisi in casu neces-
sario, l. postliminij, in fine, ff. de capt. &
postlimin. reuers. & l. 1. §. ex rescripto,
ver. igitur, ff. de ventre inspic. Ex quibus
concludendum est, quod ingressus reli
gionis non est sufficiens, ac legitima
causa vt interponatur decretum: Vn-
de apparet decipi August. Bero. d. c. in
præsentia, numer. 155. dum vult, quod
minor qui ingredi vult religionem, pos
sit etiam priuato sine aliqua solennita
te donare.

107 †Quomodo autem, & quo tempo-
re per minorem religionem ingredien
tem, sit facienda renunciatio, aut obli-
gatio, fuit nouiter dispositum per Sa-
crum Concilium Tridētinum sess. 25.
cap. 16. incip. nulla. Et aduertant iudi-
ces, vt quando aliquis minor qui reli-
gionem ingressus fuit, velit ante profes
sionem de suis bonis disponere, vt de-
cretum minimè interponant, nisi de
suis rebus disponendi licentiam habue
rit ab Episcopo, siue eius Vicario, cum
aliter facta renunciatio, seu obligatio,
etiam iurata, & in fauorem piæ causæ,
sit irrita, & nullius effectus, vt per Sa-
crum Concilium dicto cap. 16. iustè ac
sanctè dispositum extat.

INSPECTIO XV.

108 CVM studiorum † causa iisdem
pfruatur priuilegijs, quibus cau
sa pia, Salicet. in l. filiæ cuius, sub num.
12. C. famil. herciscun. Alexand. in l. ita
stipulatus, num. 28. ff. de verb. obligat.
& in addit. ad Bart. in l. si cui annuum,
ff. de ann. legat. & in l. vni. §. habeant,
C. de stud. liberal. lib. 11. & latè doctis-
simus conciuis meus in tracta. de priui-
leg. scholar. priuileg. 1. Nec mirum, cū
& ipsa quoque studiorum causa, dica-
tur causa pia, vt per prędictos, non erit
hoc in loco (piarum causarum materiā
109 prosequendo) omittendum, † An cau
sa studij, dicatur legitima causa inter-
ponendi decretum; quod dubiūm, etsi
sępissimè in facto cōtingat, cum vt plu-
rimum hi qui student sint minores 25.
ann. & prędia seu alia distrahant, non
tamen reperi a Doctoribus tactum, im
mò nec excogitatum quidem, de quo
non parua sum equidem admiratione
affectus. Breuiter igitur circa id pera-
gendo, ipse crederem, quod ea sit legi-
tima, ac iusta causa interponēdi decre-
tum, ad quod dicēdum hisce moueor.
110 †Primò, causa studij, & dotis ęqui-
parantur. Bart. l. 1. in fine, ff. soluto ma-
trim. Castr. l. sed Iulianus. §. quamquā,
numero 3. ff. ad Macedon. & Macedo-
niani, num. 2. C. eod. in Authen. quod
locum, num. 3. C. de collat. vbi dicit, qđ
magis priuilegiatum videtur studium,
quàm dos. & cons. 242. colum. 2. versi.
sed his, vol. 2. & plenè alios conge-
rens conciuis meus in tract. de priuileg.
scholar. priuile. 3. Sed causa dotis dici-
tur legitima causa interponendi decre
tum, vt voluit Ioan. de Imola, cap. con-
stitutus, num. 12. de in integr. restitut.
Nicol. Vigel. ff. lib. 18. par. 2. cap. 6. reg.
1. except. 30. & diximus latè supra, in-

spectione 13.casu 2.nu. 90.vbi sola exhibitatio est, an dos sine decreto constitui valeat; sed eam posse cum decreto constitui nemo ambigit, idem ergo dicendum in causa studij, quæ doti æquiparatur.

111 Secundò moueor, † quia valet argumentum de alimentis ad studia, l. qui filium, in fine, vbi etiam Bald. id not.ff.vbi pupill. educari debeat. Bart. in l.de bonis,§.nō solum, ff de carbon. edicto.& in l.legatis,in prin.ff.de alim. leg.& Ias.in l.cum hi,§.qui transigit,in fine,ff.de transact. sed alimentorū causa est legitima ad interponendum decretum. Rofred. in tracta. de libellis, par.7.in rub.de S. C. Clemētiano, sub num.4.versic.item admittunt.& Ioan. de Imo.d.cap.constitutus,numero 12. meritò.

Hisq. nō obstat si dixeris priuilegia extendi minimè debere,capit. priuilegia, 3. distin. quando quidem scholarium, seu studiosorum priuilegia tamquam fauorabilia extenduntur, capit. odia, iuncta glossa de regul. iur. in 6. Bald.in l.non solum,in princip.ff.de excusat.tutor.Ias.in l.si ita stipulatus essem,num. 17.ff.de verbor. obligation. Felin.cap.fin.nu.2.de magistris,& cōs. 18.num.14.Horat.Lucius de priuileg. scholar.priuileg.13.

Tertiò facit l.fina.C.de alim.pupill. præst.l.cum plures,§.cum tutor,ff.de administrat.tutor.& l.qui filium,ff.vbi pup. educ. deb. quibus iuribus deciditur, quod causa studij tutor rectè expēdit, nec iudicio tutelæ tenetur,quinimmò d. l. qui filium, dicitur, id etiam absque decreto posse per tutorem fieri, licet tamen ipse aliter intelligam d.l.vt latè explicaui supra in Præfat. in 5. requisito,num.27.

Postremò moueor per textum qui videtur in terminis probare in l. de bonis,§.nō solum,ff.de carb.edic. vbi hęc formalia recensentur verba, Non solum alimenta præstari debent pupillo, sed & in studia, & in cæteras necessarias impensas debet impendi pro modo facultatum. Erit igitur studiorum causa in hoc priuilegiata, vt ex ea legitimè interponatur decretum, sed absque decreto non poterit alienatio celebrari,ne duo circa idem specialia concurrant,vt & supra in dote cōclusimus.

112 Intelligendum tamen id est, † qñ minor studēs non haberet pecuniam, vel in numerato,vel in nominibus quę conueniri possint, vel in fructibus cōditis, vel in redituum spe, atque obuentionum: Item,quando alię res mobiles non extarent pręter prędia, quę distrahi possint; quę omnia postquam iudici per discussionem bonorum liquebunt, tunc immobilium alienationem concedet,l.magis puto, §.non passim, & l.prima, §. quod si fortè, ff.de rebus eorum.alioquin aliter facta alienatio, seu obligatio, nulla prorsus reddetur, iuxta ea quę latè tradidimus supra lib.1.tit.1.nu.44.vers.quęrere quinto loco.

113 †Declaratur Secundò,id procedere quando minor causa studij sui, vellet bona sua distrahere, secus si pro altero extraneo, quia tunc neque etiam cum decreto posset,cum etiam pro causa pia non sit ei permissa donatio,vt latè firmauimus supra titu. 2.inspect. 2. sub num.17. versic. quamobrem contraria. Quę omnia notes perpetuò, quia sunt quotidiana,& noua,a nemine adhuc in proposito excogitata; & diebus elapsis, cum ex improuiso de hoc interrogatus essem,respondi,quod credebam,exemplo dotis posse studiorum causa minorum immobilia distrahi, dummodò interueniret decretum cum causę cognitione, cęterisq. solemnitatibus; & nunc magis deliberato consilio, in eadem opinione persisto, per superius iam adducta.

INSPECTIO XVI.

114 PECVNIAM tāquam †quid mobile qd seruādo seruari nequeat, posse

posse per minorē sine iudicis auctoritate distrahi, passim concludunt Scribentes, id quod, cum non ita indistinctè, ac absolutè verum sit, tres diuersos considera casus.

115 PRIMVS erit, †cum minor pecuniam quàm reperitur habere expendit, quo casu concludi debet, quod minor, seu eius tutor, possit talem pecuniā expendere, & distrahere, etiam nullo accedente decreto. ita cōcludunt Bart. num. 3. Castr. num. 5. circa finem. Alex. num. 4. Ias. num. 29. Ripa num. 17. cæteriq. omnes, in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebell. per gl. ibi positam, quam omnes communiter receptam esse, & notabilem inquiunt. Bart. in l. si ex legati causa, num. 5. ff. de verb. obligat. & in l. potest, numero 3. ff. de auct. tut. Bald. in l. si curatorem habens, versic. hic adde vnum, C. de in integr. restitut. minorum, inquiens hoc alibi non esse, nisi in dicta glos. in l. sed si ex stipulatu, in fine, ff. de verbor. obligat. in l. quod si fortè, quàm legit cum l. ratam, §. vltim. in fine, ff. solut. matrim. & in l. 1. in princip. ff. de rebus eorum. d. glos. peregrinam appellans. Salicet. in l. tutores, vel curatores, in 2. notab. per illum text. C. de administrat. tutorum. Dec. in l. si filiusfamil. num. 5. ff. si cert. pet. Ludouic. Gomes. Inst. de act. §. item Seruiana, sub num. 20. Bart. consil. 70. Reuerendissime Domine, nu. 2. lib. 1. Bald. consil. 247. præmisso statuto, colum. 2. lib. 1. Alexan. cons. 92. col. 1. perspectis diligenter, lib. 6. & consil. 49. colum. 2. lib. 1. Roman. cons. 188. Curt. sen. cons. 71. Princeps, numer. 9. Paris. consil. 25. num. 75. lib. 2. Natta consil. 496. num. 14. lib. 3. & Rolan. de Curte cons. 123. num. 69. ad cau. vltim. volunt. Tiraq. latè de retractu linagier, §. 1. glos. 7. num. 105. Bertachin. in tract. de Episcopo, lib. 4. in 4. par. quæst. 44. num. 142. Roland. a Valle in tractat. de lucro dotis, quæst. 45. circa finem. Rom. sing. 104. tu habes. Corsett. in suis sing. in verbo, pecunia. Cremens. sing. 60. pecunia. Ferand. Vasq. de success. creat. tit. de testam. pot. §. 10. sub num. 72. versic ergo, lib. 1. elegantiss. Alphan. in suis collectaneis, collectan. 20. versic. adde quod nō habet. Gaspar Caballin. in gl. super constitut. Ægidian. libro 5. cap. 9. nu. 18. Riminald. Inst. quibus alien. licet, vel non, §. 2. nu. 7. Rodric. Suar. in tit. de las arras, numer. 67. & Arius Pinell. in l. 1. par. 2. num. 43. C. de bon. matern. dicens id communiter * receptum esse, itaque vsu obseruari, cum sæpè solus tutor, vel curator ex pecunia minoris emat, vel eam fenori tradat, & planè ad vsus necessarios minorum eam expendat. l. 3. C. de vsur. pup. & l. 4. C. de administrat. tut.

116 Eam autem est ratio, † quia pecunia dicitur de his rebus quæ seruando seruari nequeunt, Auth. nouissima, iuncta l. lex quæ tutores, C. de administr. tut. l. Aristo, §. vlt. cum l. seq. ff. de inte delib. l. Iulianus, ff. de petit. hæred. cap. vlt. de pignorib. & §. constituitur, Inst. de vsufruct. glos. in c. 1. de commod. latiss. Tiraquellus innumeros ferè congerens more suo, d. §. 1. glos. 7. nu. 104. & post eum Riminald. d. §. 2. num. 7. Pinell. & Vasq. in locis supra relatis, Borgnin. Caualcan. in tract. de vsufructu mulieri relicto, sub num. 82. versic. veniunt etiam. & Guglielm. Redoan. de alienat. rerum ecclesiasticarum, fol. 60. numero 9. Non obstat l. tutores vel curatores, ibi (aurum, argentumq. quicquid vetustate temporis non mutatur?) C. de administr. tutor. licet etenim negari haud possit, quod pecunia reposita in capsa, vel in muro, posset perpetuò conseruari, vt ad sensum patet; illa tamen res dicitur seruando seruari posse, quando ex ea fructus percipitur, & nihilominus cōseruatur, vt apparet in prædijs, & possessionibus nostris, quod in pecunia non contingit, qua si vtaris ad vsum, ad quem est destinata, nēpè ad numerationē, l. 1. ff. de contrah. empt. nō cōseruatur, immò assidua permutatione, & expēsione cōsumitur,

mitur, cum dominium eius in alium transferatur, d. §. constituitur. & si ponas eam in capsa, vel in muro, licet ibi per multos annos conseruari possit, nō tamen dicitur, de rebus quæ seruando seruari possunt, cum ibi stando non afferat vtilitatem secūdum vsum ad quē inuenta est, vt post Bart. declarat Iaf. d. §. fuit quæsitum, num. 31. Riminald. d. §. 2. num. 8. & Roder. Suar. in l. 1. tit. de las arras, sub num. 67.

117 †Intelligendus tamen est iste primus casus, vt tutor, vel curator, pecunia minoris vtiliter vtatur, non vt donet, vel perdat, l. vlt. ff. de curat. furiof. & l. filiusfamilias, ff. de donat. per quæ iura ita declarauit Pinell. d. l. 1. par. 2. sub n. 43. Et ideo quia tutor debet vtiliter vti pecunia minoris, tenetur illam dare ad cambium, & honestam partem lucri, non autem tenere in abscondito, alioquin tenebitur de suo reddere tantumdem. Bartol. in l. tutor qui repertorium, §. si post, ff. de administr. tut. Roman. sing. 179. & ibi addit. Roland. a Valle consi. 49. num. 34. & seq. lib. 1. & recentiores Fruizanenses in tracta. de tut. & curat. nu. 113. vbi alios allegant. In locis autem vbi mercatura non exercetur, tenetur tutor pecuniam conuertere in emptionem prædiorum, vt per prædictos Fruizanenses, nu. 115. quòd si facere neglexerit, debet minor consequi interesse secundum quod mercatores qui minus dant, vt per Roman. d. sing. 176. Ex quibus ipse nouiter inferri posse arbitror, quod licèt minor qui talem pecuniam ludendo amisit, non habeat pecuniarum amissarum repetitionem, (de cuius tamen dicti veritate videas Par. de Put. Io. Bapt. Caccia Iup. Stepha. Cost. Troilum de Maluetijs, Io. Tierri, & Ant. de Prato in eorū tract. de ludo.) nihilominus poterit cōtra tutorem agere qui negligēs fuerit, cuius officium erat dictam pecuniam in aliquos minoris vtiles vsus conuertere, & eam interim diligenter custodire. Si autem tutor pecuniam minoris apud aliquem publicum campsorem deposuerit, & ille cāpsor rupit, seu decoxit, non excusatur tutor, quamuis publicè ibi, & aliæ personæ deponerent, cū in tutiori loco potuisset disponere, Accur. in l. pignus, in verbo, in hortis, C. de pignorat. act. & est optimus verborum cōtextus in l. si respublica, ff. de administrat. tuto. & id pro notabili refert Cæpolla in l. quis sit fugitiuus, §. apud Labeonem, num. 3. ff. de edil. edicto. quod re vera est multum singulare, & notandum. An verò tutor teneatur dare pecunias pupilli ad societatē officij, ad censum, ad cambium, vel ad lucrum mercaturæ, & quibus in casibus ex prædictis teneatur, vide apud modernos Assisienses in decis. causarū Perusinarum, par. 2. dec. 67. vbi de hoc per tot. decisionem longissimè pertractant.

118 Secundus casus est, † quando pecunia ad honestam partem lucri posita est, vt putà, si minor habens censū, sit Eques, eam in mercatura, vel in alia negociatione exerceat, quo casu concludendum est, talem pecuniam absque decreto alienari minimè posse, secundum Roman. consil. 188. quem refert Pomat. in addit. ad Bart. d. §. fuit quæsitum. Bald. cap. cum causa, ad finem, extra de re iudic. Tiraquell. de retractu linagier, §. 1. glos. 7. num. 113. inquiens, quod pecunia quę posita est in banchis campsorum, cuiusmodi sunt Lugduni, Genuæ, & Venetijs, iudicatur immobilis, & Ioan. Baptista Asin. in commentar. de relig. & sumpt. funerum, ad l. si quis sepulchrū, §. prætor, vel magistratus, circa princ. vbi dicit, quod pecunia quæ est in negociationibus, non valet sine prætore alienari. Idq. ex pluribus probatur, & Primò ex l. 3. §. nec vsusfructus. & §. si lapidicinas, ff. de rebus eorum. vbi pupillus non potest alienare vsumfructum quem habet, etsi solus vsusfructus pupilli sit. Secundò, id quod repositum est ad honestum lucrum, dicitur in reditu annuo, vt clarū

est

est, sed annui reditus inter immobilia computantur. Clementina exiui de Paradiso, de verborum signif. ideoq. sine decreto alienari non poterit. Tertiò facit, quia ea quę seruãdo seruari possint, alienari non valent, l. 1. & toto tit. ff. de rebus eorum, cum similibus. Sed huiusmodi pecunia dicitur posse seruãdo seruari, cum illa res dicatur posse seruari, ex qua fructus percipitur, & nihilominus seruatur, vt post Bart. & alios declarat Ias. d. §. fuit quæsitum, nu. 31. sed nulli dubium, quod huiusmodi pecunia conseruatur, ex eaq. fructus percipitur, non minus quam ex possessionibus & prædijs, meritò. Id quod est notabile, propter census, & societates officiorum, quæ tantum hodie sunt in vsu, vt nequeant per minorem, seu eius tutorem alienari absque decreto, per prędicta. Et census ad hoc vt legitimus existat, secundũ Bullas, & ordinamenta Pontificum, debet esse perpetuus, nec vnquam posse ex parte dantis reuocari; ideò dubitari minimè contin-

119 git de repetitione eius, qui dat: † Sed dubiũ est, si restituatur census, seu nummi ad censum præstiti, an valeant absque decreto per minorem recipi? quain re crederem ipse quod sic, ea ratione, quia ex natura ipsius contractus est, vt debeat ad libitum eius qui pecuniã accipit, restitui, alioquin contractus nõ

120 valeret. † Atqui cum quis tenetur aliquid de necessitate facere, non requiritur decretum, l. a Diuo Pio, §. vlt. in fi. ff. de re iudic. vbi Alex. Ias. & cæteri id adnotant, & probatur in l. 3. §. 1. & 2. ff. de rebus eorũ. per quæ iura id firmanit Speculat. tit. de cessione actionis, §. 1. num. 19. & Afin. in sua praxi iudiciorum, §. 31. ampliat. 36. inquiẽs, executionem rei iudicatæ posse fieri in pecunia minoris ad emptionem prædiorum destinata, etiam sine alio iudicis decreto, cum necessaria alienatio sit. Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. centur. 2. casu 171. num. 72. lib. 2. Si autem d. pecunia fuerit consumpta, inutiliter q. expensa, tenebitur ipse tutor, seu curator, d. l. tutores, vel curat. res.

121 † In societatibus verò officiorum, fiunt (vt vulgo dicitur) disdictæ, quas vtique a minore fieri posse arbitror, etiam non accedente decreto, præsertim quando esset in infirmitate constitutus, ex qua sequi posset mors, & dictarum pecuniarum perditio, si disdicta non fieret: licet autem dicti nummi qui ad officij societatem dantur, in maximo existant periculo, cũ per mortẽ amittantur, nisi per quindecim dies ante mortis aduentum fuerit facta disdicta, nihilominus non valet talis societas sine decreto alienari, cum illud periculum deseruiat pro causa disdictã faciendi, quam debet iudex diligenter inquirere, an id minori expediat, non autem loco decreti, iuxta ea quæ supra eod. tit. tradidimus inspect. 12. nu. 86. versic. ego verò. Et hæc notes, quæ licet hodie multum sint vsu recepta, de his tamen DD. nihil pertractant.

122 Tertius casus, † quãdo pecunia ipsius minoris est deposita, seu destinata ad emptionem prædiorum, & tunc absque iudicis auctoritate distrahi nequit, vt concludunt passim Scribẽtes, Raphael Cumar. Alex. num. 5. Ias. num. 37. Ripa num. 9. & alij ferè omnes, & d. §. fuit quæsitum. Barb. c. 1. col. vlt. extra de feud. inquiens speciale esse in pecunia pupilli, & minoris, vt si ea sit destinata in emptionem prædiorũ, pro re immobili habeatur, & per consequens non possit sine decreto distrahi. Rom. in l. si ex legati causa, col. 4. ff. de verb. oblig. in l. quid ergo, §. vsuras, vers. quid ergo, ff. de contr. & vtili act. Ias. in l. a Diuo pio, §. vlt. ff. de re iudic. Gomes. §. item Seruiana, num. 21. Inst. de act. Io. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 38. col. 2. vers. & pecunia. Io. Bapt. Afin. in commen. de relig. & sumptibus fun. ad l. si quis sepulchrum, §. prætor, vel magistratus, in fine, inquiens idem iudicari de pecunia destinata ad emptionem prædiorum,

quòd

quòd de re immobili. Butr. consil. 38. circa finē. Corn. conf. 225. col. 2. in 2. ca su prin. in fi. lib. 1. Rom. consil. 188. col. vlt. vlt. dub. in hac causa, vbi id notabile esse inquit, & sing. 10. incip. tu habes q̄ pecunia, dicens textum d. §. vsuras, vnicum, & singularem, & a nemine præterquam a se adnotatum. Cremens. sing. 59. incip. pecunia. Corsett. in suis singul. in verbo, pecuniam. Tiraq. latè de retractu linagier, §. 1. glos. 7. nu. 106. Bertach. in tract. de Episcopo, lib. 4. in 4. par. quæst. 44. sub num. 142. Roland. a Valle in tract. de lucro dotis, q. 91. nu. 3. & 16. vbi refert text. d. §. quid ergo, procedere ex speciali fauore minorum. Horat. Lucius conciuis meus, vir equidem summi ingenij, in tract. de priuileg. scholar. priuileg. 27. versic. quarto amplia. doctiss. Alphan. in suis collectan. iur. ciuilis, collectan. 20. vers. nisi pecunia. & Gasp. Caballin. in glos. super constitut. Aegidian. lib. 5. c. 9. nu. 19. Cassan. in consuetud. Burgund. tit. de droictz appartenees, §. 2. in verbo, tant meubles, vers. quid autem de pecunia. latissimè Ferronus in commentarijs consuetud. Burdigal. tit. de dote, §. 6. & iterum titulo de testament. §. 8. Carocius vir quidem doctiss. in elegantiss. comment. ad reg. cum quid, de regul. iur. in 6. par. 2. amplia. 2. num. 6. referens ad id Io. Dilect. de arte testan. in rubr. de varijs testatorum præceptis, caut. 5. num. 5. vbi colligit caut. ne minoris pecunia consumatur, vt scilicet testator iubeat eam deponi penes aliquē ad emptiones prædiorum. Idq. euidentiss. probatur in l. 3. §. quid ergo, ff. de contrar. iudic. tut. facit textus in l. fideicommissum, §. tractatum, versic. quid tamen, ff. de iudic. & in l. quæ filium, de legat. 3. Est textus melior de iure in l. a Diuo Pio, §. vlt. in fin. ff. de re iudic. vbi in pecunia pupilli destinata ad emptionem prædiorum posse fieri executionē iudicati absque decreto decidit Vlpia. eo quià, illa est alienatio necessaria, in qua non requiritur decretum, l. 3. §. itē quæri potest, ff. de rebus eorum. & dixi superiori casu num. 120. Ergo a cōtrario sensu, si alienatio esset voluntaria, sine decreto fieri nequiret. Et istum casum tandem omnes sequuntur nemine contradicente, licet varia, ac magna sit
123 inter DD. altercatio, † An pecunia emptioni prædiorum destinata sit mobilis, vel immobilis; & quamplures pro vtraque parte recenset Tiraquel. d. §. 1. glos. 7. num. 106. & seq. receptior tamē
✱ & * magis communis est opinio, quod dicta pecunia nō reputetur tamquam immobilis, vt per Tiraquell. vbi supra, nu. 105. Boer. decis. 109. Socin. iun. consil. 120. num. 18. lib. 1. Hippolyt. Riminal. quāplures pro hac opinione referēs cons. 56. n. 81. lib. 1. Pinel. d. l. 1. par. 3. num. 104. & Ferand. Vasq. de success. creat. §. 10. sub n. 72. versic. contrariam partem, lib. 1. quod tamen in proposito nostro nihil refragatur, ex iuribus iam adductis; eaq. potuit esse ratio vt in pecunia minoris sit speciale, quod alienari nequeat quādo emptioni prædiorū est destinata. Barb. d. c. 1. & Roland. a Valle d. quæst. 91. num. 16. tribuentes id speciali fauori minorū, qui in multis priuilegiati existunt, l. 1. & toto tit. ff. de minoribus.

INSPECTIO XVII.

124 NON debet † aduersus minores 1 obseruari quod pro ipsis excogitatū est, teste Vlpiano ad l. 3. §. Diuus, in fi. ff. de carbon. edicto. Ideoq. quāplures voluere, quod ob vtilitatem possit minor sine decreto alienationem celebrare. glos. in l. cum hi, §. eam transactionem, per illum textum, ff. de transact. & in l. 2. ff. de acceptilat. Speculat. in tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum restat, vers. hoc quoque. Aretin. in l. magis puto, §. si æs alienum, ff. de rebus eorum. Bald. d. l. cum hi, §. eā transactionem, in prima, & secunda lect. in l. contra iuris, per illum textum, C. de pact. in l. ita constante, ff. de iure dot. &

in l.

in l.quęcũque,post prin.C.de bon.quę lib.Alex.in l.mutuum,§.vlt.ff.de acquir. hæredit.Iaſ.in l.is cui bonis,numero 3. ff.de verbor.obligat.& in l.non eo minus,num.3.verſic.ſecundò facit,C.de procurat.& §.actionum,nu.43.Inſt.de act.Io.Faber §.actionum,in fine, Inſt. de eo cui liber. cauſa. Barbat. in rubr. de reb.eccleſ.non alien.col.4. verſ. tertiò limita,& conſ.35.ſapienter,colum. pen.verſ.modò in propoſito,lib.2.Roman.conſ.453.viſa,per totum.Alexan. conſ.125.col.3.lib.1. Iaſ.conſil.219.egregius vir. col.3.verſ.nec obſtat illud, lib.2.Dec.c.quæ in eccleſiarum, col.3. num.28. verſ. addatis tamen, extra de conſtitut.& conſ.124.placet mihi, col. 2.verſ. quarto etiam dici poteſt.Socin. iun.conſ.28.quia difficultas,col.penult. ſub num.10. verſ. ſecundo facit, lib.2. & Ludouic. de Alpher. inter cõſ.crim. diuerſorum, conſ.151.num.31.& ſeq. tomo primo.Tiraquell.plurimis id cõprobans,de legibus connub.gloſ.8.nu. 62. cum ſeq.quæſt.8. Bertachin. in repertorio,in verbo,alienatio,verſ.50.in ſecunda fallent. Corſett. in ſingularibus,in verbo, pupillus,vbi latè. Iacob. Nouell. in tract. de iure congrui, §. 1. num.80. Gugliel.Redoan. in tract. de alienat. rerum eccleſ. in rubr. de cauſa vtilitatis, num.185.& ſeq.fol.133. & eruditiſs. Cardinalis Albanus in lucubrat.in Bart.ad d.l.cum hi, §.eam tranſactionem, vbi expreſſim firmat valere alienationem ſine cauſa, & ſine decreto factam, ſi ſit vtilis ipſi minori. Et in ſimili per d. §.eam tranſactionẽ, dixere plerique, quòd ſtatutum requirens conſenſum propinquorum in contractu mulierum, intelligitur in cõtractibus damnoſis, ſecus in vtilib. Bal.in l.neque, C.de contrah. & amitt.ſtipul. DD.in l.quamuis, ff.de acquir.poſſ. & expreſsè Ang.& Imol.in l.multũ,§.vlt. ff.de acquir.hęr. & l.2.de acceptil.Caſtr.in l.quicũque, §.ſi ab alio,ff.de inſt. act. quos ſequitur Minſingerus ſingularium obſeruat.centuria 2.obſeru.34.

Nititur autem hæc opinio ex pluribus, præcipuè ex tribus. Primò,ex eo quod diximus in principio, non debere aduerſus minores obſeruari, quod pro ipſis excogitatum eſt, d.l.3.§. Diuus, in fin. Pro quo etiam facit l.quod fauore, de legibus, cum ſimilibus. Adducitur Secundò Auth.item ſi prædium, C.de ſacroſanct.eccl.vbi licet eccleſia ſit prohibita diſtrahere, quando tamen res ſunt ſteriles, permittitur alienatio. Idẽ ergo & iſto caſu. Tertiò, cæteris omiſſis,eſt optimus verborum cõtextus,qui, vt dici ſolet, ponit gladium ad radices, in l.cum hi,§.eam tranſactionem,ff.de tranſact. vbi licet prohibita ſit tranſactio ſine decreto, ſine eo tamen valet, quando tranſigens meliorem ſuã conditionem efficeret.

125 † Contraria tamen (his minimè refragantibus) eſt ſententia,quæ vti receptior eſt, ita & verior, quam amplexi ſunt Iacob. Butrig. Bart. Ang. Alberic. Fulgo.Caſtr.Iaſ.alijq. ferè omnes, d.§. eam tranſactionem. * communiter d. gloſ. ibi poſitam reprobantes. gloſ. in l. ſi fundus ſterilis. ff.de rebus eorum. & in l.ob æs, C.de præd.minorum. Aret. in l.mutũ,circa finem,ff.de acquir.hæred.Bart.in l.2.num.3.C.de agricol.& cenſit.lib.11. Bald. ſibi contrarius in l. pupillorum, in fine principij, ff.de rebus eorum, in l.vltima, §.neceſſitate, col.5.verſ.& ideo,C.de bon.quæ lib.& c.primo, de tranſact. Caſt.in l.mandata,num.2.ff.de offic.eius. & ibi Dec.im memor eius quod aliàs dixerat, & ibidem Iaſ.parum ſibi conſtas, num. 10. dicens gloſ. ibi contrarium aſſerentem communiter * reprobari, vt dicit etiam Caſtr.d num.2.Roman. in rep.l.ſi vero, §.de viro, fall.12.num.61. ff.ſoluto matrim. Iaſ.in l.contra iuris, in fine, ff.de pact. vbi de * communi teſtatur. Ripa in l.is cui bonis,qui & ipſe * hanc communem eſſe dicit, n.47.ff.de verb. obligat. Petr. Stella in repetit. l.ſi duobus, §.ſi prius,num.25. ff.de bonorum poſſeſſ.contra tab.Ant.c.vt ſuper,ad finem.

nem. & ibi Io. de Imola, num. 9. de rebus eccles. non alien. Felin. cap. causam quæ, col. pen. in princip. de iudicijs, reprehendens Bald. contrarium sentientem in d. l. contra iuris. Augustin. Bero. cap. 1. num. 147. de in integr. restitut. Barbat. parum sibi constans, inter consil. Curt. sen. cons. 64. col. 20. Bald. cons. 475. quidam, col. 2. lib. 1. Socin. consil. 80. num. 12. præsens consultatio, lib. 4. Ruin. cons. 63. num. 12. cons. 69. col. 5. vers. nō obstat igitur. & cons. 189. n. 11. lib. 1. Natta cons. 631. nu. 35. lib. 3. vbi ✱ testatur de * communi. August. Bero. cons. 32. num. 2. cons. 83. num. 5. & consil. 183. num. 3. lib. 1. Roland. de Curt. cons. 123. num. 66. ad caus. vlt. volunt. Roland. a Valle cons. 99. num. 33. cum ✱ seq. & num. 38. testans de * communi, lib. 1. consil. 54. num. 42. lib. 2. & consil. 7. num. 26. lib. 3. Cephal. cons. 207. nu. 29. lib. 2. & nouissimè consulens egregius Franc. Bursat. cons. 82. nu. 21. lib. 1. vbi alios quàmplures citat, inquiens ✱ id de iure * communi seruari. excellentiss. Hierony. Gabriel. cons. 36. sub nu. 47. vol. 1. Hippol. Rimin. cons. 5. num. 90. lib. 1. Afflict. decis. 87. magnum est dubium. & Capic. decis. 113. in causa Baliorum. Bertachin. in tract. de episcopo, lib. 4. in 4. par. in tit. de potestate episcopi in tempor. circa res ecclesiast. numero 110. Fabian. de Mon. in tract. de empt. & vendit. 4. q. princip. vers. nonò quæro, sub num. 20. & in 9. q. 4. quæst. princip. Iacob. Menoch. de arbitr. iud. cent. 2. casu 171. extens. 14. num. 60. cū seq. lib. 2. & de remed. adipiscen. poss. remed. 3. sub num. 80. circa finem. & Pinell. in repetit. l. 1. par. 3. sub num. 31. C. de bon. matern. dicens opinionem ✱ istam * magis communem, & veriorem esse. Ioan. Ign. de S. C. Syllan. l. 3. §. eleganter, num. 101. & seq. Quæ quidem opinio lege & ratione optimè cōprobari videtur. Lege l. magis puto, §. si æs alienum, ff. de rebus eorum, vbi si tutores allegent expedire prędia vēdere, & vel alia comparare, vel certè istis carere prętor id eis permittere nequit: Ea autem est ratio, vt ibidē cauetur, quia prætori non liberū arbitriū datum est distrahendi res pupillares, sed ita demum, si æs alienum immineat; & inferius eodem §. iterum subdit Vlpianus, non enim passim distrahi iubere prætori tributum est, sed ita demum, si vrgeat æs alienum. Ponderando igitur dicta verba (sed ita demum) quæ bis in eodem §. repetita fuere, liquido constabit, vtilitatem non sufficere ad alienationem rei minoris, sed ita demum, si vrgeat æs alienum, ad hoc vt geminatio illa aliquid operetur, profectò geminatio qualitatis reddit qualitatē necessariam, glo. notab. in c. vt circa, in verbo (omnia, & singula) extra de elect. & sequitur Hippolyt. cum concor. per eum adductis consil. 11. num. 62. lib. 1. Ad id ponderari etiam potest l. ob æs, C. de præd. minorum. per quæ iura, quæ tam præcisè, ac determinatè loquuntur, voluit Rofred. in tractatu de libellis, par. 7. in rubr. de S. C. Clementiano, sub num. 4. vers. item admittunt,

126 † quod licet in d. l. ob æs, dictio, tantum, non determinet præcedentis, scilicet ob æs alienum tantum, sed subsequens, scilicet tantum causa cognita, durum tamen est (inquit ipse) contra stimulum calcitrare, cum dictis iuribus sæpè repetatur dictio, Ita demum, ac dictio, Tantum. Vnde apparet nō subsistere intelligentiam quam pro noua tradunt. Annibal. de Canon. & latiss. Alciatus, qui de ea plurimum gloriatur, lib. 4. Dispunct. cap. 5. quod scilicet dictio, tantum, non determinet precedentia, ob æs alienum tantum, sed subsequentia, scilicet tantum causa cognita; non aduertentes, quod ante eos eūdem intellectum ad d. l. ob æs considerauit antiquissimus Rofred. in pręcitato loco, & postea ab eo discessit, videns difficultatem aliorum iurium, quæ idē determinant quod d. l. ob æs, & tam præcisè ac clarè loquuntur vt cauillari aliquo pacto nequeant. Volui hæc obiter

obiter dixisse cum d.l.ob æs, sit de titulo ad istum tractatum pertinente. Secundò id probatur ex l.si fundus sit sterilis, ff.de rebus eorum, vbi licet fundus sit sterilis, saxosus, vel pestilens, nihilominus alienatio prohibetur. Azo in Sũma, C.de præd.minorum, num.2.quibus adstipulatur textus l.vltima, in fine, ff.de curator. furios. Hippolyt. Riminald.cons.5.nu.39.lib.1.Iacob. Cuiac.in exposit. nouellarum constitutionum, nouella 7. post princ.vers.& hæc quoque. Ratione demũ probatur, quia si subsistente necessitate nõ possunt res minorum immobiles alienari sine decreto, glos.in l.mãdata, ff.de offic.eius, latissimeq. diximus sup. lib.1. in princ. quanto minus propter vtilitatem minoris? quam rationem considerauit Ias. eam claram appellans, d.l.mandata, num.10. quæ quidem ratio optimè concludit non posse ob vtilitatem fieri alienationẽ sine decreto, sed quod mirabilius est, neque etiam cum decreto, cum id prætori denegatum sit, per ea quæ iam diximus, per quæ cũ hac opinione omnino pertranseundum censeo. Non obstant modò ea quæ sup. in contrarium adducta fuere, primò non debere in odium retorqueri quod in fauorem inductum est, quandoquidem etiam id quod res minorum distrahi nequeat, nisi ob æs alienum tãtum, fuit in minorum fauorem inductum; & licet alienatio, qua de agimus sit minori apprimè vtilis, adhuc tñ vtilitas non est sufficiens causa alienandi, cum magis fauorabile considerarint Legumlatores, minorum res alienari non posse, nisi ob æs alienum, quàm etiam in casu vtilissimo distrahere. Siquidem, ipsis rectè perspectum erat, in iuribus supra adductis vtilitatem minorum adesse, & nihilominus prohibuerunt prætori alienationem concedere. Nec etiã comparatio quæ secundo loco fiebat de ecclesia ad minorem quidquã communi opinioni refragatur, quippè respondetur Primò, negando ecclesiam etiam in casu sibi vtili posse alienationem celebrare absque solemnitatibus, c.sanè, 12.q.2.c.tua nuper, extra de his quæ fiunt a prælat. & Clementina 1. extra de rebus eccles. non alien. & faciunt quãplura adducta per Tiraquell. de legibus connub. gloss.8. num.57.cũ seq. & difusissimè Iacob. Philipp. Portius lib.4.commun.opin.cõclus.13. per totam.

127 Præterea respondetur, † diuersam esse rationem inter ecclesiam, & minorem: Nam cum ecclesia numquam possit effici maior, lex facilius dispensat, vt in casu sibi vtili possit distrahere, secus verò in minore, qui propter ætatem in breui efficietur maior; quam diuersitatis rationem tradidit Alberic. post Din. in l.si fundus sit sterilis, ff.de rebus eorum. Bart. in l.si pupillorum, in princip.ff.eod.in l.iubemus, num.7. & in Auth.quas actiones, num.1.C.de sacrosanct.eccl. Io. de Imola cap.vt super, nu.9.de rebus eccl.non alien. Rolan.de Curte d.cons.123.num.66. August.Bero.cons.83.num.16.vol.1.Hippolyt. Riminald.cons.5.num.106. lib.1. Frãc.Sarment. in tract. de redditib. ecclesiast.par.1.cap.2. num.24. & Capic.decis.113.num.7. Facit in simili gl. in l.nisi finita, in princ. ff.de tut. & rat. distrahendis. & sic satis est diuersa ratio inter ecclesiam, & minorem, licet Roman.in repetit.l.si verò, §.de viro, num.61.ff.soluto matrim. dicat, quod nũquam rationẽ diuersitatis videre potuit, licet multi multa loquantur. Ex qua diuersitatẽ videtur in dubium reuocari quod voluit Hippoly.Marsil. in tract.bannitorum, in verbo, Bona, numer.69. videlicet, minorũ bona vendi posse pro emendis bobus ad laborandum. argumen. eius quod dixit Angel. in Auth.de non alien.§.si enim, vbi dixit, quod administrator rerum ecclesiæ, potest alienare bona immobilia pro emendis bobus ad laborandum, vt & glos.ibi firmat, quod est notabile, & singulare dictum, & maximum nobilis,

bilis, ac placidè agriculturæ priuilegiũ, si ei diuersitas supra considerata non obsistat. Tertiò loco dict. §. eam transactionem, in quo tota præsentis indagationis difficultas consistit, nemo adhuc fuit qui rectè satisfecerit, & licet multi d. §. degustauerint, omnes tamẽ insolutum reliquerunt, vt ibidem Ias. qui cogitandũ reliquit, & solutionem commodè reperiri nõ posse, inquit ingeniosissimus Tiraquell. de legibus cõnub. glos. 8. num. 63. Duasq. dumtaxat solutiones reperi, quarum altera fuit Castr. d. §. eam transactionem, quod ideo ibi ita dispositum sit, quia textus vlterius procedit, id exprimendo; quæ quidem solutio fragilis est, cum d. §. nõ procedat per viam extensionis, sed per viam declarationis, a cessante ratione, iuxta c. cessante, de appell. & ita hanc solutionem reprehendit Tiraquell. d. gl. 8. num. 63. & ante eum Dec. (quem non allegat) in c. quæ in ecclesiarum, num. 28. de constitut. Alia fuit solutio, quod d. §. procedat in forma, seu solemnitate, priuato tantum fauore inducta, secus si publico, vt in alienatione rerũ ecclesiasticarũ, & minorum. ita soluit Io. Fab. in §. ne huius, Instit. de eo cui libert. can. cum qua solutione videtur pertransire Tiraquell. d. glos. 8. num. 63. & Felin. quem Tiraquellus non vidit, in cap. causam, num. 8. de empt. & vendit. Verùm, & hæc solutio, licet a nemine, quẽ viderim, improbetur, nihil valet, nullibi etenim isti probant, quod magis fauore publico sit inductum, ne minor sua bona alienet, quã quod ne quis de alimentis transigat, immò, si fauor publicus est prohibere alienationem minoribus, multo magis erit prohibita alimentorum transactio, ex qua hominis vita dependet. Bart. in tractat. de alimen. num. 33. & sic, vt vides, nemo adhuc rectè respondit d. §. eam transactionem. & miror equidem, quod tam graues viri qui de eo locuti fuere, aliquid boni non attulerint, & nescio quo pacto Pinell. in prǽcitato loco, vbi communem opinionem verissimam esse dixit, d. §. insolutum reliquerit.

128 Quamobrẽ ipse puto, † nouo quodam sensu d. §. intelligendum esse, & Primò præsupponendum est, vt dicitur in textu, quod eam transactionem oratio improbat, quæ idcirco fit, vt quis repræsentatam pecuniam consumat. Noluit enim oratio, vt ibidem subdit Vlpian. alimenta per transactionem intercipi; sed quando alimenta per transactionem non intercipiuntur, immò melior fit transigentis conditio, licitum est transigere etiam debita non interueniente solemnitate; secus verò est in minore qui alienare prohibitus est, etiam si melior sua conditio efficiatur, d. l. magis puto, §. si æs alienum, l. si fundus, & l. ob æs. Si autem quæras, (& in hoc consistit intellectus, seu responsio d. §. eam transactionem) cur sit quod minor non possit sine decreto meliorem suam conditionem efficere, cum id licitum sit de alimentis transigenti? & tunc respondeas, considerando rationem diuersitatis inter casum d. §. eã transactionem, & casum minoris, cum in d. §. appareat id esse vtile transigenti, & vlterius etiam concurrit perfecta animi discretio ipsius transigentis, qui cum sit maior, & per consequens habeat integrũ animi iudicium, non poterit facilè decipi; secus verò est in minore, in quo licet quid vtile esse appareat, poterit tamen aliquo alio respectu esse inutile, quod vtique minor carens iudicio cõsiderare nequit; & ideo inductum est, vt nec etiam in casu vtili alienare valeat. Præterea, & clarius, diuersitatis ratio apparet, siquidẽ transactio regulariter non fit, nisi de re dubia, l. 1. ff. de transact. cum igitur res sit dubia, permissum est transigẽti, vt etiã sine iudicis auctoritate transigat. Posset etenim esse, quod si de re dubia, & lite incerta transactio non fieret, quod ille contra se sententiam reportaret, cũ incerta sit victoria litis, vel iudicij, l. qđ debetur

debetur, ff. de pecul. Ideo non mirum si in casu in quo potest damnum consequi, si euidens consequatur commodum, id ei permittatur absque interuentu decreti, quę ratio cessat in minore, qui ob solam vtilitatem alienare nequit, iuribus iam supra adductis, & cũ in re quam distrahere cupit, nullũ dubium, nullaq. sit lis, nõ debet id ei permitti, contra iura id expressim firmantia, & ob dubium litis euẽtum permissum est etiam minori, quod possit compromittere, transigere, ac alia facere, vt dixi sup. lib. 2. tit. 6. inspect. 8. num. 87. Vnde nõ est mirum, si possit maior de alimentis transigere, etiam nulla interueniente solemnitate; & sic, vt vides, longè diuersus est casus d. §. eam transactionem, a casu nostro. & ita nouiter vltra omnes DD. intelligendo d. §. remanebit rectè defensa communis opinio, quod scilicet vtilitas non sit sufficiens causa interponendi decretum, vt rectè considerat Capic. d. decis. 113. & Natta d. cons. 631. nu. 35. Et ideo Bald. cons. 184. ad intelligentiam quæsitorũ, in fine, lib. 2. quem refert, & sequitur Natta d. cons. 631. nu. 18. scripsit, quod non est iusta causa alienandi res minorum, quia propter guerram steriles effectæ sint; nam ista sterilitas nõ habet perpetuam causam, sed addas tu, quod etiam si perpetuam haberet, alienari nequiret, d. l. si fundus sit sterilis.

129 Si tamen † cuiquam cõmmunis opinio videretur dura, possent distinctionis fędere istæ opiniones in concordiã reduci, quod scilicet prima opinio procedat in re sterili, quæ etiam sit dãnosa, vt quia res esset in æstimo pro re pretiosa, vel periculum esset amissionis ob circumstantes tyrannos; conclusio autem cõmunis habeat locum in re quæ non afferat commodum, neque incommodum. ita distinguit Alber. Bald. Ias. & Dec. d. l. mandata, & refert Capic. d. decis. 113. circa finem. Pro qua facit l. vlt. §. si autem æs alienum, ibi, (Steriles quidem, nõ autem inutiles.) C. de bon. quæ lib. Et in proprijs terminis facit. l. si fundus sit sterilis, in princip. in finalibus verbis, ff. de rebus eorum.

Hæc tamen quæstio super qua tantopere fatigantur Scribentes, elusoria

130 ferè reddi posse videtur. † Nam si alienatio euidenter erit vtilis minori, poterit vtique minor ratificare contractũ, adhibendo debitas solemnitates, quod denegatur aduersario, doctrina Innoc. quam cæteri sequuntur in cap. 1. extra de his quæ fiunt a præl. glos. in c. 1. extra ne sede vacan. Fulgos. quem sequitur Ias. d. §. eam trãsactionem, num. 2. vers. limita tamen. Petr. Stella in repet. l. si duobus, §. si prius, num. 30. ff. de bonorum poss. contra tab. Ruin. cons. 40. num. 7. & 8. & Franc. Bursat. consil. 82. num. 11. lib. 1. Matthesil. notab. 155. Nota, quod si minor, vbi afferit, quod si minor fiat perfectæ ætatis, poterit cogere aduersarium adimplere illũ contractum. Idem si adhuc durat minor, & sit paratus facere interuenire solemnitatem necessariam, arg. Inst. de auct. tut. in princ. & l. Iulianus, §. si quis pupillo, ff. de act. empt. Tiraquell. quamplurimis id comprobans, de legibus cõnub. glos. 8. quæst. 10. num. 92. cum seq. & in tract. le mort Saisit, par. 7. declarat. 1. nu. 6. Pinell. multa ad id allegans, in repetit. l. 1. par. 3. num. 32. C. de bon. matern. Cardin. Alban. in lucubrat. in Bart. ad d. l. magis puto, §. si pupillus, num. 8. inquiens tunc demum dici alienationem nullam sine decreto factã, si minor vult. nouissimè nouissimi Fiuizanenses in tract. de tut. & curat. numero 170. & Gugliel. Redoan. in tract. de alienat. rerum ecclesiasticarum, fol. 186. nu. 6. Cum igitur contractus claudicet, vt dicit Iureconſ. d. l. Iulianus, §. si a pupillo, non video ad quid deseruiat huiusmodi quæstio. Nam si minor animaduerterit alienationem euidenter sibi vtilem esse, poterit vtique tacere, vel debitas facere interuenire solemnitates, quæ in principio actus interuenire debuissent, vt colligitur

ex Matthesil.d.notab.105.aliàs eodem modò periclitaretur declaratio minoris,quo actus principalis.arg.l.doli,ver sic.idemq.ff.de nouat.Pinell.d.l.1.par. 3.sub num.36.vers.videtur tamē,quod cum denegetur aduersario,parum, aut nihil profectò intererit, contractus va leat, nec ne,cum ad libitum valeat minor,aut tacere, aut contractum confirmare,vel rescindere.

131 Quod tamen intelligas, † nisi pars aduersa ante actum consummatū opponat defectum solemnitatis, tunc etenim non erit electio personæ priuilegiatæ. ita notanter ex Baldo declarat Ias.in l.non eo minus, num.1.versic.limita,C.de procurat.Io.Lup.in repetit. rubr. de donat. inter vir.& vxor. §.63. num.7.Tiraquell.d.gloss.8.numer.88. Cassan.in consuetud. Burgund.rubr.4. §.1.nu.27.& Pinell.d.l.1.par.3.sub nu. 32.versic. hæc tamen, plura alia ad id congerens.

132 Secundò intelligas,† quod licet possit contractus claudicare, potest tamen pars aduersa agere, vt persona priuilegiata,in cuius fauorem actus irritatur, declaret,an velit stare conuentioni, an ab ea recedere. l.Iulianus, §.si quis colludente, ff.de act.empt.ibi, (Hactenus agendum,vt aut stetur emptioni,aut discedatur.)& in vers.seq. eiusdem §.agitur de minore circumuento. & idem respondetur, quem modum agendi alibi non reperiri asserunt ibi Castr. & Fulgos.Bald.in l.dolum, nu.2. vbi etiā Salicet. num.1. C.de peric. & com. rei venditæ.Ias.in l.transactione finita, ad finem, C.de transact. & §.actionum, num.42.Inst.de act.quos refert, & sequitur Pinell.d.l.1.par.3. nu.34.& seq. vbi latè pertractat de modo agendi d. §.si quis colludente. de quo latiss. Gabriel Saray.in addi.ad notab.Matthes. notab.155. Et notes, quod minor valet alieno nomine contrahere sine aliqua solemnitate, ad commodum aliorum sine damno tamen ipsius. Angel. Aretin. Roman. Alexand. & alij in l. quamuis, in princip. ff. de acquiren. possess. Roman. Alex. Ias. & Socin. in l.quæsitum,ff.de in ius voc.Hippol.Riminal. Inst.quibus alien.licet,vel non, §.2.nu.3. Cassan.super consuetud. Burgund.rub.4.§.1. in glos.contraulx, nu. 21.& 24.Marian.Socin.c.vt famæ, nu mero 78. de sent. excom. Tiraq. de legib.connub.glos.5.numero 172.Quod adeò verum est, vt etiam si minor donaret,vel venderet res Titij,de consensu ipsius Titij, cui postea minor succedat, adhuc tamen nequeat talem alienationem,seu donationem sine debita solēnitate celebratā infringere. doctr. Baldi in l.vlt. in fi.C.de pact. quam sequitur ibidem Ias. in 7. not. per illum text. Alex.cons.215. ponderatis narratis in themate, col.1.lib.6.& Tiraquel. de legibus connub. gloss.8. num.178. Talis etenim distractio non accipit robur ex promissione minoris,sed ex cōsensu maioris, ex quo principaliter dependet.

INSPECTIO XVIII.

IVRAMENTI materia quam in hac postrema inspectione aggredimur, admodum frequens, & perutilis est, necnon in praxi apprimè commendabilis, cū nullus ferè hodie celebrari soleat contractus quin iusiurandi religione munitus sit. Pro huius itaque materiei aperti ri, amplioriq. explicatione diligentiss.discutiendum est, Numquid verum sit,id quod passim tradunt

133 Scribentes,† quippè minoris contractum iuramento firmari, etiam quod debitæ non intersint solemnitates;qua in re duæ sunt contrariæ opiniones, Quarum altera est, Iuramentum decreti, vel curatoris defectum minimè supplere,vt videntur sensisse Bulg.Cin. cæteriq. Vltramōtani omnes, in Auth. sacramenta puberum, C.si aduers.vendit. dum intelligunt d.Auth. obligare minorem quando iudicis decretum, curatorisq. interuenit auctoritas,quippe,

pè, quod tollat beneficium restitutionis, si vero prędicta non interuenerint, iuramentum nihil operabitur. Pro qua opinione quamplura possent adduci, sed tria sunt potissimum, ex quibus pręsens hæc q. dubia reddi videtur.

Et Primò minor absque iudicis, curatorisq. auctoritate alienare nequit, l. 1. & toto tit. ff. de rebus eorum. ideo d. alienatio cōtra generalem legis prohibitionem facta, dicetur nulla, iuramento non obstante. Cui tamen obiecto facillimè respōdetur, siquidem quod non procedat quoties interuenit
134 iuramentum. † Nam dispositio simpliciter loquens, non censetur disponere in materia iurata, nisi de iuramento fiat expressa mentio. gloss. in c. cum non deceat, de elect. in 6. & ibi Ioan. And. Innocent. c. cum inter, in fine, de renunc. Alex. consil. 38. col. 2. vol. 3. Neuizan. consil. 98. num. 51. & Ant. Gabriel. latiss. in suis conclusionibus, in tit. de iureiurando, conclus. 5. & lib. 6. tit. de statutis, conclus. 11. num. 4. Secundò, decretum (vt millies diximus) adinuentum fuit, ne deciperentur minores, quæ quidem deceptio difficillimè euitari poterit si iuramento decreti de-
135 fectus suppleatur: † Cum eadem facilitate qua minor inducitur ad cōtrahendum, inducatur etiam ad iurandum; eademq. imbecillitas quæ inest contractui, censetur etiam inesse iuramento. argum. l. doli, versic. diuersum, ff. de nouat. & ita in minore arguit Abb. in disputat. stante statuto, sub 2. membro distinctionis primi dubij. Bart. in l. si ex cautione, ad finem, C. de non num. pecun. & consil. 88. num. 3. in quæstione inter Franciscum. Anchar. cōs. 338. visa copia, num. 2. Socin. iun. consil. 48. num. 36. vol. 1. Ruin. consil. 135. col. fin. libro 1. Crauetta consil. 192. num. 9. Neuizan. consil. 22. num. 10. Illustris præceptor meus, nobilissimi, augustissimiq. Perusini Gymnasii lucidissimū sidus, Rainaldus Rodulphius in quodam suo responso incip. ad primum respondeo. & Grammatic. decis. 76. num. 16. cum seq.

136 † Insuper licet iuramentum repręsentet maiorem, ipsum minorem non tamen facit eum sagacem, nec prudentem. Bald. ad rubr. C. de rerum permutat. vers. item quæritur. Ruin. consil. 60. sub num. 25. Dec. consil. 45. nu. 1. & consil. 180. in fi. quos sequitur Cephal. cōs. 207. nu. 62. lib. 2. Non debet igitur minor iuramēto obligari, ne de facili decipiatur, si non interueniat decretum. Et huic quoque argumento, quod multū videtur stringere, responderi potest, quod cesset eadē ratio fragilitatis propter auctoritatem iuramenti, eiusq. reuerentiam, per quam non est dicendū, minorem ita facilem fore ad iurandū, sicut ad alienandum, prout considerat Imol. c. cum contingat, num. 90. de iureiur. & Aretin. §. 1. col. fin. Inst. de donatio. Ad iuramentum etenim præsumitur quis magis deliberatè accedere, & sic cessat eadē ratio fragilitatis. Butr. & Imol. c. si diligenti, de foro compet. Archid. c. 2. de pact. in 6. Alex. in rubr. de verb. obligat. in fine, & consil. 42. col. 4. vol. 1. Curt. consil. 43. num. 12. quos refert, & sequitur Riminald. Inst. quibus alien. licet, vel non, in princip. nu. 215. Adducitur tertiò l. non dubium, C. de legibus. Respondetur huic Cæsarum rescripto, vt procedat in perpetuò prohibitus a iure ciuili, sed in casu nostro minor non est perpetuò prohibitus, sed ad tēpus, multisq. ex causis alienatio conceditur. l. ob æs, C. de præd. minorum, cum similibus. ita respondet Accursi. d. l. non dubium, & l. 1. ff. de iureiur. Quæ tamen responsio non videtur tuta, & eā reprobat Io. Ign. d. l. non dubium. Quamobrē aliter respondeas ex intentione Salic. d. Auth. sacramenta puberum, num. 10. vers. ad l. non dubium, ꝙ ea loquatur in contractu ipso iure nullo, iure communi; secus verò quādo nullus est speciali beneficio ætatis, maiorem solemnitatem requirētis, quàm ius cōe. Facilius namque tollun-

tur iura specialia, quàm cōia, §. quia verò, Auth. de non alien. aut permutan. rebus eccl. l. eius militis, §. militia missus, ff. de milit. testam. & ante Salic. ita respōdit Bald. l. 1. ff. de iureiur. & sequitur Franc. Curt. in repetit. d. Authen. sacramenta puberum, num. 30.

137 † Contraria itaque succedit opinio cōmuniter ab omnibus recepta, quod per iuramentū, iudicis, curatorisq. suppleatur auctoritas, glos. in l. 1. & in Auth. sacramenta puberū, vbi Bart. Bald. Cast. Salicet. Ias. Corn. Frāc. Curt. Curt. iun. cęteriq. ferè omnes citramontani, C. si aduers. vendit. Din. in c. non est obligatorium, circa medium, de reg. iur. in 6. Dec. in c. sicut, nu. 105. de probat. Abb. Io. de Imola, Felin. Alciat. nu. 113. vbi de * cōi testatur, cæteriq. cōiter in c. cū contingat, de iureiur. & ita practicare vniuersum mundū, hancq. * cōem esse dixerunt Salicet. & Ias. d. Auth. sacramenta puberū. Nicol. de Neap. in l. 1. in princ. ff. de reb. eor. Bald. in l. 1. circa mediū, vers. liberationes ergo, C. si aduers. transact. Io. de Plat. Io. Faber, Aretin, & Hippoly. Riminal. nu. 24. in §. 2. Inst. quib. alien. licet, vel non. addit. ad Bart. ad l. lex quæ tutores, in vlt. addit. C. de admin. tutorum. Ant. de Petrut. in repetit. l. 1. effectu 8. iuramenti, ff. de iureiur. inquiens hanc opinionem * cōmunem esse, & ita de consuetudine seruari. Vbalionus de Mōte Biano nobilis Perusin. ad interpretationem l. si curatorem habens, circa finem, C. de in integ. restit. minorum, & in d. Auth. sacramenta puberum, super qua longam facit repetitionem, cuius interpretationes habui manuscriptas. Angel. consf. 160. vers. super tertio, col. 3. Domina Catharina. Aretin. consf. 22. num. 8. Abb. consil. 39. lib. 1. Anchar. consf. 338. num. 2. visa copia. Stephan. Bertrand. consil. 148. num. 7. vol. 2. Castr. consil. 141. col. pen. versic. sed iuramentum, visis, & consideratis. Alexan. consil. 53. num. 4. cum seq. visis, & ponderatis, vol. 3. Corn. consf. 36. num. 8. cum seq. in hac consultatione, consf. 69. nu. 35. consf. 109. in fi. videtur prima facie. & consil. 186. num. 17. vol. 2. & consf. 71. num. 9. quod nō valeat alienatio, vol. 3. vbi inquit hanc sententiam * communē esse, & totū mundū eam seruare. Barth. Socin. consf. 139. in princ. & num. 5. præsentis consultationis, vol. 2. testans de communi. * Dec. consf. 31. col. 1. in fi. & consf. 181. col. 2. Ripa responso 4. tit. de donat. Iacob. Mandell. consf. 11. nu. 3. Crau. consf. 7. in fine. Hieronymus Gabrielius inter excellentissimos Vrbis aduocatos præclarissimus, consf. 13. nu. 2. cum seq. & consf. 127. num. 7. & 8. vol. 1. Cephal. consf. 207. num. 8. & seq. lib. 2. Augast. Bero. con. 154. num. 8. & seq. lib. 1. & in quæst. familiar. quæst. 27. Abb. in quæst. stante statuto, numer. 4. vers. in cōtrarium. Rofred. in tract. de libellis, par. 7. in rubr. de S. C. Clementiano, in fine, & in rubr. Constitutio Federici Imperatoris, num. 21. Petr. de Vnzola in practica artis notariatus, in rubr. An de contractibus suis teneatur pubes respondere, num. 4. & in exposit. Auth. sacramēta puberū, quam ponit post rubr. vltimus casus in quo minor non restituitur, nu. 4. vers. & quo ad exceptionem. Bertachin. in repertorio, in verbo, alienatio, nu. 50. vers. fallit. Practicus Papiensis in forma libelli quo agitur ad restitutionem in integrum, in fine. Ant. Gomez. de contractibus, cap. 14. nu. 18. Iodoc. Damhouder. in pupillorum patrocinio, in tit. de tutorum, & curatorum mun. cap. 7. nu. 48. Stracca in tract. de mercat. par. 3. nu. 32. moderni Amerin. in trac. de patria potestate, effectu 4. num. 46. & seq. vbi de * communi testatur, moderni Fiuizanens. in tract. de tut. & curat. nu. 168. Hippol. Marsil. in tract. bānitorum, in verbo alienata, num. 75. Franc. Marci in decis. Parlam. Delph. quæst. 477. in princ. par. 1. & Enerardus in loco, a vi, energia, seu efficacia iuramenti, nu. 3. & 7. Ex quorum auctoritate dubitari minimè potest, quin hęc opinio cōmunis sit,

nis sit, quę clarissimè probatur d. Auth. sacramenta puberum, secundum communem intellectum.

Eaq. potest huius decisionis consi-
138 derari ratio: † quia iuramētum facit minorem haberi pro maiore, secundū gl. & DD. d. Auth. sacramenta puberū. glos. in l. 2. C. de rescind. vendit. Abb. disputat. 2. incip. stante statuto, num. 20. vers. quarto iuramentum. Alex. consil. 27. col. 2. lib. 1. Natta cons. 631. num. 8. lib. 3. Cephal. consil. 207. num. 7. lib. 2. Collegium Aduocat. Curial. pro Marchia, cons. 150. num. 17. inter cons. crimin. diuersorum, tomo 1. Euerardus in loco, a vi, energia, seu efficacia iuramēti, nu. 2. & Moderni Assisienses in decis. causarum Perusinarum, decis. 54. num. 3. par. 1. Item, in spiritualibus minor reputatur maior, c. vlt. de iudic. in 6. Sed iuramentum est quid spirituale, cum quis obligetur Deo, & consistat in maxima religione; ergo illius prætextu reputabitur maior, & per consequens poterit sine decreto distrahere. Et notes, quod totum hoc tribuendum est præd. Auth. sacramenta puberum: Nam ante dictam constitutionē, si minor vendidisset sine decreto, dominiū in emptorem haud transtulisset, immò etiam si decretum interuenisset, sed necessaria in eo requisita non interuenissent, adhuc tamen posset minor vindicare directa rei vindicatione, & actionem etiam habere contra tutorem, l. magis puto, circa finem, ff. de rebus eorum. & ita scripsit Rofred. in tract. de libellis, par. 7. in rubr. Constitutio Federici Imperatoris, in fine. Quæ conclusio ita fortiter firmata, ampliatur, ac etiam limitatur plurimis modis.

139 Ampliatur Primò, † vt procedat nō solum in pubere maiore 14. annis, sed etiam in impubere minore, qui sit proximus pubertati, secundum Bart. num.
✱ 9. inquiēs ita DD. * communiter tenere. Salicet. num. 8. Castr. num. 6. & Ias. qui id latissimè disputat, num. 15. in d. Auth. sacramenta puberum, vbi etiam Franc. Curt. nu. 17. cum seq. & nu. 26. in fine, vbi post longam disputationē inquit, quod durum esset in iudicādo ab ista opinione recedere. Bart. in §. præterea. num. 2. Inst. quibus non est permissum facere testam. Bart. & Salicet. in l. qui iurasse, in princip. ff. de iureiur. Roman. in l. is cui bonis, & ibidē Rip. sub nu. 58. de verb. oblig. Cagnol. in l. pupillus, ff. de reg. iur. Hostien. Io. And. Imola, & Alciat. in c. cum contingat, num. 91. vers. quartò infertur, de iureiur. glos. & communiter DD. in c. 1. de delict. puerorum. Paul. de Alcazar. & Geminian. in c. quamuis, de pact. lib. 6. Archidiac. in cap. 2. & c. quamuis, eo. tit. Abb. cōs. 108. illud in effectu quæritur, vol. 2. Corn. cons. 258. incip. quamquam, lib. 4. & cons. 36. num. 9. cum sequen. in hac consultatiōne, vol. 2. Ripa respon. 4. in princ. in tit. de donat. Ferānd. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 28. nu. 60. facundissimus Castald. in tract. de Imperatore, quæst. 73. nu. 3. Afflict. decis. 322. num. 5. Mandos. in tract. de ætate minori, quæst. 9. num. 3. & Ant. Gomez. de contractibus, c. 14. sub nu.
✱ 18. vbi hanc esse * communem opinionem testatur, & consulendo, & iudicādo ab ea non esse recedendum dicit, licet in puncto iuris d. ampliationem falsam esse ostendat, & vrgentissimis quidem medijs. Ideoq. nonnulli contrariū sensere, vt fuit Fulgos. cons. 237. in-
✱ quiens, in hanc sententiam * communiter itum esse. & Alciat. qui alios adducit, d. c. cum contingat, nu. 91. & seq.
✱ dicens hanc esse * magis communem sententiam; quod est magnum verbū, & crederem profectò ipsum decipi, quādoquidem si rectè dinumerabitur numerus, ac ponderabitur Doctorum auctoritas, apparebit magis cōmunem esse præcedentem, quæ videtur nō dubiè probari in c. ex litteris, el 2. de spon. salib. iuncto c. 1. de delict. puerorum. siquidem in materia iuramenti standū est iuri canonico, cap. 2. de iureiuran. in 6. sed de iure canonico impubes doli

capax obligatur iuramento, d.c. ex litteris. Præterea, in iudicando, in dubijs opinionibus, prout est ista, debet teneri illa opinio quæ sanet animæ, & religioni, l. sunt personæ, ff. de relig. & sum ptibus funerum. & arg. c. vlt. de re iud. Ex quibus omninò concludendũ censeo, minorem doli capacem obligari iuramento. Castr. tamen consil. 105. si non interesset iuramentum, par. 2. de hoc latè disputat, & postmodum concordando opiniones distinguit, quam distinctionem poteris apud eum videre, ac etiam Ioan. Siccard. ad d. Auth. sacramenta puberum, num. 26. cum seqq. distinguit inter ius ciuile, & canonicum.

140 Ampliatur Secundò,† vt procedat etiam in pubere muto, quia & ipse intelligit per signa, ex quibus poterit iurare, cum verborum expressio non sit necessaria. Iacob. Petr. & Cin. d. Auth. sacramenta puberum. & ibidem Salicet. num. 9. & Corn. in repetit. num. 10. pro quo facit l. discretis, vers. sin autem, C. qui testamenta facere poss.

141 Ampliatur Tertiò,† vt id locũ habeat, non solũ in cõtractibus proprijs, in quibus hinc inde oritur obligatio, sed etiam in improprijs, & sic in donatione, stipulatione, & similibus. gl. Bar. num. 18. Salicet. num. 12. Ias. num. 71. Curt. iun. num. 127. & alij DD. omnes d. Auth. sacramenta puberum. Alex. in l. Põponius, §. preterea, num. 7. ff. de acquir. poss. Aret. Felin. & Dec. c. in præsentia, in vltim. notab. extra de probat. Alexan. cons. 125. col. 6. & seq. vol. 1. & cons. 39. col. fin. vers. nec etiam posset, vol. 4. Corn. cons. 238. quamquam, lib. 4. Soc. cons. 279. visa donatione, lib. 2. Ripa responso 4. in princ. tit. de donat. Dec. cons. 180. col. 3. vers. accedit quod in iuramento. & consil. seq. vers. & hoc * confirmatur, vbi testatur de * communi. August. Bero. cons. 154. num. 8. vol. 1. Practicus Papiensis in forma libelli quo petitur restitutio in integrũ, in verbo, iurauit, nu. 4. & latissimè Ant. Gabriel. in suis conclus. tit. de minoribus, conclus. 5. num. 5. vbi infinitos congerit duobus modis id declarans, licet etenim d. Authen. sacramẽta puberum, loquatur duntaxat in contractibus,

142 † Contractus tamen appellatione cõtinetur etiã donatio & stipulatio, l. si donationis, C. quod met. causa. l. si quis emptionis, C. de præscript. 30. ann. & l. contractus, C. de fide instrumentorũ. & ideo dicit Rofred. in suis libellis, vt referunt Bart. Salicet. & Ias. d. Auth. sacramenta puberum, quod ea locum habeat ẽt in cõtractibus improprijssimis, vt super quacumque obligatione iuretur, siue personali, vel reali, dicẽs, quod istud verbum (contractus) in d. Auth. latiss. accipitur, sicut in l. omnem obligationem, ff. de iudic. & l. quæsitum, ff. de fide instrumentorum. Licet enim tractetur de odio respectu bonorum temporalium, tamen principaliter tractatur de fauore, nempè, de salute animæ, quæ cunctis rebus præferenda est. l. sancimus, C. de sacrosanct. eccles.

143 Ampliatur Quartò, † etiã in quasi contractu, vt putà, in aditione hæreditatis, & similibus. Si igitur minor sine curatore adiret hæreditatem, & iuraret, quamuis non interueniant debitæ solemnitates, & fuerit etiam læsus, non restituitur. glos. magna, in vlt. sui parte, in d. Auth. sacramenta puberum, dum allegat l. 3. §. idem scribit, ff. de pact. Ias. d. Auth. num. 73. ver. adde quintum, & Bertrand. cons. 87. num. 10. vol. 3.

144 Ampliatur Quintò, † vt id procedat non solum in cõtractu, sed etiam in distractu, vt in liberationibus, & quietationibus factis per adultum cum iuramento. glos. in l. 3. §. contrarium, ff. de contrar. & vult act. quã sequũtur Bart. nu. 20. Salicet. n. 17. Ias. nu. 72. cæteriq. omnes in d. Auth. sacramenta puberũ. Imol. post Ang. qui dictam glos. singularem appellat, in l. Pomponius, §. si is qui precario, in fine, per illum textum, ff. de acquir. possess. Bald. in rubr. & in l. 1. C. de pact. & in l. siue apud acta,

C. de

C.de transaction. & in l.pactum, 21. quæst. C. de collat. Alex. in l. Pomponius, §. præterea, vbi de * communi testatur, ff. de acquir. possess. & Ant. Gomez. de contractibus, cap. 14. sub num. 18. vers. sexto extende. Eaque potuit esse ratio, quia liberationes species sunt conuentionis, l. 1. §. conuentionis, ff. de pact. & sic sunt contractus liberatorij, adeò, qd' ex liberatione insurgit quoddam tacitum pactum de nõ petendo, cum duarum sit, pluriumvè placitum & consensus, l. 1. ff. de pact. Idq. quod dicitur in contractu, locum habet & in distractu, l. Pomponius, §. is qui precario, ff. de acquir. poss.

145 Ampliatur Sextò, † etiam si iuramẽtum non interponeretur in ipso contractu, sed ante, vel post. gl. in d. Auth. sacramẽta puberum, in verbo, (Super) quam sequuntur ibidem Bart. nu. 10. Ias. num. 26. Curt. iun. num. 22. & alij communiter. & Ant. Gomez. in tract. de contractibus, cap. 14. sub nu. 18. versic. secundò extende.

146 Ampliatur Septimò, † etiã in contractu turpi, nam & ille iuramento firmatur, secundũ Bart. in d. Auth. sub nu. 18. & ex mente Rofredi, & potest exẽplificari, licet ipse non dicat, in c. debitores, extra de iureiur. vbi iurans soluere vsuras, tenetur adimplere iuramentũ, & sic eas persoluere, licet possit postea repetere. Nec mouet c. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. cum ibi not. quia illud procedit, quando iuramentum continet turpitudinem ex parte iurantis, secus si solum ex parte recipiẽtis, vt in casu d. c. debitores. & ita declarat Abb. in c. 1. in fine, extra de pact. & repetit Felin. d. c. debitores, num. 3.

147 Ampliatur Octauò, † etiam si in iuramento non interueniret præsentia alterius contrahentis. Bart. d. Auth. sacramenta puberum, num. 12. glos. in cap. quoties, in verbo, (vt potè,) prima q. 3. idq. comprobat Ias. in l. stipulatio ista, §. alteri, num. 4. post Alex. & alios ibid. ff. de verb. obligat. & est * communis opinio, licet nonnulli contrarium senserint, vt testatur Alciat. c. cum contingat, num. 109. de iureiur. Euerard. in loco a vi iuramenti, nu. 10. Siquidem in actibus qui dependent ex sola voluntate vnius, non requiritur partis præsentia, vt in ratihabitione, l. Pomponius scibit, ff. de negoc. gest. Sed iuramentũ est huiusmodi, vt per Bart. d. Auth. nu. 13. meritò. Item iuramentum præstatur Deo, c. debitores, extra de iureiu. Deus autem supplet absentiam, cum vbique præsens sit, l. properandum, §. cum aũt, C. de iud. c. secundũ, de pact. in 6. Non obstat modò textus in l. certũ, §. si quis absente, ff. de confess. quem pro cõtrario allegauit Bart. in præcitato loco, siquidem respõdetur, licet ipse nõ dicat, quod ille textus loquitur de iuramento promissorio simpliciter, ꝙ per se non obligat, l. si quis pro eo, ff. de fideius. Cõclusio autẽ nostra loquitur de iuramento promissorio lato ad confirmationẽ, quod per se obligat, vt tradit Bart. in d. Auth. in prima oppositione. Bona tñ erit cautela, quod si non possit præsentia partis haberi, vt iuretur in manibus tabellionis, vel alterius publicæ personæ, qui acceptet iuramentum pro ipso qui super eo prætenderet interesse, vt post Cin. tradit Ias. in d. Auth. sacramẽta puberum, num. 75.

148 Ampliatur Nonò, † non solũ in minore contrahente, & iurante, sed etiam si alicui contrahenti cõsentiret, vt puta, filius minor consentit patri alienanti, & iurat non venire cõtra, & licet filius alienare nequeat bona aduentitia etiã cum iuramento, tñ poterit consentire patri alienãti, l. vlt. §. filijs autem, C. de bon. quæ lib. & casu quo consentiret patri iurando, excluditur a retractando, gloss. singularis in §. sed sancitum, in verbo, neque scriptum, in Authen. de nupt. col. 4. quam Angel. ibidem sequitur, multum eam commendans. Ias. d. Auth. sacramẽta puberum, num. 74. dicens d. gloss. esse valde singularem, & ibi Franc. Curt. in repetit. numero 47.

in fine, vbi d. gl. auream esse dicit. quod adeò verum est, vt non solum restitui non possit, sed nec etiā poterit propter iuramentum allegare metum reuerentialem patris. gl. d. §. sed quod sancitū. & dicam infra, limit. 11. nu. 179.

149 †Ampliatur Decimò, siue minor iurauerit non retractare, siue quibuscumque verbis, ipsius contractus confirmationem denotātibus. Bar. post Rofred. num. 24. Ias. nu. 28. & cæteri DD. in d. Auth. Quod comprobatur ex regula illa, quod vbi quid nō reperitur pro forma, nō refert si ex æquipollētibus fiat. l. si mater, C. de institut. & substitut. latè Euerard. in sua centuria, in loco ab æquipollentibus. Sed nulla reperitur data forma circa cōceptionem verborum, quādo præstatur iuramentū. Ergo poterit quibuscumque verbis præstari.

150 †Ampliatur Vndecimò, vt nō tantum procedat quando iuramētum interponitur super contractu rerum suarum, sed etiam si interponeretur super re aliena: Nam licet hęc verba, meum, tuum, suum, & alterius, requirant etiā, ad aliquem rem iure dominij pertinere, vel quasi, vel alio iure, l. 2. C. de condit. instit. & l. 2. ff. de religios. & sumpt. funerum. debet id tamen intelligi (super contractibus rerum suarum.) hoc est, super contractibus obligationum suarum. Vnde, licet res sit aliena, si tamen obligatio sit sua, conualidatur cōtractus, & impeditur restitutio. ita voluit Rofred. in tracta. de libellis, par. 7. in rubr. Cōstitutio Feder. Imperatoris, num. 11. quem refert, & sequitur Bart. num. 23. in d. Auth. sacramenta puberum, vbi etiam Sali. num. 18. Ias. num. 27. & Franc. Curt. in repetit. nu. 15. militat etenim & isto casu ratio periurij; potestq. ampliatio ista altero de duobus modis exemplificari, & Primò ex intentione Salic. d. nu. 18. quando minor pro alio fideiusserit, et iurauerit nō contrauenire, iuramētum namque habebit sibi obstare. Ias. verò & Frā. Cur. vbi supra, exēplificāt quando res aliena possideretur a minore bona fide, ita, quod ei cōpetat publiciana, & tunc sicut prohibetur alienare sine decreto, ita etiā res alienas bona fide possessas, l. magis puto, §. 1. & ibi gl. ff. de rebus eorum. de quo latè diximus supra eod. ti. inspect. 8. num. 60. & vtrumque exēplū poterit d. ampliationi conuenire. Et qđ quemadmodum contractus factus a minore de rebus proprijs, redditur inexpugnabilis ratione iuramenti, idem sit in contractu facto a minore de re, quam bona fide possidet, vt etiam tūc reddatur inexpugnabilis ratione iuramenti, dixit Vasq. de success. creat. §. 10. num. 72. ampliat. 10. lib. 1.

151 †Ampliatur Duodecimò, vt id locū habeat etiā quod iuretur per procuratorem, cap. in appellatione, extra de iurament. calum. lib. 6. & c. præsentiū, de testibus, pariter lib. 6. per quæ iura, ita tenet Salicet. in d. Authen. nu. 19. & Corn. in repetit. num. 11. Anton. Gabriel. in suis conclus. lib. 2. tit. de minoribus, num. 21. ampliat. 10. quod dicit ipse procedere attenta dispositione iuris canonici, licet forsan aliud dicendū, attenta dispositione iuris ciuilis. & Anto. Gomez. de contractibus, cap. 14. sub num. 18. vers. septimò.

152 †Ampliatur Decimotertiò, vt id procedat non solū in contractibus, sed etiā in iudicio. Vnde, si minor 25. ann. habens curatorem, sine quo non habet legitimam personam stādi in iudicio, l. 1. & toto titu. C. qui legit. person. non hab. si comparet in iudicio, iuretq. nō contrauenire iudicio, seu sententiæ, per tale iuramentum cōualidatur iudiciū. ita sentit glo. 3. in fine. Salicet. num. 15. Ias. num. 76. vbi dicit cum d. glo.* omnes tenere. & Corn. in repetit. num. 15. vbi de communi testatur in d. Authen. sacramenta puberum. Specula. in ti. de act. §. 1. versicul. quod si minor. Barto. in l. minor 25. ann. ff. de procur. & in l. minor 25. ann. omissam, ff. de minoribus. Ias. in l. 1. numero 60. ff. si quis in ius vocat. non ierit. Anto. de Petrut. in repetit.

repetit.l.1.effectu 70.iuramenti,ff.de iureiur.Imol.d.c.cum contingat,num.
* 62.vbi de * communi testatur.Anton. Gomez. de contractibus, capit.14.sub numero 18.versic.octauo.& Capella Tolos.quæst.45.Eaq. potuit huius ampliationis esse ratio,quia in iudicio quasi contrahitur,l.3.§.idem scribit, ff. de pecul.l. 2. in fine,& ibi glos.ff.de præst. stipula.meritò eadem fit dispositio quę in contractu,cum valeat argumentum de contractibus ad iudicia, l. non est mirum, ff. de pignorat. act. Et d. ampliationem perpetuò esse notandam, & numquam obliuiscẽdam inquit Ias. in d. Authen. numero 77. versicu. no-
153 ta perpetuo.† Ex ea enim elicitur mirabilis cautela, & practica,quando minor comparet in iudicio sine curatore, vt facias eum iurare de non veniendo contra processum & sententiam,quia tunc valet iudicium, sententia, & processus: ex quo sequitur limitatio ad totum titu.C. qui legit.person. non hab. Declaratur ampliatio ista pluribus modis, vt per Bartol.consi.101.Gerardus de Tuderto, quem refert Ias. d. Auth. numero 78.& Corn. in repetit.numer. 26.cum seq.vbi plures declarationes refert, nonnullisq. modis eam declarat Gabriel.libro 2.tit. de minoribus,conclus.5.num.12.

154 †Ampliatur Decimoquartò, vt ex illo contractu confirmato detur actio, & exceptio,secundum glos. in d.Auth. in verbo,custodiantur, quam sequitur Bartol.ibidem,num.25.& alij DD.omnes,arg.l.statuas,ff. de acqui.rerum domin.& facit quod de stipulatione alteri facta notat Bartol.in l.si quis pro eo, num.6.ff.de fideiuss. & Ias.in l.stipulatio ista,§.alteri, nu.4. de verb. obligat. Item facit id, quod de pacto nudo cõfirmato iuram. tradunt DD. per illum textũ in l.si quis maior, C.de transact. & Ias.in l.iurisgentium,§.sed cum nulla,in 11.limit.ff.de pact.

155 † Ampliatur Decimoquintò, hoc adeo verum esse, vt minor neque etiã possit petere absolutionem à iuram.ad rescissionem ipsius contractus. Cast.d. Auth.num.9.& est ex mente Bart.in l. si quis pro eo, in 5.casu, ff. de fideiuss. prout deducit ponderando eius verba Abb.in c.cum contingat,num.21.vers. & animaduertendum,& num.22.ver. octauus casus,extra de iureiur.& in sua disputat.incip. stante statuto,sub num. 20.& seq.vbi refert ferè omnia quæ dixit d.cap.cum contingat, Petr.de Anchar. cap.1. extra de constitut. Alciat. d.cap.cum contingat,num.77.& Aug. Bero.cons.16.num.10.lib.1.Immò,et petita absolutione a iuramento cõtractus firmus remanet, & est necesse recurri ad restitutionem in integrũ, iuxta notabilem declarationem Corn.distinguenti in cons. 287.col.pen. & fin. vol.4. Quod aut contractus sustinebatur solo iuramento, & tunc illo sublato annullatur contractus, aut contractus sustinebatur ẽt alio iure,& tũc ẽt remoto iuramẽto contractus est seruandus.

156 Ampliatur Decimosextò,etiam stãte statuto annullante contractum minoris sine solemnitate ab eo requisita celebratum;& sic licet cũ prohibitione legis concurrat etiam statutum, adhuc tamen confirmabitur cõtractus, si per minorem iuratum fuerit. Alexan.cons. 53.col.4.vers.aut non interuenit,vol.3. quem sequitur Ant.Gabriel. tit.de minoribus,conclus.5.nu.9.& Hieronym.
157 Gabriel.cons.127.nu.16.vol.1.†Qđ manifestè ea probatur ratione: Nam statutum simpliciter annullans contractum,non habet locum in iurato, glos. notab.in c. cum non deceat, de elect. in 6.Alex.cons.27.col.fin.vol.1.Rom. cõsi.343.444.& 446.Paris.qui alios refert consi.16.num.88.volum. 2. Ruin.
* consi.100.nu.8.vol.3.vbi de*communi testatur.Gozadin.cons.16.nu.5.vbi
* & ipse quoque testatur de *communi, & Ant.Gabriel.latissimè pluribus modis id declarans,lib.2. suarum concl.tit. de iureiur.conclu.5.& Hieronym. Gabriel.d.cons.127.nu.17.

Amplia-

158 † Ampliatur Decimoseptimò etiā si minor blanditijs, vel suasionibus inductus sit ad iurandum. Nam adhuc iuramento firmatur contractus, vt per Iaco. de Belui. in cap. 1. §. item sacramēta, circa finem, de pace iuram. firm. quē refert, & sequitur Anto. Gabriel. lib. 2. suarum conclus. tit. de minoribus, conclus. 5. num. 30.

159 † Ampliatur Decimooctauò, etiam quod ipse minor nō fuerit certioratus tempore iuramenti de beneficio restitutionis sibi competētis. ita voluit Bar. dicens se ita consuluisse in d. Authen. sacramenta puberum, numer. 16. vbi ita ✳ communiter * seruari inquit, & ibi Salicet. nu. 20. Castr. cæteriq. omnes magis communiter, & præcipuè Ias. num. ✳ 54. cum seq. vbi dictā opinionem * communem asserit, & temerarium esse ab ea recedere, inquit. Barto. & Angel. in l. 2. C. de rescind. vendi. & in l. sciendū, numer. 8. ff. de verb. obligat. vbi Angel. Aretin. Cin. & alij. Bartol. in l. duo patroni, num. 60. ff. de iureiur. & ibi Salicet. Castr. Fulgos. Alexand. numer. 34. ✳ cum sequen. vbi de * communi testatur. & Ias. latissimè num. 34. dicens ita tenendum in consulendo, & iudicādo. Angel. in l. qui iure militari, ff. de mili. testam. Roman. in l. in repudianda, ff. de acquir. hæredit. Castr. in l. vlt. in fine, ff. ad Vellei. Cagnol. in l. 2. numero ✳ 107. vbi alios recenset, * de communi testatum faciens, C. de rescind. vendit. vbi notiss. Pinell. in 2. par. num. 10. Archid. cap. 2. de pact. in 6. Abb. in cap. 1. de empt. & vendit. & Ioan. de Imola in cap. cum causam, eod. tit. dicens, qđ hanc Bart. opinionem practica, & cōsuetudo approbauit. & in d. cap. cum contingat, sub num. 51. versi. præterea, ✳ inquiens, ita * communiter practicari. Bart. cons. 90. num. 1. dilecto domino, lib. 1. Bald. consil. 380. lib. 3. Castr. cons. 122. colum. 3. vers. nec obstat etiā, lib. 1. Alexand. cons. 22. colum. 4. viso libello producto, & cons. 42. colum. 9. super præmisso themate, vbi dicit, quod ✳ ista est * communis sententia, quam communis stylus approbat, vol. 1. cons. 127. circa finem, viso processu, & consi. 222. visa facti narratione, volum. 2. vbi pulchrè loquitur. Socin. cons. 48. in fine, libro 4. Paris. consi. 96. num. 1. lib. 1. Neuizan. consil. 22. num. 9. & Cephal. cōs. ✳ 207. num. 10. vbi hanc sententiam * crebriorem esse dicit, libro 2. Hieronym. Gabriel. qui alios refert, cons. 127. nu. 12. vol. 1. Bauer. in tracta. de virtute iuramēti, priuileg. 18. Curia Delphin. q. 237. incip. plus dixi. Tiraquell. latissimè in præfat. l. si vnquam, num. 135. & in princip. num. 130. C. de reuocan. donat. Anto. Gomez. de contractibus, c. 14. sub num. 18. vers. quinto extende. & Ant. Gabriel. lib. 2. suarum conclus. tit. de iureiur. conclus. 3. vbi infinitos propemodum pro vtraque parte recēset, & tandem in fine concludit, hanc ✳ opinionem * magis communem esse. Bona tamē esset cautela, vt inquit Bar. & alij in d. Auth. quod minor, ad effugiendas difficultates certioretur de beneficio sibi competenti.

160 † Ampliatur Decimononò, etiam in prodigo, cui fuerit bonorum administratio interdicta, dum tamen sit sensus capax, aliudq. extrinsecum non obsistat. Ant. Abb. & Imola num. 68. cum seq. vbi recitat opiniones diuersas, & earum rationes, & fundamenta pro vtraque parte, in cap. cum contingat, extra de iureiur. Abb. in disputa. 2. stante statuto. Franc. Aretin. in l. is cui bonis, ad omnia contrariæ opinionis argumenta respondens, ff. de verb. oblig. Bald. in l. pactum, quæst. 8. C. de collat. & ita fuit decisum in decis. capellæ Tolos. quæst. 498. quam refert, & sequitur Ant. de Petrut. in repetit. l. 1. effectu S. iuram. in fine, ff. de iureiur. vbi hanc es✳ se * communem opinionem audacter asserit, licet aliqui voluerint tenere contrarium. Euerard. in loco a vi iuramenti, num. 14. versi. decimo, inquiens ✳ hanc opinionem * communiorem.

161 † Verum ipse de hac ampliatione

fortiter

fortiter dubito, & credo contrariam sententiam veriorem, ac magis communem esse, quam tenuit Iacob. de Are. Bart. Bald. Angel. Petr. de Anchar. Castrens. Alexan. & cæteri ferè omnes, in d.l. is cui bonis. Ang. in l. si quis pro eo, ff. de fideiussor. Bald. in l. 1. C. de sacrosanct. eccles. colum. 4. in l. 2. q. 10. C. de rescind. vendit. in l. 1. ff. de curat. fur. in cap. ex parte, extra de consuetud. in c. primo, §. item sacraméta, propè finem sui apparatus, in ti. de pace iuram. firm. & d.l. pactum, quæst. 7. dicens, quod si prodigus cum curatore iurauit, tenet cõtractus, si sine, procedat opinio Bar. in l. vlt. §. filij autem, C. de bon. quæ lib. & in rubr. ff. de iureiur. Bart. & Bald. in l. qui habet, ff. de tutel. Petr. de Ancharan. & Abb. d. cap. cum contingat. Angel. Aretin. in §. item prodigus, Institu. quibus non est permiss. faceret testam. Guglielm. Mainer. qui de hoc latè disputat in l. furiosi, num. 18. cum seq. ff. de reg. iur. Feder. de Sen. consi. 31. Bal. cons. 128. supra adultus, lib. 3. Vdalr. Zas. sing. resp. lib. 2. cap. 35. Bertrand. consi. 48. num. 16. lib. 1. Curt. iun. cons. 53. habita diligentia, num. 5. in fine. Didac. in cap. quamuis, par. 2. §. 3. nu. 8. de pact. in 6. Reuerendiss. Cantutius præceptor meus præstantiss. mihiq. plurimum obseruandus, ad præsens sacræ Rotæ Romanę Auditor meritissimus, in quodam suo consil. incip. præter ea, vers. secundo principaliter. Franc. de Crem. notab. 118. Ant. Gomez. de cõtractibus, cap. 14. num. 31. vbi alios re- ✱ censet. Et hæc opinio * communis est, secundum Iaco. Butr. in d.l. is cui, prout ibidem referunt addit. ad Alexan. nu. 24. & ad Bart. sub nu. 7. vers. ego idem. Iodoc. Damhouder. in pupillorum patrocinio, tit. de tut. & curat. mun. cap. 8. num. 29. & num. 41. & 42. vbi dicit, hãc ✱ sententiam* communem esse, declarãs eam non procedere quando vltra iuramẽtum interuenisset decretum. & ista ✱ opinio re vera * magis communis est, vt ex auctoritate, & numero eam sequentium facilè apparet.

162 †Ampliatur Vigesimò, etiam si minor generaliter iurasset, quod num quã veniet contra aliquem contractum quem sit facturus: Nam iuramentum ita generaliter præstitum, sufficit, nec aliquod iuramentum speciale postea requiritur, quando cõtrahit. gl. Iacob. de Are. Bart. & Fulgos. d. Auth. sacramenta puberum. Innocent. d. cap. cum contingat, col. 134. versi. item vlterius, ✱ inquiens, d. opinionem de iure *veriorem esse. & ibidem Imol. num. 63. vbi ad omnia contrariæ partis fundamenta respondet. Siquidem cum non requiratur partis præsentia, secundum Bart. non interest quod dictum iuramentũ præstetur, etiam antequam contrahatur, & nullus acceptet; & quando quis iurat, Deus supplet præsentiam aduersarij, c. 2. de pact. in 6. cum similibus.

163 †Cõtrarium tamen tenuit Rofred. in tracta. de libellis, par. 7. in rubr. Cõstitutio Feder. Imperatoris, num. 18. Cin. Salicet. sub num. 12. vbi hanc opinionem latissimè defendit, dicens eam ✱ veriorem * esse. & Ias. sub num. 75. in- ✱ quiens ita *communiter omnes Vltramontanos tenere in d. Auth. sacramenta puberum, quæ loquitur de iuramento minoris, & dicit (super cõtractibus.) sed isto casu non interuenit iuramentum super contractibus. Et si dicas, dicitur fieri super contractu, etiam si fiat ante, secundum glos. in d. Auth. in verbo (super.) Respondetur, quod id debet intelligi incontinenti, ita, quod inesse credatur. arg. l. lecta, §. dicebam, ff. si cert. pet. Secundò, iuram. excludit iustã defensionem, & allegationem, ergo requiritur expressio specierum. l. sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis caut. & multoties quis in genere iurat, quod non esset in specie iuraturus. multasq. alias rationes pro hac opinione adducit Salicet. in d. Auth. sub nu. 12. respondens ad omnia quæ adducuntur in contrarium. Immò, quod magis est, illud ampliat, etiam si iuram. fiat coram tabellione,

lione,vel etiam coram iudice: Nā adhuc tale iuramentū non validabit contractum qui postea fiet.Has opiniones distinguendo concordat Castr.in rep. d.Auth.num.31.& aliam longam distinctionem affert Humbert. Bonenc. in repetit.d.Auth.num.7.cum seq.

164 †Limitatur modò d.cōclusio,nonnullis modis,quas limitationes diligenter nota,quia quælibet ipsarum poterit optimè deseruire pro cautela, siue pro remedio contra d. Auth. sacramenta puberum.

Limitatur inquam Primò,vt locum habeat in pubere, secus in impubere, glos.in d.Auth. sacramenta puberum, in verbo, (puberum.) & in l.vlt.in verbo(poterit.) ff.de liberali causa. Angel. Castr. & Alexand. qui dicit istam opinionem magis * communiter teneri per Legistas, in l.qui iurasse,ff.de iureiur.Paris.cons.99. num. 17. vol.1. & Curt.iun.cons.53.colum.2.& Ant. Gabriel.latissimè lib.2.suarum conclus.ti. de minoribus,conclus.5. nu.39. & nouissimè Menoch.cons.29.num.37.lib. 1.Idq.clarissimè probatur in d.l.qui iurasse,in princip.& in d.Auth.sacramenta puberum, vbi DD. solum dubitant de impubere proximo pubertati, doli capace,de quo dicas vt supra in prima ampliat.An autem obligetur iuramento quo ad Deum,vide per Beatum Th. in 2.2.89. quæst.artic.5.circa finem, & per Imol.in repetit.d.cap.cum contingat,colum.4.

165 †Limitatur Secundò,quando extaret statutū, prout in multis ciuitatibus Italiæ extat, quod contractus minoris licet iuratus, non valeat, nisi seruata certa solemnitate, alioquin contractus præsumatur fictitius, & simulatus, seu dolo initus,quo casu contractus nō firmatur iuramento,d.Authen.sacramenta puberum, ibi (per vim, vel metum) vbi Bald.colum.2.dicens, quod ista est noua cautela. Salice.num.26.Ias.num. 84.& 85. versic. tu teneas opinionem Bartol. inquiens, quod hæc opinio est communis, * & ab ea in iudicando recedendum non esse. Corn. in repetit. num.113.& Vbalionus de Monte Biano, super verbo,Contractibus,vers.est verum, ad id multos antiquos referēs, cuius lecturas manuscriptas habui. Bar.in l.omnes populi, in 2.q.3.quęst. princip.ad finem,ff.de inst.& iure.Bal. in l.ne patronis, C.de oper.libert.Imo la d.cap.cum contingat,num.46.Abb. quæst.2.stante statuto, per totam, vbi plenissimè pertractat. Barbat.consil.6. vbi latissimè,& consi.41.vol.4.Thom. Ferr. cautela 16. per tot. vbi latissimè. Simon a Monte Sancto inter cons. criminal.diuersorum,consi.154.tomo 1. vbi infinitos recenset,omnes de *communi testantes. Doctissimus Hierony. Gabriel.consi.13.num.6.cum pluribus seq. vol.1. egregiè dictam opinionem defendens, ostendēs eam communiorem esse.Contrarium tamen verius esse, & * communiter receptum inquit Franc.Curt.in d. Authen.num. 59.qui alios id tenentes refert, & hanc Barto. & aliorum doctrinam passim,& indistinctè veram non esse dixit Io. Crot. d.l.omnes populi, num.47.ver.limitatur hæc conclusio,licet in repet.l.nemo potest,num.45.ac nu.112.ff.de leg.pri

166 mo,eam indistinctè sequatur.† Verū ipse teneo,qd superior opinio sit * magis communis, & verior, intelligendo tamen eam si statutum fingeret dolū, & simulationem ex aliquibus coniecturis propinquis,& verisimilibus ad prę sumendum verum dolum, secundum ea quæ not.in l.dolum, C.de dolo. Nā tunc non dicitur dolus fictus,sed verus, qui cum non possit directè probari,sed per coniecturas,possunt per statutum tales coniecturæ declarari,& specificari,vt notanter declarat Castren.in repetit.d.Authen.sub num.25.ver.si tamen statutum.vbi etiam Corn.nu.113.ver. & prædicta vera. Ideo,si statutum introduxit quandam solemnitatem, qua omissa præsumeret contractum simulatum, & dolosum, eo quia minores in tali

in tali loco communiter solent decipi, vtique tale statutum cum sit fundatum in propinquis, & verisimilibus cóiecturis, validum erit, vt declarat Corn.d. numero 113. Crot. d.l.omnes populi, num.47.in fine.Rom.cons.12.& Abb. consil.72.vol.1.Item,si statutum dicat, quod si minor habens curatorem contrahat sine eo, cum de facili possit haberi, præsumatur dolo inductus, hæc erit satis bona præsumptio,arg.l. vlt.ff. de ritu nupt. Castr. & Corn. supra citati, & Abb.d.quæst.stante statuto,sub num.12.vers.nunc ne,& vers.secúdum membrum. Et dixit Bald.in d. Auth.column.3.versi.sed quæro nunquid, quem fuit secutus Roderic.Suar. in declarat. l.4.libro 2.Fori leg.titu.de las arras,nu. 32. valere statutum, quod non valeat contractus minoris licet sit iuratus, si fiat sine decreto,si statutum sit factum rationabili causa, vt putà, quia malitia hominum illius loci erat multū prompta ad decipiendum minores: Nam cum habeat in se æquitatem, & rationem naturalem, non potest dici tale statutum esse iuri contrarium;& sic de facto dicit seruari idem Bald. in l.non dubium,C.de legibus. Vnde concludēdum est, minorem iuramento non obligari, quando extaret statutum, qđ si sine aliqua solemnitate contraheret, contractus præsumatur fictitius, & si-

167 mulatus.† Quod tamē intelligēdum est, quando statutum facit expressam mentionem de iuramento, secus si simpliciter disponeret, quod contractus factus per minorem sine decreto,præsumatur factus dolo, vel simulatione. Nam tunc tale statutum non extenditur ad contractus iuratos,nisi in stat to de iuramento fiat expressa meatio, vt latè determinat Alexand. consil. 170. viso & opportunè examinato processu, colum. 9. & sequen. lib. 2. Nãque dispositio simpliciter loquēs, non censetur disponere in materia iurata,nisi de iuramento fiat expressa mētio.glos.in cap.cum non deceat, & ibi Scribentes de elect.in 6.dixiq. supra in princ.præsentis inspectionis, nu. 134.

168 † Limitatur Tertiò,quádo statutū requirit certam solemnitatem in contractu,qua non adhibita,vlterius procedit, quod instrumentum nullam faciat probationem, tunc iuramentum nihil operatur; quia sicut instrumentū non probat contractum, ita nec iuramentum.Cagnol.in l.si librarius,n.43. ff.de reg.iur. & Ant. Gabr.lib.2.tit.de minoribus,cócl.5.nu.33.& lib.6.tit.de statutis,cócl.11.n.11.vbi alios adducit.

169 †Limitatur Quartò,quando statutum interdiceret minori bonis,nisi cōtrahat cum auctoritate curatoris, vel alia simili solemnitate. Potest enim statutum in locis,sicut lex,bonis interdicere subdito,l.Imperator,ff.ad Trebel.& l.in quęstione,§.quibus,C.de sent.pass. Nam tunc non valebit iuramentū minoris, quia nō habet administrationē, arg.l.tutor,§.prodigus,ff.de iureiur.ita declarat Vbalionus de Mōte Biano nobilis Perusin. in d. Auth. sacramēta puberum,super verbo,contractus, circa finem,ver.secundum remedium, cuius repetitiones habui manuscriptas. & Ferratius in tract. cautelarum, cautela 16.sub nu.6.ver.secunda cautela.

170 †Limitatur Quintò,si statutū faciat capiētem nō capacem: Nā impedimētū iuris excusat a periurio.arg.l.fi.ff.qui satisdare cogant.& l.iubemus,§.ęconomus,C.de sacrosanct.eccle.ad quod ēt facit quod scripsit Bal.in l. vnica, C.de his quæ pœnæ nominæ,de illo qui iurauit soluere decem Titio infra mensem, & in termino Titius est excommunicatus,non est periurus si non soluit,quia excusatur impedimēto iuris.Ita refert, & sequitur idē Vbalionus in loco mox supra relato,vers.quartum remedium, vbi recenset quattuor remedia ad hoc quod iuramentum præstitum a minore non valeat,sed hęc duo tantum,tam quam notabiliora volui referre.

171 †Limitatur Sextò,vt nō pcedat in iuramēto præstito in cōtractu simulato, quia

to, quia sicut simulatus est contractus, ita & iuramentum, gl. quam auream appellat Franc. Curt. in repeti. d. Auth. num. 65. in l. ab emptione, C. plus valere quod agitur. quã ibi sequuntur Cin., Bal. & Ang. Barto. in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. Bal. in rubr. ff. de iureiur. & in l. 1. C. de oper. libert. Angel. in l. 1. C. de dot. cau. non num. Imola in l. nemo potest, ff. de leg. 1. Ias. in d. Authen. numero 62. & ibi in repetit. Corn. num. 74. Franc. Curt. num. 65. & Humbert. de Bonenc. numer. 49. & Abb. quęst. 2. stante statuto, sub nu. 15. cum seq. vbi plenè pertractat simulationis materiã circa iuramentum, plures distinguendo casus.

Declaratur id tamen in iuramento de obseruantia cõtractus, secus si iuret, prædicta omnia, & singula vera esse, vt communiter hodie solent tabelliones in instrumentis apponere; tunc etenim non poterit quis obijcere simulationẽ, quia detegeret suum periurium, ideo audiri non debet. arg. l. transactione, C. de transact. & cap. inter dilectos, de dona. Imola d. c. cum contingat, num. 80. Corn. in d. Auth. num. 74. ver. item tertio, & Abb. d. disputat. 2. sub nu. 15. vers. sed nunc prosequor.

Declaratur Secundò, quando simulatio interuenit ex vtraque parte, secus si ex parte iurantis tantum, vt quia vnũ gerebat in corde, aliud in ore, vel quia dolosè vsus est verbis simplicibus: Nã tunc iuramentum intelligitur secundũ intentionẽ recipientis illud; & sic Deus recipere videtur illud. c. quacumque, §. omnibus, 22. q. 5. Corn. d. nu. 74. vbi & alias declarationes refert.

172 †Limitatur Septimò, quando iuramentum esset interpositum dolo, glos. ordinaria in l. 1. in glos. fina. in princip. quam ibi ad hoc notat Bal. C. si aduer. vendit. glos. 2. in cap. 1. §. item sacramẽta, de pace iura. firm. vbi id notat Bald. in 4. q. Salicet. Castr. Ias. & alij in d. Authen. sacramenta puberum. Imola d. cap. cum contingat. Abb. consi. 107. in 4. dubio, volum. 2. & Anchar. consi. 88. cons. 176. in supradicta contentione. & cons. 340. pro hac limitat. facit, quia dolo deceptus non consentit, cum deficiat vnum ex substantialibus iuramenti, iuxta not. per gl. in Authen. quod eis, C. de nupt. Et ideo, si contractus esset aliàs de iure validus, non tolleretur in integrum restitutio, quia si opponatur de iuramento, replicabitur de dolo, prout dicit glos. d. §. item sacramenta. Si verò contractus esset aliàs de se nullus, non firmaretur iuramento, nec esset necessaria restitutio. l. in causæ, in princ. la 2. ff. de in integr. restitut. minorum. & videtur optimè probari in cap. cum contingat, cap. licet mulieres, & c. quamuis, de iureiur. in 6. quibus in locis excipitur iuram. dolo extortum; & tamen iura canonica magis fauent iuramento, & pluris roboris ei attribuũt, quam ciuilia, vt notant Scribentes in d.

173 Authen. †Quod sanè intelligendum est, nisi dolus iurantis interueniat: Nã tunc vnius dolus cum altero compensatur, prout voluit Bartol. in l. si alterius, C. si minor se maior dixerit. facit l. si cum ambo, ff. de compensat. & l. viro, ff. solut. matrim. & ita declarat Corn. in repetit. d. Authen. numero 188. circa finem.

174 †Limitatur Octauò, quando iuramentum esset interpositum per vim, vel metum, tunc etenim nullius erit effectus, d. Auth. sacramẽta puberũ, ibi, Per vim autem, & ibi Bar. in fine. Ias. num. 29. & 60. & alij omnes. Et isto casu iuram. est ipso iure nullum, ideo non confirmat contractum, vt cauetur in d. Auth. põderando verba illa, Nullius momenti, quæ denotant ipso iure. glo. in l. Iulianus, §. si quis bona, ff. ex quibus caus. in poss. eatur. & ita notant omnes in præalleg. Auth. sacramenta puberum. Non tamen id procedit de iure canonico, quo iuramentum per metum præstitum, valet ipso iure, & seruari debet: Vnde pro rescissione actus, opus est petere absolutionẽ a iuramento.

to. Castr. Ias. Cur. iun. & alij in d. Auth. Faciunt not. per Innoc. in cap. venerabilem, in fine, extra de elect. Io. Andr. in cap. ad aures, extra quod met. causa. Cagnol. in l. 2. num. 102. C. de rescin. vendit. vbi reprehendit Bart. ibi aliter sentientem. Afflict. decis. 322. & rursus decis. 393. Si tamen post iuram. vi, vel metu extortum, quis iurauerit, non facere querimoniam de tali vi, vel metu, iuramentum non valet, secundum Salicet. & Castr. in d. Authen. quod est intelligendum si tempore secundi iuramenti durabat idem metus, & eadē vis, aliàs per secundum iuramentum purgaretur præcedens, l. 2. vbi glos. ff. quod met. causa.

175 † Limitatur Nonò, cum minor dolosè & scienter in iudicio negat veritatem cum iuramento: Nam tunc non obstante iuramēto potest in integrum restitui. Nec obstat d. Auth. sacramenta puberum, quia loquitur, quando quis veniendo cōtra iuramentum esset periurus, cum lex nolit esse causa periurij, l. 1. C. si aduers. vendit. sed isto casu dato quod minor restituatur, non pro hoc tamen in periurium incidit restitutionem petendo: Nam in periurium iam incidit iurando falsum. ita notāter tradidit Matthesi. notab. 165. tu vide. Bal. in l. 1. C. si aduers. delict. & Ias. in d. Authen. num. 67.

176 † Limitatur Decimò, in minore qui per errorem iurauerit, vt iuramento errantis contractus minimè firmetur. l. si ex falsis, C. de transact. & l. si quis pro eo, in princip. ff. de fideiuss. Corn. in repetit. d. Auth. nu. 13. & Humbert. de Bonenc. num. 47. Alex. consi. 28. col. pen. vol. 1. quem refert, & sequitur Bero. consi. 22. nu. 42. lib. 2. Errans etenim non consentit, contractusq. per errorē consensum impediens, est ipso iure nullus, l. in omnibus, ff. de act. & oblig. Vbi enim est error, nulla est voluntas, cum nil sit tam contrarium consensui, quàm error, l. si per errorem, ff. de iurisdict. omniū iud. Cepha. cōs. 207. n. 65. lib. 2.

177 † Limitatur Vndecimò, in contractu minoris qui sit ebrius, qui propter defectum consensus non tenet, arg. c. sanè, 15. quæst. 1. vt nec etiam iuramēto firmetur. cap. vnusquisque, & ibi no. glos. 22. q. 4. & Humbert. de Bonenc. in repeti. d. Auth. num. 46. Hinc est, quod generalis renunciatio quæ non valet in casibus verisimiliter non cogitatis, propter defectum consensus, l. sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis caut. nō cōfirmatur iuramento, secundum Cin. in l. 1. q. 3. C. commod. quem refert, & sequitur idem Humber. in d. Auth. nu. 50. & generaliter in omni casu in quo deficiat consensus, iuramentum nihil operabitur. Tiraquell. in præfat. l. si vnquam, num. 146. C. de reuoc. donat.

178 † Limitatur Duodecimò, cum iuramentum fuerit a minore præstitum calore iracundiæ, quia tunc non est obligatorium, cum suos necessarios comites non habeat, quippè discretionem, & iustitiam, 22. q. 1. cap. & iurabūt. Nō enim videtur actus omninò voluntarius, & sic non videtur Deus talem obligationem indiscretam recipere. 15. q. 1. cap. non est. Abb. in quæst. 2. stante statuto, num. 21. vers. quartus casus. Et faciunt ea quæ notantur in l. quicquid calore, ff. de reg. iuris.

179 † Limitatur Decimotertiò, in contractu facto nimia reuerentia interueniente, l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio non detur. not. glo. in cap. quemadmodum, in princip. extra de iureiur. Ias. in d. Auth. nu. 74. & Humbert. de Bonenc. in repetit. nu. 48. Bart. in l. pactum quod d[.] tali, quæst. 1. C. de collat. Crot. in l. stipulatio hoc modò concepta, colum. 15. ff. de verb. obliga. Soci. reg. 150. limit. 7. Crauett. consil. 7. nu. 6. & Cephalus latè cons. 207. nu. 72. lib. 2.

180 † Limitatur Decimoquartò, in minore iurante soluere mutuum sub spe futuræ numerationis, quo casu non reputatur maior, quo ad hoc vt currant tempora non opponendę exceptionis,

non

non numeratæ pecuniæ, quæ aliàs intra biennium debet opponi, l. in contractibus, C. de non num. pec. ita singulariter declarat Bald. in l. vlt. ad finem, C. de non num. pecu. Iaſ. in d. Auth. nu. 65. & Franc. Curt. num. 66. in repetit. eiusdem Auth. Felin. in c. si cautio, col. 1. de fide instrumen. Ferand. Vasq. de success. crea. tit. de testamentorum pot. §. 10. num. 50. Cuius limitationis ea est ratio, quia defficit consensus, eo quia pecunia non numerantur prout sperabatur, ideo iuramentum non repræsentat cum maiorem, vt d. iuramento obligetur, vt per DD. supra relatos.

181 † Limitatur Decimoquintò, in iuramento ex falsa causa præstito, quod nihil operatur, vt latiss. per Paris. cons. 96. num. 24. vol. primo.

182 † Limitatur Decimosextò, vt non procedat in testamento, quia illud non confirmatur iuramento minoris, vt reuocari non possit. Rofred. in tracta. de libellis, par. 7. in rubr. Constitutio Federici Imperatoris, nu. 9. vbi id tribus firmat medijs. Bart. in l. si quis, in princip. nu. 14. de leg. 3. in l. cum duobus, §. idẽ scribit, ff. pro socio, & in l. stipulatio hoc modò concepta, ff. de verborum obligat. Bald. in l. 3. ad finem, C. de sacrosanct. eccles. in Auth. hoc inter liberos, C. de testam. & pulchrè in d. §. item sacramenta. Bald. Salicet. Iaſ. num. 68. in d. Auth. vbi Corn. in repetit. sub num. 30. vers. non autem firmat. dicens ita communiter * teneri. & Fran. Cur. sub numero 67. in fine, & Alex. consil. 18. num. 2. visis capitulis, qui multa ad id allegar, dicens hanc esse * magis communem opin. lib. 2. Idq. probatur in l. verba cõtraxerunt, ff. de verb. sign. per quem textum dicit glos. in l. testamentum, in verbo (Contractus) C. de testa. quod testamentũ non erit contractus. Ex quo Bald. ibi infert, quod statutum loquens de contractu, non vendicat sibi locum in testamento. Quomodò autem id procedat, videas latissimè apud Hunbert. Bonenc. in d. Auth. num. 65. cum pluribus seqq. vbi tres distinguendo casus circa id latè vagatur.

183 † Limitatur Decimoseptimò, vt nõ procedat in iuramento assertorio, hoc est quando minor iurauit se esse maiorem, quo casu licet minor nõ possit venire contra contractum per restitutionem in integrum, tamquam minor, quia ob suum mendacium punitur, tamen poterit dicere de nullitate cõtractus, ob solemnitates iuris communis, vel municipalis non seruatas. ita declarat Bartol. in d. Auth. sub num. 1. quem alij omnes ibidem sequuntur. Imola d. cap. cum contingat, colum. 65. ver. an autem. Bart. consil. 162. num. 3. in quęstione prædicta. Roman. cons. 12. col. fi. Soc. consil. 61. colum. 3. & consil. 66. colum. 3. ver. & ideo dicit, vol. 1. Ruin. consil. 135. nu. 10. & cons. 141. colum. 2. volum. 1. Marsil. sing. 299. Cremens. sing. 162. Riminald. Inst. quibus alien. licet, vel non, §. 2. num. 28. cum seq. vbi alios refert. & Anto. Gabriel. lib. 2. titu. de minoribus, concl. 5. num. 41. Mouẽturq. prædicti ex notabili dicto Ioan. Andr. in addit. Spec. in tit. de sent. §. vt autem, in princ. dicentis, quod licet iuramentum corporaliter præstitum asserentis se esse maiorem, excludat illum penitus a beneficio restitutionis in integrum, non tamen excludit eum a beneficio nullitatis allegandæ. ita intelligendo l. si alterius, in fine, C. si minor se maior. dixerit. Nec obstat quod vult Corn. consi. 121. in fine, videtur in hac consultatione, volum. 3. quem refert, & sequitur Paris. cons. 97. num. 32. vol. 1. quod scilicet per d. l. si alterius, tollatur etiam remedium nullitatis, ex illis verbis (Nullum tibi superesse auxiliũ.) quia optimè satisfacit Riminal. d. §. 2. num. 30. Quam limitationem amplia, vt procedat etiam in pupillo proximo pubertati, doli capace, quia si iurauerit se maiorem, ratione sui doli, & delicti non poterit rescindere contractum, cuius dicti auriga fuit Guglielm. de Suz. in d. Auth. & ibi Franc. Curt. in repetit. num. 20.

nu.20.& seq.vbi istud mirabile, & stupendum esse inquit, alios ad id adducens. Sublimitatur id, nisi minor asserat se maiorem alteri coniuncto, quia coniunctus præsumitur scire ætatem coniuncti, l.octaui, ff. vnde cogn.l. de tutela.& ibi Bart.C. de in integr.restit. minorum.Gugliel.de Suzz.in d.Auth. & Franc.Curt.num.21.

184 †Limitatur Decimooctauò,quando actus siuè contractus improbatur principaliter fauore publicæ vtilitatis, quia tunc non firmatur iuramento,c.si diligenti,de foro compet.gl.in l.2.iuncta l. quemadmodum, C. de agric. & censit. lib.11.Bartol.in l.si quis pro eo, versi.secundo quandoque probatur,ff. de fideiuss. Ant.& Nicol. d.c.cum contingat.Petr.de Anchar. in c.licet mulieres,extra de iureiur.& Ant. Gomez.de contractibus,c.14.sub num.24.Ex quibus infertur ad pactum per quod prorogatur instantia iudicij,vt non confirmetur iuramento, quia est contra publicam vtilitatem, l.properandum, C. de iudic. Ita firmant DD. supra relati, & Corn.in repeti.d.Auth.sub nu.48.& Humbert.de Benenc.n. 115. vbi & ad alia similia inferunt. Prędicta tamen vera esse intelligit Corn. vbi supra, de iure ciuili,secus de iure canonico, cum possit seruari sine dispendio salutis æternæ.

185 †Limitatur Decimononò,quando contractus,siue actus continet aliquod mortale peccatum,vel aliquod turpe contra bonos mores,quia tunc nō confirmatur iuramento, vt occidere hominem,committere furtum, adulterium, vel quid simile,contra bonos mores, c. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. c.vnusquisque,22.q.4.& facit Auth.qđ eis,C. de nupt.Corn.in repe.d.Auth.sacramēta puberum, nu.41.& Humber. Bonenc.nu.60.cum seq. & Din.d.c.nō est obligatorium.Namque iuramentū non est inuentum vt sit iniquitatis vinculum,c.1.extra de iureiu.lib.6.ideoq. remissio doli futuri,quæ prestat expressè occasionem delinquendi,l.si vnus,§. illud,ff.de pact.non confirmatur iuramento, c.quemadmodum, §.vlt.& ibi not.gl.extra de iureiu. Ex quo sequitur illatiuè, quod remissio cautionis facta per proprietarium vsufructuario, de vtendo,& fruēdo arbitrio boni viri,ex eo non valet, quia præbet occasionem delinquendi: Ideo iuramento nō confirmabitur,per prædicta.

Limitatur Vigesimò, si fieret donatio hæreditatis, & minor donans scientiam non haberet æstimationis bonorum,quia tunc non obstante iuramento,poterit reuocari donatio. Ruin.cōsi. 107.viso,num.15.& 16.vol.1.quem refert,& sequitur Mantua locorum communium iuris,lib.3.loco 46.vbi d. Authen.sacramēta puberum, maternam, latè exornat.

Limitatur Vigesimoprimò, qn̄ per minorem esset iuratum, sed tn̄ in actu super quo pręstitum fuit iuramentum adfuit defectus omissæ solēnitatis formalis, vt in stipulatione, in qua verba requiruntur, tūc cessantibus verbis deficit solemnitas formalis,quæ iuramento non firmatur in ea forma in qua actum fuit,licèt posset valere,omni meliori modo,vt per Barto.in l.si quis pro eo,nu.14.de fideiussorib. Alciat.in cap. cum contingat,nu.99.& seq. de iureiu. Didac.in c.quamuis,par.2.§.6. nu.3.& seq.de pact.lib.6.& licèt prædicti re vera non loquantur in minore, potest tamen huiusmodi declaratio optimè cōuenire dispositioni d. Auth.sacramenta puberum,in qua a nemine animaduersum fuisse valde miror.

Limitatur Vigesimosecundò,qn̄ iuramentum interponitur super re,super qua non est commercium, tūc etenim actus non firmatur iuramento, Alciat. d.c.cum contingat,nu.102.& sequ.Didac.d.c.quamuis,par.2.§.6.nu. 6.q.16. & hæc quoque declaratio non ponitur per Scribentes in d. Auth. sacramenta puberum, licèt illius decisioni non inconcinnè deseruiat.

S Limi-

186 †Limitatur Vigesimotertiò, quãdo minor promitteret aliquid impossibile cum iuramento, quo casu minimè obligatur. l. impossibilium, ff. de reg. iur. & c. nemo potest, de regul. iur. in 6. notat Din. d. c. non est obligatorium, & plenius d. c. nemo potest, cui enim dubium esse potest, quod si quis promittat dare Solem, vel Lunam, aut Cęlum digito tangere, vel quid simile, licet iurauerit, non teneatur, cum id sit impossibile, nec possit iuramentum efficere, vt impossibile, possibile fiat.

187 †Limitatur Vigesimoquartò, cum iuramentum nõ esset corporaliter pręstitum tactis Euangelijs, vel alijs Scripturis Sacris, glos. 1. in princi. in cap. 1. §. item sacramenta, de pace iuramen. firm. Bartol. in d. Auth. sacramenta puberum, num. 7. Bald. num. 7. Salice. col. 2. Ias. sub num. 13. & alij posteriores ibi sequuntur. & Ant. Gabriel. lib. 2. tit. de iuram. conclus. 5. num. 34. cum seq. vbi latè declarat, quàmplures ad id adducens. Ratio autem est, quia quando in aliqua lege est expressum, quod iuramentum debeat corporaliter præstari, ita semper præstandum est, aliàs non valet, cap. laudabile, vbi Abb. in 2. notabili, extra de frigid. & malefic. Sed in d. Auth. sacramenta puberum, coniungendo eam cum l. 1. C. eod. expressum est, quod iuramentum sit corporaliter præstandum. merito.

188 †De consuetudine tñ hodie nõ seruatur tactus Euangeliorum, vel aliarũ Sacrarum Scripturarum, sed sufficit tactus cuiuscumq. Libri, vel Scripturę, secundum gl. in Auth. iusiurãdum, quod præstatur ab his, in verbo, quatuor, & in §. item sacramenta, in gl. 1. de iuram. firm. & sequuntur alij relati per Gabr. d. concl. 5. n. 36. cum seq. vbi alijs etiam modis id declarat.

189 †Limitatur Vigesimoquintò, in iuramẽto præstito per administratorem qui non habeat ad hoc speciale mãdatum: Nam illud non noceret minori quo minus possit cõtractum per administratorem factum reuocare. Vnde iuramentum tutoris, vel curatoris, præstitum in cõtractu rerum pupilli, vel adulti, non nocet ei, & propterea poterit illum rescindere. Ant. de Petruc. in repet. l. 1. effectu 8. iuramenti, sub nu. 129. in fine, ff. de iureiur. Cagnol. alios referens in l. 2. nu. 108. C. de rescind. vend. Alex. cons. 21. lib. 5. & Bauer. in tracta. de virtute iuramẽti, casu 44. Ex quo infertur ad iuramentum prælati pręstitũ in cõtractu rerum ecclesiasticarum, vt non noceat ecclesię, quin possit illũ rescindere. Bal. in l. generaliter, C. de rebus credit. in l. 1. col. 4. C. de pact. & in d. §. item sacramẽta. Ias. in d. Auth. nu. 64. & ibidem Curt. iun. num. 182.

190 †Limitatur Vigesimosextò, in iuramento generali pręstito per minorem de non veniendo contra aliquem cõtractũ per se initũ, vt per Cin. & alios, in d. Auth. & Ant. Gabr. alios adducẽs, lib. 2. tit. de minoribus, conclus. 5. nu. 44. Idq. etiam locũ habet, si minor generaliter iurasset, quod numquam veniet contra aliquem cõtractum quem sit facturus: Nam tale iuramentum ita generaliter pręstitũ, nihil operabitur, vt secundum veriorem sententiam cõclusimus supra, ampliat. 20.

191 †Limitatur Vigesimoseptimò, in actu concernente fauorem alterius, q. iurantis, seu damnum, & illius cui iuratur: Nam isto casu iuramento nõ confirmatur actus, seu contractus. ita declarat Castrens. cons. 198. incip. notãdum primo, lib. primo, prout refert, & sequitur Curt. in repet. d. Auth. nu. 63.

192 †Limitatur Vigesimooctauò, in dependentibus a mera voluntate, vt puta minor constituit procuratorem, & iurauit se illum nõ reuocaturum, nihilominus iuramento non obstante poterit illum reuocare. glos. sing. in c. vlt. de procurat. lib. 6. Bart. in l. cum precario, ff. de precar. Angel. in l. & in perpetuũ, ff. de procurat. Francisc. Curt. in repet. d. Authen. nu. 68. Ioan. Andr. pulchrè in Nouellis, in cap. tua nobis, extra de offic.

offici vicar. Alexand.conf. 160. visis ca pitulis, lib. 2. conf. 18. num. 7. eod. lib. 2. & conf. 29. perspectis, nu. 18. lib. 5. Angel. consil. 125. punctus est talis, quem refert, & sequitur Dec. consi. 475. num. 18. Boer. decis. 207. & Anto. Gabriel. latissimè lib. 2. titu. de iureiur. conclus. 1. nu. 7. cum seq. vbi ad plura infert in quibus iuramentum nō operatur, cum dependeant a mera voluntate.

193 † Limitatur Vigesimononò, id nō procedere quādo minor alienasset feudum sine decreto, tunc etenim alienatio non conualidatur, quia iuramētum contra legem feudorum non valet, vt consuluit Bald. consil. 8. factum, vol. 3. quem refert, & sequitur Ant. de Petru. in repetit. l. 1. effectu 8. iuramenti, nu. 132. ff. de iureiur.

194 † Limitatur Trigesimò, in minore Iudæo, Hæretico, siue Excommunicato: Namque cum non sit de sacro nostro ouili, iuramento non obligantur, secundum Bald. d. §. item sacramenta, col. 4. in fine. Ludouic. Rom. in l. pactū dotali, C. de colla. & in l. qui superstitis, (licet ibi videatur id reprobare) ff. de acquir. hæredit. Ias. in d. Auth. nu. 65. vbi etiam Franc. Curt. in repetit. nu. 67. vbi id optimè declarat. & Ruin. conf. 159. col. pen. & seq. vol. 5. & id videtur firmare Tiraq. in tract. de iure primigen. q. 66. num. 38. & seq. licèt quamplures pro vtraque parte recenseat.

195 † Limitatur Trigesimoprimò, in minore prodigo, cui fuerit bonorum administratio interdicta, qui iuramento non obligatur. Iacob. de Are. Bart. Bal. Ang. Petr. de Anch. Castr. Alex. & ceteri ferè oēs in l. is cui bonis, ff. de verbo. oblig. & latè conclusimus supra, secundum veriorem* ac magis communem opinionem, ampl. 19. vers. verum ipse.

196 † Limitatur Trigesimosecūdò, vt id non procedat, quando minor prius iurasset de non alienando sine auctoritate curatoris, & iudicis decreto, & ita solent cauti patres facere filios suos iurare: & ita etiam cautæ mulieres promittere per iuram. de non alienando fundum dotalē, quia postea alienatio quæ fit secundo loco, cum iuramento non tenebit, primo iuramento obstante. ita singulariter decidit gloss. quam sequuntur Host. & Io. Andr. in Nouell. in cap. licet mulieres, extra de iureiur. idem Io. Andr. in cap. cum contingat, extra eod. Hostiens. in sua Summa, in titu. de iureiur. §. quia comites, vbi id optimè comprobat. Imola in cap. dilecto, extra de præbend. Guglielm. Benedict. in cap. Rainutius, vers. & vxorem, n. 180. de testament. Bartol. in l. si quis pro eo, sub num. 9. versic. pro hoc induco, ff. de fideiuss. in l. is cui bonis, in fine, ff. de verb. oblig. & in l. si prædium, C. de iure dot. Alberic. in l. vnica, colum. penul. C. de rei vxor. act. Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obliga. Roman. Alex. & Ias. in l. duobus, §. vlt. ff. de iureiur. qui id * communiter receptum esse inquiunt. Roman. in l. qui superstitis, ff. de acquir. hæredit. Corn. in repet. d. Auth. sub nu. 76. vbi de * communi testatur. & ibidem Ias. nu. 60. & Franc. Cur. numero 62. cum seq. Imol. in l. cum vir, ff. de vsucap. & in l. si æstimatis, ff. sol. matrim. Anton. de Petrut. in repetit. l. 1. effectu 8. iuram. numero 134. ff. de iureiur. inquiens id esse* communiter receptum. Aretin. Melchior Chling. & post eos Riminald. numero 228. Inst. quibus alien. licet, vel non, in principio. Alexan. consi. 16. ponderatis narratis, vol. 3. & conf. 102. vol. 4. Riminald. consi. 409. num. 12. & Roland. a Valle consi. 62. num. 5. lib. 2. Speculat. in titu. de empt. & vendit. §. tertio loco, versic. & nota generale consilium. Ferand. Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 18. requisito 29. limit. prima, numer. 147. cum seqq. & numero 153. vbi id magistraliter declarat. & Anton. Gabriel. alios adducens, libro 2 titu. de iureiur. conclus. prima, in princip. Pro qua opinione est optimus verborum contextus in c. intellecto, de iureiur. vbi non valer alienatio facta a Rege cum iuramento,

mento, quia prius iurauerat de nō alienando. Huic contextui respondet Didac. Couarru. in secunda par. relect. §.2.numer.3.cum seq.contra tiam opinionem latè defendens. quibus tamen non obstantibus,id confirmatur ex eo: Nam cum in primo iuramento cōcurrat dispositio iuris communis prohibentis alienationem rerum minorum, vtique si minor post consentiat, & iuret,non debet alienatio valere,quia pactum de non alienando appositum in contractu quod habet concursum iuris communis,offuscat secundum iuramentum,quod a primo eliditur, vt notant DD.in l.ea lege, C.de condict. ob turp.causam. & in l. filiusfam.§. Diui, de leg.primo.Imol.d.l.cum vir, d.cap. dilecto,colum.8.& d.cap.cum contingat,num. 83.cum seq. Hippolit.Riminald. post multos quos congerit Instit. quibus a'ien. licet vel non, in princip. Roland.a Volle d.consil.62.num.5.& Gabriel. in præcitato loco, num.3.vbi dupliciter id sublimitat; secus verò est, quando actus super quo præstatur iuram.non est illicitus, & pendet a mera voluntate contrahentis; quia tunc primum iuramentum nō impedit actum postea factum, licet faciēs sit periurus, vt declarat Abb.in c.intellecto,colum. 2.de iureiur.& Corn.consi.102.colum. 2.vol.primo.Ex quo Gabriel. d.concl. prima, nu.7.cum seq. ad plura infert.

Sublimitatur modò prædicta limitatio,nonnullis modis.

197 † Primò,quādo emptor primum iuramentum ignorauit,quod in dubio præsumitur.l.verius, ff.de probat. quia tunc non obstante primo iuramento, secundum minorē obligat, nec primum emptori nocet, qui probabiliter illud ignorauit.arg.l. & liberi, ff.de contrah.empt.& l.vlt.ff. pro suo. Bald.d.cap.cum contingat,colum.5.num.14.Imola d.l. cum vir, numero 14.Fran.Curt.in repetit.d.Auth. numero 64. versicu. secundo modero, vbi etiam Vbalionus de Monte Biano super verbo,contractibus, ver.aliàs dixit Imola,vbi circa id latè insistit.Bald. consil.118.quædam mulier, col.1.vol. 3.Alex.d.conf.16.col.3.Ruin.conf.66. col.fi.& consil.118.col.2.vol.2. Cāpeg. in tracta.dot.titu.de pact.dotal.quæst. 14.& Gabriel.latè d.conclus.1.num.6. Hæc tamen declaratio displicuit Imolæ sibi contrario, in d.cap.cum contingat, numer.85. quem ibidem sequitur Alciat. num.48.Et Hyppol.Riminald. Inst.quibus alien.licet vel non,in prin. num.233. latè defendit, d.declarationem indistinctè veram esse, imputet enim sibijpsi si cautius non negotiauit. argum.l.veteribus, ff.de pact. Debuit enim esse cautus ex quo cōtractus erat de genere prohibitorum. arg. eorum quæ not.in l. qui cum alio, de reg. iur.

199 † Sublimitatur Secundò, quando minor prius iurasset contrahere matrimonium, deinde iurauerit intrare religionem, quia eo casu fauore religionis tenet secundum iuramentum contra primum. ita tradidit Vicent.in cap.ex publico,de conuers. coniugat. Specula. eod.titu.in fine,quos refert,& sequitur Anto.de Petrut.in repetit.d.l.1.effectu 8.iuramenti,nu.135.

200 † Sublimitatur Tertiò, nisi secundum iuramētum esset litis decisiuum, delatum a parte parti; quia tunc stabitur secundo iuramento, l. duobus, §. vlt.& ibi DD.ff.de iureiur. & Anto. de Petrut.vbi supra,num.135.

201 † Sublimitatur Quartò,non procedere in iuramento necessario quod differtur per iudicem in defectum plenæ probationis: Nam si iudex primò detulit vni,poterit postmodum ex causa differre aduersario, & stabitur secūdo. ita dicunt Ange.& Alex.d.l.duobus, §. vltimo,& Anto.de Petrut.in præcitato loco.

202 † Sublimitatur Quintò,in minore qui iurauit nō reuelare secreta: Nā si producatur in testē, & iurat dicere veritatē,tenet hoc facere attēto secūdo iurō, & nō primo. ita dicit Abb. in cap.si sacerdos,de offi.ordin. vbi allegat Innocent.

cent. in cap. qualiter, & quando, de accusat. & Anto. de Petrut. d. l. 1. sub numero 135.

203 †Sublimitatur Sextò, & vltimò, qñ minor præstitit primum iuramentum patri, vel alteri cuius interesse possit, tũc enim licet post consentiat alienationi, & iuret; debet tamẽ præferri primum iuramentum, quia iuri alteri quæsito, per secundum actum præiudicari nequit. arg. l. vl. ff. de pact. secus verò si minor sibijpsi iurauerit: Nam tunc seruabitur secundum iuramentum, ex quo per primum nemini fuit ius quæsitum. arg. l. si repetendi, C. de cõdict. ob causam. ita declarat Bald. in cap. veniens, de iureiur. Curt. in d. Auth. nu. 57. vers. tertiò modero. Bertrand. cons. 203. col. fi. volum. 3. Alex. d. cons. 16. col. 3. Grãmatic. cons. 31. num. 15. & cons. seq. in princ. & Campeg. in tracta. dot. titu. de pact. dot. quæst. 14. Quæ tamen declaratio dubitabilis videtur, ex his quæ tradit Alex. d. l. duobus, §. vult. quia glo. d. cap. licet mulieres, fundat se in ea ratione, quia primum iuramentum est licitum, secundum illicitum, ideo primũ debet attendi. Præterea confirmatur p Alciat. d. cap. cum contingat, num. 47. Siquidem cum iuramentum etiam sibijpsi factum, principaliter videtur directum Deo, cap. debitores, de iureiur. meritò debet posse acceptari a quolibet absente cuius intersit, iuxta gloss. in cap. quoties, 1. q. 7. Feli. in cap. si cautio, num. 25. de fide instrum. Alex. & Ias. in l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. obligat. Riminald. licet loquatur in muliere, Instit. quibus alien. licet, vel non, in princip. num. 237. vbi id noua ratione confirmat.

204 † Limitatur Trigesimotertiò, quãdo minor cõtrahit vt maior, puta quia in instrumento nulla sit facta mẽtio de ætate minori, licet ipse verè sit minor, tunc profectò si errando contrahat, & iuret, non obligatur iuramento. ita eleganter tradidit Soc. iun. cons. 3. colum. pen. n. 46. vol. 2. quem sequitur Hippo. Rimina. Inst. quibus alien. licet vel nõ, §. 2. nu. 27. Qui etenim vt minor iurat, dicitur renunciare beneficio minoris ætatis, vt passim tradunt Scribentes d. Auth. sacramẽta puberum, quod cessat in eo, qui nescit se esse minorẽ. Cum nemo iuri quod ignorat dicatur renunciare, l. mater decedens, ff. de inoffi. testa. & latè exornat Menoch. cons. 1. nu. 218. lib. 1.

205 †Limitatur Trigesimoquartò, vt nõ procedat, qñ minor non esset certioratus tempore iuramenti de beneficio restitutionis sibi competentis. Cin. in l. 1. q. 6. C. de rescind. vẽdit. Bal. in l. si duo, §. idem Iulianus, in 1. not. ff. de iureiur. Alberic. in d. Auth. col. 3. & seq. Ludouic. Rom. d. l. si duo, §. idem Iulianus, in fine, vbi etiam Aret. in 1. not. vbi testatur de* communi. Maria. iun. consi. 48. colum. 7. & seq. vol. 1. dicens istam opinionem esse magis veram, & magis* communem. Tiraq. alios cõgerẽs in l. si vnquam, num. 146. C. de reuocã. dona. & Ant. Gabriel. qui quamplures adducit, lib. 2. de iureiurando, concl. 3. in princ. licet postmodum inferius cõtrariam opinionem veriorem, ac magis communem esse firmauerit, vt & nos ostendimus sup. ampliat. 8.

206 †Limitatur Trigesimoquintò, & vltimò notabiliter, vt cõmunis conclusio procedat, qñ cõtractus esset nullus ratione minoris ętatis; secus si aliquo alio defectu sit nullus, quia tũc iuramento nõ firmatur. Bar. in d. Auth. sub nu. 13. ver. tñ ad vnum, & rursus nu. 20. vbi ẽt Castr. num. 8. & 10. Salic. num. 22. Ias. num. 46. Curt. iun. num. 107. & alij posteriores oẽs id ibi firmant. Bart. in l. 2. num. 10. quem pariter oẽs DD. sequuntur, C. de rescind. vẽd. Aret. cons. 12. in 2. dubio, inferẽs quod diuisio facta per minorem, nõ validatur iuramento, qñ illa erat per patrem prohibita in testamẽto, & sic quando cõtractus est inualidus alia ratione, quã minoris ætatis. Imola cons. 1. col. 2. Ias. cõs. 118. col. 2. post med. vol. 4. Dec. cõs. 239. col. 2. &

conf.349. sub nu.6. Ripa respon.4. sub tit.de donat.nu.12. Cassan.conf.7.col. 2.num.26. Bellon.conf.4. col.11. Paris. conf.96.num.63.lib.1.& conf. 93. nu. 17.lib.3. Ruin.conf.98.num.7.lib.1.& nouissimè Iacob. Menoch. vir doctissimus, conf.29.num.39. Verum quia id non est indistinctè, & absolutè verum, cum totum dependeat a verbis quibus iuramentum concipitur, secũdum quorum conceptionem iudicandum erit, Nunquid iuramento firmetur contractus minoris. Ideo vt cuncta complectamur, plures casus constituendos esse duximus.

207 † Primus est, cum minor ad beneficium ætatis dumtaxat se restrinxit, expressim iurando non contrauenire ratione minoris ætatis, & tunc vtique iuram. taliter præstitum non firmat contractum nisi respectu defectus qui possent ex ætate prouenire; secus verò si contractus alia ratione quàm ætatis sit inualidus, ad not. per Bart. & alios, in l. 2. C. de rescind. venditio. notat Bartol. Salicet. & alij quamplures in dicta Authen. sacramenta puberũ. Qui etenim remittit defectum ætatis, alios vtique defectus remittere non videtur. Bald. d.l.2. quæst.9. dicens hanc esse commu-* nem * sententiam, prout ibidem refert & sequitur Cagno. sub num.103. idem Bald. in l.1. col. pen. vers. vnum scias, C. de furt. Rofred. in tract. de libellis, par. 7. in rub. Constit. Feder. Imper. nu.15. Pileus in suis qq.q.20. Abb. disp.2. stante statuto, casu 9. num.21. ver. item turpitudo. Imo. d.cap. cum contingat, sub num.53. Burgos latè in capit. cum causa, col.14.& seq. de empr. & vend. Dec. consi.349. colum.3.& clarius Crauetta consi.7. colum.11. Neuizan.conf.8.nu. 24. August. Bero. conf.22.nu.50.vol.2. * dicens hanc esse * communem sententiam, & latius num.52. vbi ex Alex. refert, quod difficile esset in practica obtinere cõtra auctoritatem gl. in l.2. C. de rescind. vendi.& d.c. cum causa, quę volunt, quod si minor rem vendat, & fuerit læsus vltra dimidiam iusti pretij, quo casu duplex ei daretur remedium, vnum ratione ætatis, videlicet nullitatis, alterum ratione læsionis remedio d.l.2. si iurauerit non contrauenire, dicunt gloss. prædictæ, quod per iuram. solum excluditur remedium ætatis, & non aliud; quæ glos. in hoc sunt com-* muniter * receptæ, vt testatur Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta, limit. 3. ff. de verb. obliga. quem refert, & sequitur Bero. latè id comprobans d. consi. 22.num.52. cum seq. Hippolyt. Riminald. (licet in alio proposito) Insti. quibus alien. licet, vel non, in principio, num.253. cum seq. & Menoch. d. consi. 29.nu. 39. & iste primus casus nullam profectò dubitationem cõtinet. Namque cum fuerit iuramen. limitatum ad vnum casum tantum, quippè minoris ætatis, limitatum debet effectum producere, l. in agris, ff. de acquir. rerum domin. vbi etenim plura obstant, non sufficit vt vnum tollatur. arg. §. affinitatis, Inst. de nupr. Nec erit isto casu necessaria aliqua absolutio a iuramento, cũ agitur ad rescindẽdum ex remedio d. l.2. Nã cum conquerens non iurauerit nisi ratione minoris ætatis, cuius quidẽ ætatis prærogatiua non contrauenit, sed alia, ratione læsionis iusti pretij, super qua iuram. non est interpositum, superuacua foret absolutio a iuramento, cum nõ entium nullæ sint partes, vulg. l. pen. ff. si cert. pet.

208 † Secundus casus est, quando minor iureiurando restrinxit se ad beneficium iuris communis, vt putà, quia iurauit non venire contra ratione beneficij sibi competentis iure communi, vel expressius, iurauit non venire contra ratione l.2. C. de rescind. vendit. quo casu concludendum est, tolli solum defectum iuris communis, non autem defectum iure speciali sibi competentem. Ideò poterit venire contra ratione minoris ætatis. Salicet. d. Auth. sacramenta puberum, numero 22. & Imola, d.cap. cum contingat, num.53.

Et id

Et id per rationes superiori casu adductas, quæ & huic optimè conueniunt.

209 † Tertius est casus, quando minor iurat non venire contra cõtractum ratione minoris pretij, & tunc certum est, per sup. dicta, non fuisse renunciatum beneficio ætatis, cum iuram. fit limitatum ad minoritatem pretij tantũ. Ergo debet limitatum effectum pro-

210 ducere, d. l. in agris. † Sed dubium est, an per tale iuram. dicatur renunciatum remedio d. l. 2. qua in re glo. ibidẽ in glos. magna, versicu. nisi & ipse iurasset, tenet, quod per tale iuramentum, videlicet, iurauit non contrauenire ratione minoris pretij, dicatur renunciatum beneficio d. l. 2. quam glos. fuit ibidem secutus Bald. quæst. 8. & 9. in fine. Contrarium tamẽ verius esse sensit Imola d. c. cum contingat, nu. 54. Pro quo facit, quia renunciatio est stricti iuris, strictèq. intelligenda, secundum Dec. in l. postquam liti, num. 16. C. de pact. Sed potest esse minus pretiũ etiã quod non sit vltra dimidiam, ergo de illo debet intelligi iuratum; minor probatur: Nam potest esse minus pretium etiam intra dimidiam, cuius vigore competeret restitutionem in integrũ, cum minori subueniatur, quando læditur, etiam si sit modica læsio, dummodo non sit minima, ex his quæ not. in l. scio, ff. de in integr. restitut. in l. si ex causa, in princ. ff. de minoribus. & in l. 2. C. si aduers. vendit. pignorum. & sic satis videtur operari iuramentum si operatur quod tollatur remedium restitutionis in integrum competens ratione læsionis minoris pretij, si sit læsio in dimidia, vel intra dimidiam. Ideoq. videtur dicendum, quod non trahatur ad enormem læsionem, quando videlicet esset læsio vltra dimidiam. Secundò, facit id quod voluit Bartol. Bald. & alij, d. l. 2. quod si dicatur in instrumento venditionis, quod talis vendidit rẽ pro tanto pretio, & si in aliquo plus valet, illud donat, non tamen per hoc intelligitur renũciatum beneficio d. l. 2. quia talis adiectio refertur ad modicum, per ea quæ habentur in l. hęc adiectio, ff. de verb. significa. & in l. cum filius, §. cum pater, ff. de legat. 2. Per hæc igitur concludendum censeo, quod si per minorem simpliciter fuerit iuratum, non venire contra ratione minoris pretij, non trahatur dicta renunciatio quando esset valdè enormiter læsus, & sic vltra dimidiam iusti pretij; secus verò in maiore qui si iuret non venire contra ratione minoris pretij, satis erit ad tollendum remedium d. l. 2. cum maiori non competat remedium ratione minoritatis pretij, nisi sit vltra dimidiam, ex his quæ habentur in l. in causæ, §. idẽ Pomponius, ff. de minoribus, iuncta d. l. 2. Pro quo facit quod habetur in l. 2. ff. de liber. & posthu. & quod in simili not. Bart. in l. si quis, in fine, de leg. 3. Ex cuius tertij casus resolutione apparet minus perfectè locutũ Pileum Modicens. in suis quæst. q. 20. dum in ea indistinctè concludit, minorem audiendum non obstante iuramento, quatenus de dimidia conqueritur.

211 † Quartus casus est, quando super vtroque casu supra relato expressim iurauit minor, & tunc nullo illorum modorum contrauenire poterit, quemadmodum etenim super quolibet particulariter iurando sibi præiudicatur, eodẽ modo si expressim super vtroque iurat, debet conualidari contractus, & per consequens iuramentum præiudicare. Salicet. in d. Auth. sacramenta puberum, sub nu. 22. Imol. d. cap. cum contingat, sub num. 53. & Pinell. d. l. 2. par. 3. num. 9. Ideo si minor iurat non venire contra ratione minoris ætatis, nec ratione minoris pretij, ex prima parte renunciationis, seu iuram. tollitur remedium restitutionis competens pro læsione infra dimidiam, vel in dimidia. Secunda verò pars iuramenti, erit necessariò intelligenda, vt aliquid operetur de minori pretio vltra dimidiam. ita declarat Imola d. c. cum contingat, nu. 54. vers. item etiam.

212 †Quintus est casus, quando generaliter, & indefinitè iurauit, dicendo, Et prædicta omnia in instrumento contēta obseruare iuro: sed tamen ex verbis præambulis, vel adiunctis iuramento, potest colligi eius restrictio, putà quia dixerit tabellio, & talis sciens se minorem, iurauit corporaliter tactis scripturis, non contrauenire, & tunc iuramen. debet omnino restringi ad beneficiū ætatis, quia illa generalitas, & verba indefinita, cum appareant postea declarata, perinde est, ac si dixisset, iurauit non contrauenire ratione minoris ætatis; quo casu illi tantum defectui non autem alijs videtur renunciare. Salice. in d. Auth sub numer. 22. & ibidem Corn. in repetit. sub num. 99. vers. sed hoc.

213 †Ampliatur iste casus, etiam si dixisset, & iuro prædictis nullo modo, pacto, vel via contrauenire, quia adhuc intelligi debet, nullo modo, vel via ratione ætatis de qua prædixit. arg. l. Titia, §. idem respondit, ff. de verb. obligat. & l. si seruus plurium, in fine, ff. de leg. primo. Salicet. vbi supra, & Imola, d. c. cum contingat, sub nu. 53. ver. si autem iurat simpliciter.

214 †Sextus est casus, quando minor simpliciter iurat contractum seruare, nec ex verbis preambulis potest aliqua restrictio colligi, quo casu videtur esse aliquod dubium, cum duæ reperiantur inuicem contrariæ opiniones; quarum altera est, vt per huiusmodi simplex iuramentum, iurans sibi præiudicet in vtroque remedio, tam competenti iure communi, quàm speciali iure, scilicet ætatis. ita tenet Angel. in d. ✻ Auth. vbi ita DD. * communiter tenere inquit, vt ibidem refert Corn. in repetit. num. 99. vers. si verò minor simpliciter. & Salice. num. 22. circa finem. Siquidem vna renunciatione plura iura tolli possunt, l. 1. §. sed videndum, ff. de success. edicto.

215 †Contraria tamen opinio communis est, & verior, quod per simplex iuramentum minor non sibi præiudicet in vtroque remedio, sed solum operatur iuramentum quod repre sentat eū maiorem, vt diximus supra, num. 138. Vnde videtur iurasse non venire cōtra ratione minoris ętatis; secus verò si cōtractus aliquem alium defectum patiatur. glos. Bart. Bald. Angel. & Castr. in l. 2. C. de rescind. vend. glo. vlt. c. pen de empt. & vendit. glos. & Io. Andr. in c. cum causa, de empt. & vēd. & ibi Barb. col. 6. dicens hanc sententiam æquio- ✻ rem, & * communiorem esse, prout refert, & sequitur Cagnol. d. l. 2. numero 3. glos. in simili in l. frater a fratre, in secunda gloss. magna, ff. de condict. indeb. Bartol. numero 14. & Castr. num. ✻ 10. vbi DD. ita * communiter pertransire inquit, licet in repetit. nu. 5. distinguat inter ius ciuile & canonicum, in d. Auth. sacramenta puberum. vbi etiā Ias. num. 46. & Corn. in repetit. sub nu- ✻ mero 33. vbi dicit id * communiter teneri, & rursus sub num. 99. negans verum esse quod DD. communiter contrariam opinionem sequātur, prout videtur voluisse Angel. supra citatus. Soc. sen. in l. 1. §. si quis ita, numero 10. ff. de verb. obligat. Imola d. cap. cum contingat, sub num. 53. vers. item aduerte, inquiēs, quod hęc opinio videtur æquior. & ibidem Alciat. num. 46. August. Bero. cap. primo, nu. 155. de in integr. restitut. Io. Sichard. ad l. rem maioris, numero 14. C. de rescind. vendit. tomo 1. Fulgos. consil. 237. Dec. qui alios citat consil. 349. colum. 4. & consil. 403. col. pen. Paris. consil. 96. numero 63. lib. 1. & consi. 93. numero 17. lib. 3. Ripa lib. 3. respons. cap. 15. nu. 12. Soc. iun. consi. 48. numero 19. lib. 1. Ruin. consil. 98. numero 7. lib. 1. Cassan. consil. 7. num. 26. Bellon. consil. 4. numero 4. Aymo Crau. consil. 7. numer. 6. August. Bero. consil. 22. sub nu. 49. volum. 2. inquiens ✻ id esse * commune, nec ab hac opinione in iudicando recedēdum esse. & nouiss. Iacob. Menoch. consil. 29. num. 39. & 40. & consil. 84. num. 46. libro 1. Et

* hæc est * communis, magis communis, verior, & æquior opinio, vt ex numero, & auctoritate prædictorum euidentiss. apparet. Iuramentum profectò solum operatur, quod minorem, maiorem repræsentat, l. 1. cum ibi not. C. si maior fact. alien. dictumq. fuit supra num. 138. Nec me mouet, quod vna renunciatione plura iura tolli valeant, quandoquidem id procedit, quando apparet quod quis velit pluribus de fectibus renunciare; secus in casu nostro, in quo cum simus in dubio, facienda est interpretatio contra contrahentē cum minore; imputet enim sibiipsi si cautius non negociauit, curando vt minor sup vtroque remedio iuret. arg. l. veteribus, ff. de pact. iuncta l. qui cum alio, ff. de regul. iur. præsertim cum iuramentum censeatur præstitum secundum qualitatem personæ. arg. l. plenū, §. æquitij, ff. de vsu, & habit. & sic tamquam a minore intelligitur præstitum iuramētum, quo casu minoritatis dumtaxat suppletur defectus.

216 † Ampliatur communis iste casus, etiam si generaliter fuerit iuratum aliqua ratione, vel causa non contrauenire. Nam adhuc per iuramētum solum dicetur sublatum impedimentum minoris ætatis, non autem dicetur exclusum enormis lęsionis, vel aliud impedimentum, ex quo actus annullari poterat, quoniam per huiusmodi iuramētū generaliter præstitum, non censetur cogitatum de enormi lęsione, nec de alio impedimento annullatiuo, sed solum de ætate. ita notanter declarat Abb. d. c. cum contingat, col. 16. ver. nonus casus, quem refert, & sequitur Aug. Bero. d. cons. 22. sub num. 55. vol. 2. Hippol. Riminald. cons. 5. num. 113. & seq. lib. 1. Et ista ampliatio verissima est, per ea quæ in ampliat. superioris casus dicta sunt, licet enim isto casu ex verbis pręambulis nō fiat restrictio, sat est, quod generalitas restringitur ad minorem ętatē. Nec videatur tibi mirum, quod iuramentum sit simplex, & sit generalibus verbis conceptum. Namque iuramētum simplex dupliciter concipitur, vel verbis indefinitis, putà, iurauit non contrauenire, vel generalibus, veluti, iurauit nō contrauenire aliquo modo, ratione, vel causa; & quod ista verba generalia, Iurauit non cōtrauenire aliquo modo, simplex inducant iuramentum, voluerunt Soci. iun. cons. 48. num. 19. viso puncto supradicto, lib. 1. & Io. Petr. Anchar. in suis familiar. qq. lib. 1. q. 20. num. 4. Et idem si dictum fuerit, Aliqua ratione, vel causa, vt in eadem controuersia consuluerunt Ruin. cons. 212. visa, & bene intellecta, numero 6. versic. nec obstat iuramentum, lib. 1. Dec. cons. 349. consuluit, post principium. & egregiè ac subtiliss. quidem id deducit excellentiss. ac acutiss. præceptor meus Franc. Cantutius ad præsens meritissimus Sacræ Rotæ Auditor, in quodam suo consilio incip. præterea, versi. tertio.

217 † Declaratur modò iste communis casus, quod licet minor qui simpliciter iurauit, non possit venire contra respectu ætatis, quo ad id quod suum fauorem, suamq. vtilitatem principaliter continet, si vltra prohibitionem legis, concurrat etiam prohibitio testatoris, poterit contrauenire propter prohibitionem testatoris, quæ simul cum prohibitione legis concurrit; quia hoc etiā testamenti fauorem continet, vt per Bald. in l. quoties, colum. 1. C. de fideicomm. sicut in simili dicitur de prelato qui super alienatione rei ecclesiæ iurauit non contrauenire aliqua ratione, vel causa: Nam licet ipse non possit contrauenire ratione sui interesse, & vtilitatis propriæ, tamen poterit cōtrauenire ratione interesse, & vtilitatis ecclesiæ. Abb. capit. 2. colum. vlt. de iureiur. & August. Bero. cons. 22. nume. 58. cum sequ. vbi alios ad id adducit, lib. 2. De qua tamen similitudine ipse dubito, licet dictum in se verū esse cēseam, ob plurium defectuum cōcursum, cum simplex iuramentum minoris ætatis dumta-

dumtaxat impedimentum remoueat, non aliud, vt latè conclusimus. Ex quo ad plura in praxi vtilissima quæ quotidie eueniunt, vtiliter potest inferri.

218 Infertur Primò, † q̃ si minor fuerit deceptus vltra dimidiam, licet iurauerit simpliciter non venire contra, tamẽ intelligitur respectu minoris ætatis, ideo ex remedio d.l.2. poterit venire contra, secundum Castr.nu.10.Ias.nu.46.& 79.in d.Auth.sacraměta puberũ, & ibi in repetit. Corn. num.33. nu.99. & num.102. vbi de * communi testatur. Franc. Curt.num.34.& Io.Ign.nu.75.& latiss.Cagnol.d.l.2.num.103.

219 Infertur Secundò, † ad filiosfam. qui prohibentur alienare aduẽtitia in quibus pater habet vsumfructum, l.vlt.§.filijs autẽ, C.de bon. quæ liber. ponè modò, quod filius iuraret in alienatione talium rerum, certè nõ firmaretur contractus iuramento, quia etiã filius maior non potest alienare sine consensu patris. ita tradunt Bald. Ang. Salicet.& Castr.d.l.vlt.§.filijs autem. Ias.in d.Authen.num.47.& Franc.Curt. in repet. num.35.& Augustin. Bero. consil.22. nu.51. vol.2. vbi latè vagatur circa intellectum d.§.filijs autem.

220 Infertur Tertiò, † in minoribus concedentibus feudum absque paribus curiæ, quia non conualidatur infeudatio iuramento: secũdum Bald.d.§.item sacramenta, vers. pone adultus, per textũ, in c.1. si de inuestit. inter dom. & vasallis oriatur. Ias.in d.Authen.num.48.& Franc.Curt. in repetit.num.35. Nãque nõ infirmatur cõcessio ex eo quia fit minor, sed quia non adhibuit pares curię, qui sunt illi qui habent feudum ab eodem Principe.

221 Infertur Quartò, † q̃ licet mors superueniens confirmet donationem inter virum, & vxorem, quæ aliàs non valebat; quia mors aufert prohibitionẽ legis, non tamen confirmat, quando donatio excederet quingentos aureos, & non esset insinuata, quia mors non potest supplere duos defectus. Socin.in l.inter virum, ff. de reb. dub. & in l.1. col.17. versic. circa primam, ff. soluto matrim.

222 Infertur Quintò, † q̃ licet clausula (Non obstantibus) remoueat defectũ qui obstat impetrationi, secus est, si sint plura obstantia, quia tunc illa clausula nõ supplet ad omnia, sed oportet q̃ de omnibus fiat mentio, secundum Bald. in l.1. C.de furt. Neuizan.cons.8. num. 23.& consil.12.incip.patres, inter consilia Bruni.

223 Infertur Sextò, † q̃ licet iuramentũ efficiat minorem maiorem, tamen id verum est fictè, ex dispositione iuris, secus si vltra dispositionem iuris ex mente testatoris requiratur maior ætas, quia tunc debet verè, & propriè, nõ autẽ fictè interuenire: Cum in dubio vbi fit mentio de maiori ætate, intelligatur de vera, & propria ætate maiori, non autem de illa quæ ex fictione legis inducitur, & præsertim in materia alienationis, l.eos, & l.vl.C.de his qui ven. ætat.impetr. Siquidem in dubio verba debent intelligi naturaliter, non ciuiliter, l.Gallus, §.& quid si tantum, ff.de liber. & posthum. Crot.in l.1. §. si quis ita, in princip. sub 4. notab. ff.de verb. obligat. Si fuerit igitur per minorẽ iuratum, per iuramentũ supplebitur defectus iuris communis, non autem defectus ex testatoris dispositione proueniens, vt latius declarat August. Bero. consil.22.sub numero 61. cum sequen. volum.2.

224 Infertur Septimò, † & vltimò (cæteris omissis) ad mulierem minorem, quę alienat fundum dotalẽ, vel se pro alio obligat; vel etiam ad minorem qui faciat pactum de non succedendo, & sic de singulis: Nam cum cõcurrat duplex defectus, & iuramentum non suppleat nisi defectum minoris ætatis, non conualidatur contractus, alia ratione quã ætatis inualidus; & hoc per supradicta, per quæ aliàs de facto consultus, respõdi, quemdam contractum a muliere minore factum, inualidum esse, non obstante

obstante iuramento, quod defectum minoritatis dumtaxat supplet, non autem defectū sexus muliebris, qui sexus Perusiæ, vbi de iure respondi, ex iuris municipalis dispositione, sine iudicis decreto cōtrahere prohibitus est. Quæ omnia diligenter notes, quia sunt quotidiana, multūq. poterunt in praxi deseruire; & ad alia quamplura his similia poterit quotidie vtilissimè quidem inferri.

225 Septimus casus est, † & hic dubius, quando adultus curatorem generalem habens, absque eo iurat; quo casu duæ sunt contrariæ opiniones, quarum altera est affirmatiua, quod adultus curatorem habens obligetur iuramento, licet sine eo iuret, prout sentit Petr. quē refert Salicet. in d. Auth. num. 11. & ibi Raphael, & Corn. in repet. num. 9. in- * quiens ita DD. * communiter tenere. Imol. d. c. cum contingat, num. 61. qui * pariter de * communi testatur. Bald. d. §. item sacramenta, quæst. 3. & ibi Aluar. col. 4. vers. quæro subsequenter, vbi * dicit, quod * omnes DD. tenent istam opinionem. Alex. in l. si curatorem habens, col. fi. C. de in integr. restitut. mi- * norum. & hāc opinionem vbique * ex consuetudine seruari inquit Iasin dict. Auth. num. 36. versic. quid tenendum. Ripa in l. 1. §. fuit quæsitum, num. 28. ff. ad Trebell. Alex. cons. 27. viso libello, lib. 1. Crauetta alios congerens consil. 7. nu. 16. Io. Maurit. in tract. de restitut. in integr. cap. 309. Io. Petr. Anch. in suis qq. familiar. lib. 1. quæst. 50. nu. 17. & practica artis notariat. Petri de Vnzola, in rubr. vltimus casus quo minor non restituitur, in exposit. d. Auth. sacramenta puberum, quam posuit sub d. tit. vers. & quo ad exceptionem, n. 5. Adducitur Primò pro opinione ista, quando non interuenit decretum contractus minoris iuramento firmatur, vt latè deduximus sup. num. 137. Ergo eodem pacto debet conualidari quando iurat sine interuentu curatoris. Immò, quod magis est, iudicis decretum supplet defectum tutoris, vel curatoris, vt dixi sup. lib. 3. tit. 7. inspect. 2. Iuramentum autem supplet defectum decreti, ergo debet etiam supplere defectum non interuenientis curatoris. argum. l. de accessionibus, cū ibi not. ff. de diuers. & temp. præscrip. Secundò, iuramentum minorem repręsentat maiorem, vt not. DD. in d. Auth. & dictū fuit sup. hac eadem inspect. num. 138. ideo fingit eum non habere curatorē. Postremò (cæteris omissis) facit, quia in fauorem animæ inductum est, vt iuramentum minoris sit seruandum, vt omnes not. in d. Auth. & d. c. cum contingat, quæ ratio ęquè militat in habēte curatorem, sicut in non habente.

226 † Contraria superiori est sententia, quam tenuit Salicet. in d. Auth. nu. 11. & ibidem Alberic. col. 2. inquiens ita obtinuisse coram magnis peritis. gloss. d. §. itē sacramenta. Bald. cons. 201. vobis spectabilibus, col. fi. lib. 1. Alex. cōs. 222. sub num. 2. vers. & cum d. opinione, visa facti narratione, lib. 2. & Curt. iun. consil. 53. col. 2. Et duo potissimum adducit Salicet. d. nu. 11. Primum est, quia per dationem curatoris videtur ei interdicta nedum alienatio, sed etiā facultas iurandi, vt sic iuramentum nō producat effectum consuetum. arg. l. si curatorem habens, C. de in integ. rest. minorum. Secundò adducit glos. in l. iusiurandum, §. pupillus, in verbo, debet, in fi. ff. de iureiur. quæ vult, quod minor curatorem habens, non possit iuramentum deferre, quia in eius detrimentum iuratur. Ergo nec ipse contra se conuentionaliter iurare poterit; per quæ duo Salicet. cū hac opinione pertransit. Tertiò confirmo hanc opinionem ipse, vltra Scribentes validiss. medio. Adultus curatorem habens æquiparatur prodigo, vt probat expressè tex tus d. l. si curatorem habens, ibi (cū non absimilis ei habeatur minor curatorē habens, cui a prætore curatore dato bonis interdictum est.) Atqui prodigus nō obligatur iuramento, secūdum Iacob.

de Aret. Bart. Bald. & Angel. in l. is cui bonis, ff. de verb. obligat. & est communis, ac magis cõmunis sententia, vt probauimus sup. ampliat. 19. quicquid nõnulli malè senserint. Ergo quemadmodum prodigus non obligatur iuramento, ita nec etiam adultus curatorem habens, cum non absimilis ei habeatur.

227 Quid igitur tenendum? † Ego puto, quod distinctio cuiusdam quem tacito nomine refert Salicet. in d. Auth. num. 11. sit omninò tenenda, quam tenuit Cin. dicens eam * communem, prout refert, & videtur eam sequi Salicet. vbi sup. Quod aut adultus fuit interrogatus, an curatorem haberet, & dixit se non habere, & tunc non iuuetur, l. 3. C. si minor se maior. dixer. & sic iuramentum isto casu validabit contractũ, cum malitia mendacium dicentis suppleat ætatem, d. l. 3. Aut verò non fuit de hoc interrogatus, vel si fuit, dixit se curatorem habere, & tũc iuuatur, quia contractus vigore iuramenti minimè conualidabitur. arg. l. 1. C. ad S.C. Macedon. & cum hac distinctione pertrã-

228 seundum censeo. † Cũ in dubijs quæstionibus illa opinio sit tenenda quæ distinguit, c. super litteris, & ibi not. Imola in princ. de rescript. & probatur in §. cum ex aliena. Instit. de rerum diuis. Salicet. in l. filiæ cuius, sub num. 5. vers. expeditis, C. fam. herciscun. Aret. Inst. de empt. & vendit. in princ. col. 2. vers. & istam. Grat. respon. 30. num. 33. & 118. num. 7. & 132. num. 7. vol. 1. Soc. cons. 66. nu. 28. vers. & hęc opnio, lib. 1. Socin. iun. cons. 39. num. 78. & cons. 121. num. 36. vol. 2. Paris. consil. 92. nu. 30. lib. 2. Cephal. cons. 208. num. 2. lib. 2. & Roland. de Curte cons. 123. num. 31. ad caus. vlt. volunt. & eo maximè in casu nostro id locum habere debet, cũ distinctio qua de agimus sit cõmunis. Nec multum me mouent argumenta supra pro cõmuni opinione adducta. & Primò, dum dicebatur, quod quemadmodum iuramentum supplet defectum decreti, ita etiam debet supplere defectum non interuenientis curatoris: quippè respondetur, quod per dationem curatoris, nõ tam a lege: quàm etiam a iudice interdicitur ei administratio. Præterea, per dationem curatoris nedũ administratio dicitur adulto interdicta, sed etiam facultas iurandi, vt dixi sup. in 2. argum. contrariæ opinionis; per quod non solum ad primum, sed ad reliqua omnia argumen. optimè satisfactum esse censeo.

229 † Vel etiam aliter possent forsan prędictæ opiniones concordari, quod prima opinio procedat, quando iuramentum sit generaliter conceptum, vt seq. casu dicemus. Alia verò opinio intelligatur quando iuramentum est simplex. ita declarat Dec. cons. 403. num. 22. versic. quartò respondetur, vbi vult defectum omissæ solemnitatis nõ posse suppleri iuramento simpliciter præstito, & tamen ibi Dec. loquitur de omissione solemnitatis statuti requirentis decretum iudicis, vt patet num. 12. vers. venio ad secundũ, & num. 19. vers. postremò considerandum est. & ita etiam consuluit Socin. iun. cons. 48. nu. 18. & 19. iunctis num. præcedentibus, & subsequentibus. Ruin. cons. 159. in fine, super eo, lib. 5. Idq. optimè deducit subtiliss. subtilitatum pater, ac excellentiss. Præceptor meus Franc. Cantutius, nunc præclarissimus Romanę Rotæ Auditor, in quodam suo consilio incip. præter ea, versic. nec obstat si dicatur. Ex quibus perfectè absolutus remanet perutilis, ac valdè frequens iste casus penultimus.

230 Octauus, ac vltimus est casus, † quãdo minor generaliter iurat, non contrauenire ratione minoris ætatis, vel alia quacumque ratione, vel causa, quo casu stante huiusmodi generali clausula, nullo pacto potest cõtraueniri, quia tunc virtute illius clausulæ tam generalis, iuramentum validat contractũ, quacumque ratione inualidum. Bart. num. 13. Castr. num. 10. & Ias. nu. 46. in d. Auth. vbi etiam in repetit. Corn. num. 33.

num. 33. & 99. cum seq. Castr. nu. 5. & Io. Ign. nu. 75. Bart. in l. 2. col. 3. nu. 11. & 12. C. de rescind. vendit. quem DD. * communiter * sequuntur, præcipuè Ca * gnol. num. 110. vbi inquit id esse * commune, & ita seruari in Practica. & Pinell. in 3. part. nu. 9. vbi alios congerit. Alcia. d. cap. cum contingat, nu. 133. & Aug. Bero. c. 1. nu. 155. de in integrũ restit. vbi duplicem tradit formam præstandi iuramentum generale, ita vt nullo pacto contrauenire possit. Abb. consf. 31. lib. 2. Alex. consf. 42. lib. 1. consil. 89. nu. 2. & consf. 222. sub n. 2. visa facti narratione, lib. 2. & consf. 17. vol. 3. Dec. cõsil. 349. consuluit, post principium, versf. non obstat iuramentum. & rursus nu. 5. in fine, & nu. 6. versf. sed tñ videtur. & consf. 403. quamuis in casu, col. pen. nu. 22. post medium, versic. 4. respondetur. Imola consf. 1. col. 2. num. 3. versf. sed ad dicta iura. Soc. consil. 48. in fine, lib. 4. Curt. sen. consil. 44. colum. 8. & consil. 66. colum. 17. Parisf. consf. 96. lib. primo. Ruin. consf. 212. num. 6. versic. nec obstat iuramentum, lib. 1. & consf. 159. super eo, ad finem, lib. 5. Aymo Crauetta alios referens, consf. 7. sub nu. 4. & consf. 188. nu. 3. Neuizan. consf. 8. nu. 27. Aug. Bero. consf. 154. nu. 12. lib. 1. & Hieron. Gigas in consil. feud. consf. 227. num. 7. & nu. 15. Hippolyt. Riminald. Inst. quibus alien. licet vel non, in princ. n. 258. cum seq. Petr. Anchar. in suis famil. qq. q. 20. num. 4. lib. 1. cum seq. Anto. Gomez. de contractibus, c. 14. nu. 20. in fine. vbi admonet contrahentes, & tabelliones, vt in hoc debeãt esse cauti, vt secundum eorum intentionem verba ponantur. Practica artis notariat. Petri de Vnzola in rub. vltimus casus est in quo minor non restituitur, nu. 6. in fine, vbi tradit formã generalis iuramẽti, quippè quod ita iuretur, Iuro non contrauenire ratione minoris ætatis, vel minoris pretij, vel qualibet alia ratione, vel causa, sed prædicta firma, & rata habere. Duplicem formam præstandi iuramentum generale, ita vt nullo pacto contraueniri possit, tradit August. Bero. cap. 1. num. 155. de in integr. restit. quæ videtur conuenire cum superiori forma tradita a Petr. de Vnzola d. nu. 6. in fine.

231 †Limitatur vltimus iste casus, quando adesset enormiss. læsio in ipso contractu, quia tunc iuramentum non est obligatorium, & propterea poterit minor contrauenire, etiam nulla absolutione petita. Hippolyt. Riminal. Institu. quibus alien. licet, vel non, §. 2. nu. 26. Anton. de Petrut. in repetit. l. 1. effectu 8. iuram. numero 133. ff. de iureiur. Cagnol. qui alios refert egregiè hanc opinionem defendens contra eos qui contrarium tenent, in l. 2. num. 98. cum sequen. C. de rescinden. vendit. Cuma. consil. 180. videtur prima facie. Anto. de Bur. consf. 45. incip. Domina orabilis. Petr. de Anchar. consf. 83. visis diligẽter. circa fin. consil. 180. colum. fi. consf. 329. pro maiori intelligentia, colum. fi. & consf. 375. in supradicta quæst. col. 1. Calderi. consf. 8. duæ puellæ, in tit. de iureiur. Iasf. consil. 133. col. 10. lib. 4. Dec. * consf. 45. in fi. dicens hanc esse * communem, consf. 180. cum seq. & consf. 351. Ripa respon. 4. sub tit. de donat. Soc. consf. 104. lib. 4. Soc. iun. consf. 48 n. 24. & cõsf. 144. num. 25. lib. 1. Curt. iun. consil. 53. colum. pen. & consf. 141. col. 2. Cephal. alios latè congerens, consil. 207. nu. 74. lib. 2. & nouiss. eruditissimus Bursa. cõsf. 75. sub nu. 5. lib. 1. qui alios contrarium sentientes refert, & tandem concludit * istam opinionem * æquiorem, veriorem, magisq. communiter obseruari. Abb. disput. 2. incip. stante statuto, sub nu. 21. casu 9. ver. item turpitudo. Matthe. Gribal. in commun. opinionibus, in verbo, læsio, inquiens, quod ista est * magis * communis, & verior opinio. Lauren. Kirchou. commu. opi. cent. 3. concl. 8. & centur. 4. conclu. 8. vbi latiss. & Ant. Gabriel. in suis commu. conclu. tit. de iure dot. lib. 3. concl. prima, num. 8. & 11.

232 †Ampliatur prædicta limitatio etiã si mi-

ſi minor in ipſo contractu promiſiſſet non venire contra, neque ratione enormis neque enormiſſ. læſionis, prout cōmuniter fieri ſolet: Nam adhuc præd. clauſula non obſtante, poterit contrauenire, & cōtractum reſcindere. Abb. & alij in cap. Quintauallis, de iureiur. Imol. ſub nu. 56. & Alciat. qui alios adducit, nu. 88. d. c. cum contingat. Socin. conſ. 263. col. 5. Dec. conſ. 180. Ripa d. reſpon. 4. num. 14. & Neuizan. cōſ. 21. num. 5. cum pluribus ſequenub. & con ſil. ſequen. num. 5.

233 † Enormiſſima etenim hæſio, non poteſt quacumque verborum generalitate remitti, l. creditor, §. Lucius, ff. mā dat. & l. ſi libertus ita iurauerit, ff. de oper. libert. Ant. de Butr. Abb. & alij d. cap. Quintauallis. Corn. in repetit. dict. Auth. num. 95. cum ſeq. & num. 103. vbi latè. Ancharan. conſil. 330. colum. 5. Caſtr. conſil. 74. quia fruſtra, col. 2. Dec. d. conſ. 180. Crauet. cōſ. 142. num. 24. Illuſtris præceptor meus Rainaldus Rodulph. Peruſinæ Academiæ decus, & ornamentum, in quodam ſuo conſilio incip. ſexus muliebris, in cauſa cuiuſdam mulieris minoris, quæ ſua bona donauit, adhibito iuramento, ſuper qua ad illius contractus reſciſſionem, & ipſe quoque conſului. Guido Pap. quæſt. 519. & melius quam quiſquam alius Cagnol. d. l. 2. num. 87. & 88. in- ✱ quiens, quod ita ſe habet * communis obſeruantia, & practica, & quod vbique ita practicant aduocati, infinitos propemodum adducens ad ornamentum d. l. ſi libertus. Ideoq. dicit Caſſad. in deciſ. vnica, ſub tit. de empt. & vendit. quod Rota quæ æquitati inititur, in caſu enormis læſionis, non curat de iuramento, nec de alijs clauſulis quæ per notarios apponi ſolent.

Et iſthæc omnia diligēter nota, quia ex his non ita de facili, vt cuncti putāt, firmabitur contractus minorū, mulierum, & aliarum perſonarum his ſimilium, virtute iuramenti. Nā licet quotidie in iſtorum contractibus apponi ſoleat iuramentum, ſi non ita generaliter ſecundum formam mox ſupra traditā, fuerint iuramenti verba concepta, ſed ſecundum contrahentium intentionē, non erunt iſtorum contractus iuramēto celebrati, adeò firmi, quin aliquo reſpectu reſcindi, ſeu annullari valeant. Et ideò tabelliones debent in hoc eſſe multum cauti, vt ſecundum eorum intentionem verba ponant, & non aliter; alioquin maximum parari poteſt præiudicium minoribus, vel alijs contrahentibus, in quorum contractibus interponitur iuramentum. Et per hæc ſit tandem ſuprema manus impoſita huic difficili, vtili, atque in praxi valde frequenti iuramentorum tractationi, quam notes perpetuò, quia nullibi ita declaratam, ac dilucidatam reperies.

SI MAIOR FACTVS, ALIENATIONEM ſine decreto factam, ratam habuerit.

TITVLVS IX.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Differentia inter duos titulos C. ſi maior fact. rat. hab. lib. 2. & tit. ſi maior fact. alien. ſine decreto fact. rat. hab. lib. 5.*

2 *Minor alienans rem ſuam, iuris ſolemnitate ſeruata, ſi maior factus alienationem ratam habeat, amplius reſtitui non poteſt.*

Quod

Quod tamen non procedit si dolus interueniat, num.3.

4 *Ratihabitio tribus dicitur fieri modis.*

5 *Ratihabitionis huius tacitæ tempus est quadriennium.*

Quod cum vtile sit, a die perfectæ ætatis scienti, non autem ignoranti currit, num.6.

7 *Intellectus l.3.§.scio, ff. de minoribus.*

8 *Minoris contractus cum est nullus, & fit ex causa onerosa, si post perfectam ætatem tacuerit minor, vel aliàs ratum habuerit, amplius restitui non potest.*

9 *Ratihabitionis huius tempus est quinquennium.*

Quod quinquennium incipit currere a die ætatis perfectæ 25. annorum, numero 11.

Nisi aliter ex forma statuti quis sit maior pronunciatus, num 12.

Quod tamen reprobatur, num.13.

10 *Dispositio l.vlt C. si maior fac. alien. sine decreto fact. rat. hab. locum habet quattuor in casibus.*

14 *Minoris res cum titulo lucratiuo alienata, ratihabitione post minorem ætatem conualidatur; quod tempus decennij est inter præsentes, & vicennij inter absentes.*

Quare aliter dispositum sit in præsente, quàm in absente, num.15.

Ampliatur præd. conclusio vt confirmetur actus post maiorem ætatem, vt valeat vt ex tunc, num.16.

Ampliatur secundò, in hærede minoris maiore effecto, num.19.

Ampliatur tertiò, in eo cui fuerit per prætorem bonorum administratio interdicta infra certum tempus, numero 20.

Ampliatur quartò, in prodigo, ac in omni persona alienari prohibita, numero 21.

Ampliatur quintò, etiam quod non ipse minor, sed eius tutor, rem pupilli pro facto proprio ipsiusmet tutoris obliget, vel alienet, num.22.

Ampliatur sextò, etiam si per rescriptum Principis iam maior factus obtineret, vt rescinderentur gesta in minori ætate, ratificata post 25. ann. num.23.

Declaratur modò id, quando contractus est nullus, ex eo solum, quod non interuenit decretum; secus si alia ratione, num.24.

Contrarium verius, num.25.

Declaratur secundò, vt non procedat in donatione remuneratoria, num.27.

Contrarium verius, num.29.

Declaratur tertiò, quando interuenit dolus, num.32.

Idq. ampliatur, num.33.34.& 35.

Declaratur quartò, in minore sciente, secus in ignorante, & in eo etiam qui dubitat, num.37.& 38.

Declaratur quintò, in contractu simulato. num.40.

Declarantur sextò, supra relati casus vt procedant de iure ciuili, secus de iure canonico, num.41.

Contrarium verius.

Declaratur septimò, quando cōtractus duplici vitio laboraret, num.44.

Declaratur octauò, quando tutor, vel curator, non vt minoris, sed vt propriam rem alienauit. num 45.

Declaratur nonò, quando paucis post diebus quàm maior factus esset, ratū haberet. num.48.

Declaratur postremò, quando minor, maior effectus declarat se nolle ratificare, num.49.

17 *Ratihabitionis natura est, vt trahatur retrò ad tempus initij.*

Declaratur id notabiliter, num.18.

26 *Decretum accipitur in genere, & in specie.*

28 *Donatio remuneratoria cōtractus onerosus dicitur.*

30 *Donatio quæ fit causa remunerationis, verè, & propriè, liberalis, ac gratuita dicitur.*

31 *Donatio propter nuptias cōfirmatur lapsu quinquennij post minorē ætatem.*

36 *Dolus etiam verus de præterito remitti potest.*

Dubitans

Hactenus quę ad actus omnes in minori aetate gestos pertinent, satis superq. tractasse mihi videor; hoc nunc reliqui est, vt ordinis suscepti memor, vltimam tractatus partem aggrediar; videlicet, Quando minor maior factus alienationem ratam habuerit.

1 † Sed priusquam postremum hunc ratihabitionis titulum assumam, perutile, ac necessarium fore duxi, declarare, quaenam existat differentia inter duos Cod. titulos, qui sub eadē ferè verborū forma concepti videtur, quorum alter est, lib. 2. Cod. Si maior fact. rat. hab. alter verò, Si maior fact. alienat. sine decreto fact. rat. hab. li. 5. Cod. qui quidem tituli videntur vnum, idemq. disponere. Videndum est igitur quęnam sit inter eos differentia, & quo pacto in quolibet tit. dicatur quis ratum habere, gloss. vlt. in l. 1. C. si maior fact. rat. hab. libro 2. quam ibidem sequitur Bart. & Salicet. Curt. iun. conf. 50. num. 8. quem refert, & sequitur Bellon. consil. 18. num. 17. illam differentiam esse putarunt, quod tit. si maior fact. rat. hab. lib. 2. C. intelligatur cum alienatio nulliter, ob iuris solemnitatem non seruatam, a minore celebrata, verbis expressim, vel facto, perfecta aetate confirmata est. Tit. verò si maior fact. alienat. sine decr. fact. rat. hab. procedat, cum alienatio nulla, ex defectibus in alio titulo consideratis, solo temporis cursu tacitè confirmata est, quae confirmatio a sola legis dispositione dependet. Quam sanè differentiam puerilem, & Iureconsul. minimè dignam, credidit insignis modernus Iacob. Menoch. de remed. recuperand. possessio. remed. 15. sub numero 106. ex pluribus d. differentiam reprobans. Et primò ex l. 1. C. si maior fact. alienat. sine decret. fact. rat. hab. ex illis verbis (Consensum dedisse.) quae sic de expresso cōsensu, quàm de tacito intelligi possunt, immò de expresso tamquam de potentiori intelligi debent. Secundò reprobatur d. differentia ex l. 2. eiusdem tit. ibi (Speciali confirmatione,) ex quibus verbis non obscurè videtur elici illum titulum libro 5. loqui cum secuta est expressa confirmatio, & ratihabitio. Cui accedit, quod si non alia ratione differrent hi duo tituli, frustra promulgatus esset tit. lib. 2. cuius cōstitutiones a Diocletiano, & Maximiano editae sunt nostrae salutis anno. 287. cum iam ex l. 1. & 2. illius tit. lib. 5. cuius constitutiones Gordiani sunt, ab illo editae anno nostrae salutis 239. vt eruditè nobis declarat eruditiss. Menoch. d. numer. 106. in quibus legibus iā cau um erat tacitam ratihabitionem ex cursu temporis aetate perfecta, gestum aetate minori confirmare, ita, vt non amplius conqueri is olim minor posset: Si ergo tacita hūc pariebat effectum, quanto fortius expressa? Quamobrem alia ab eodem Menoch. traditur differentia, quippè quod tit. lib. 2. in eo differat a tit. lib. 5. Siquidem tit. lib. 2. loquitur quando a minore validè, & cum legitimis solemnitatibus erat celebratus contractus, sed minori laeso sui facilitate, vel aduersarij caliditate, conceditur in integrum restitutio ex praetoris edicto, l. 2. C. de pręd. minorum. Suadeturq. id ex eo, quia d. tit. lib. 2. positus est inter titulos, de restitut. in integrum minori conce-

concedenda, pertractantes. Præterea suadent id verba l. 1. eiusdem titul. ibi (manere integram.) Nam integra res manet, quæ integra semel fuit, non ergo fuit ab initio nulla, sed valida, sed rescinditur postmodum probata læsione, & sic succurritur minori per restitutionem in integrum, nisi post maiorem ætatem confirmauerit. Loquitur igitur præd. tit. lib. 2. quando actus erat legitimè confectus, & validus. Tit. verò lib. 5. loquitur cum cōtractus a minore celebratus, est nullus ob defectum non obseruatæ solemnitatis iuris communis, qui sanè contractus a maiore effecto, vel expressè, vel tacitè ratificatur, ac veluti de nouo stabilitur. Et quod dictus tit. loquatur quando cōtractus est nullus, probatur ex positione tituli, qui positus est inter titulos ostendentes alienationē a minore factam nullam esse, quod ipsius tituli inscriptio manifestò ostendit, (si maior fact. alien. sine decreto factam rat. hab.) quam titulorū differentiam videntur sensisse glo. in l. 3. §. 1. in verbo, (comprobauerint,) ff. de minoribus. quam uno uerbo probauit ibi Iacob. Cuiac. & idem fortè uoluit sentire Alban. cons. 11. num. 2. quos refert, & sequitur pluribus comprobando, Iacob. Menoch. d. remed. 15. num. 106. cum seq. & Anto. Gomez. de contractibus, cap. 14. nu. 11. quam sanè differentiam antequam præd. uiderē, ueriorem, magisq. iuri consonam esse, mihi semper uisum fuit, cum ex inscriptione tituli, tū etiam ex auctoritate Castr. d. l. 1. in fine, C. si maior fact. rat. hab. lib. 2. a quo forsan prædicti sumpserūt, licet eum non allegent, uel eumdem habuerunt spiritum quem ipse habuit, quod facillimè esse potest. Et circa horum titulorum differentiam, latè insistit Maurit. in tracta. de restitu. in integrum. cap. 312.

Expedita hac titulorum differentia, quemadmodum sunt duo diuersi tituli, hanc ratihabitionis, seu ratificationis materiam pertractantes, sic duæ sunt necessariò considerandæ inspectiones.

PRIMA INSPECTIO.

2 PRIMA † igitur erit inspectio, qn̄ minor rem suam alienauit, iuris solemnitate seruata, ita vt de iure subsistat alienatio; sed tamen potest beneficio minoris ætatis rescindi, cum minor fuerit sua facilitate læsus; quo casu si maior factus alienationem confirmet, seu ratam habeat, amplius restitui minimè poterit; & de hac ratihabitione loquitur dictus titulus, si maior fact. rat. hab. lib. 2. Cod. vt vidimus supra, & eos amplius d. casu non posse restitui cauetur expressim in l. 1. & 2. eiusdem tituli. quod etiam probauit Vlpianus ad l. 3. §. 1. ff. de minoribus. Adeoq. verum id est, vt etiam si minoris bona communia, sint ab altero minore alienata sine suo mandato, & is qui non vendidit, factus maior ratificet; qui autem vendidit restitui petat, non tamen is qui ratificauit poterit restitui, singularis est casus in l. unica, C. si in com. eademq. causa in integr. restitut. postul. glos. in l. 2. C. si maior fact. rat. hab. Cephal. consi. 51. num. 14. uer. tertio adducor. & Menoch. dicto remed. 15. nu. 129. declarans, tunc demum id uerum esse, cum causa est diuidua, secus si indiuidua; tunc etenim unius restitutio prodesset alteri, per multa quę ibi

3 ipse allegat. † Declaratur modò præd. conclusio ut uera sit, quando gesta per minorem, fuissent absque dolo gesta, secus si dolus interfuisset, quia tunc ratihabitio nihil operatur, l. 1. C. si maior fact. rat. hab. declarabimusq. latius infra inspect. seq. num. 29.

4 † Præsensq. hęc ratihabitio tribus dicitur fieri modis. Primò fit uerbis expressis, ut puta, si minor id quod in minori ætate gessit, effectus maior expressè ratificet. Secundus ratihabendi modus est, qui tacitè dicitur fieri, lapsu scilicet temporis, † quod tempus

5 non

non quinquennij est, vt putauit Paris. cons. 33. num. 29. & consil. 49. num. 14. & 15. lib. 1. sed est quadriennij, vt expressim cauit Imperator in l. vlt. C. de temp. in integr. restit. gloss. in l. verum, §. sciendum, ff. de minoribus. Ias. in l. nam & postea, §. si minor, num. 5. ff. de iureiur. Roder. Suarez. allegat. 21. nu. 5. cum seq. Alciat. reg. 1. præsumpt. 42. numer. 3. Iacob. Menoch. d. remed. 15. num. 114. & nouiss. moderni Fiuizanens. in tract. de tut. & curat. sub num.
6 77. versic. si verò, & num. 142. † Quod quadriennium cum vtile sit a die perfectæ ætatis scienti, non autem ignoranti currit, vt omnes fatentur, d. l. vltim. & tradit lanssimè Tiraquell. de retractu consang. §. 35. glos. 2. num. 43. & Iacob. Menoch. d. remed. 15. num. 115. plures auctoritates ad id congerens. Adeoq. istud verum est, quod si iste minor effectus maior stetisset per centum annos quod ignorasset huiusmodi læsionem, adhuc posset infra quadriennium a die scientiæ in integrum restitui. Tiraquell. de retract. l. inagier, §. 35. num. 21. Castren. cons. 440. col. 2. vol. 2. Alex. consil. 4. col. pen. volum. 2. Corn. consil. 229. num. 13. vol. 2. consil. 214. col. 2. vol. 3. & consil. 244. num. 3. vol. 4. Mantua (in legali Philosophia vir equidem consumatissimus) in suo Glossario Dialog. Denar. class. 15. cap. 20. num. 2. Benintend. decis. 69. agebat Cæsar. & decis. 71. dubium erat. Menoch. d. num. 115. intelligens sufficere præsumptam scientiam ad hoc, vt istud quadriennium currat. & Fiuizanenses d. tract. de tut. & curat. num. 142. circa finem, vbi allegant Pinell. in Auth. nisi tricennale, num. 58. & seq. C. de bon. mater. qui firmat quem non restitui vltra quadragesimum annum ex capite ignorantiæ. Tertia est ratihabitionis species, quæ facto aliquo inducitur, quæ tam tacita, quàm expressa videtur esse, vt inter vtramque collocauit Salicet. in l. 1. C. si maior fact. rat. hab. & Curt. iun. cons. 50. num. 9. quæ ratihabitionis species inducitur si minor recipiat fructus diuisionis iam celebratæ, conueniat creditores, debitum aliquod persoluat, aut aliud quid simile gerat, per quod comprehendatur actum in minori ætate, a se facto, ipso post maiorem ætatem confirmari. Cui tamẽ tertiæ ratihabitionis speciei fortiter obstare videtur textus in l. 3. §. scio, ff. de minoribus. quo canetur minorẽ qui hæreditatem adiuit, & factus maior, debitores hæreditarios exigendo, aditionem confirmauit, adhuc tamen in integrum restitui.

7 † Huic legi ex intentione Scribẽtium, præsertim gloss. Bart. & aliorum, d. §. scio, respondetur, quod dicti §. dispositio, procedat, ex eo, quia illa exactio, & actus necessarius erat ad aditionem hæreditatis, ex quo sequitur quod quotiescumque actus cõsequens est necessarius ad principium, semper attendatur initium, non autẽ finis. Alia & melior est solutio, quod dispositio d. §. ex eo procedat, quia aditio hæreditatis fuit ab initio solemniter, & validè celebrata, & cum sit aliquis actus in maiori ætate, dicitur haberi respectus ad id quod validè fuit celebratũ in minori. Ideo si in maiori ætate aliquid fiat, adhuc competit restitutio, secus verò si ab initio solemniter, & perfectè non esset facta aditio, quia tunc vt imperfecta finem aditionis inspicimus, quæ si perficiatur tempore maioris ætatis, non principium, sed finem inspicimus. ita sensit Cuiac. d. §. scio, quem refert, & sequitur Menoch. d. remed. 15. nu. 126. Hæc tamen solutio displicuit nouissimo Fiuizanens. in tract. de tut. & curat. sub nu. 75. vers. licet isto casu, vbi ex multis eam reprobat, & ipse d. solutionis falsitatem euidentissimè cõprobo, quandoquidem titulus si maior fact. rat. hab. lib. 2. loquitur quãdo contractus erat ab initio solẽniter, ac perfectè cum debitis solemnitatibus celebratus; quo casu si post maiorem ætatem aliquid celebretur, dicitur haberi

ratum

ratum id quod minori ætate gestum erat, denegaturq. restitutio, licet actus fuerit perfectus, & solemnis. d. l. 1 & 2. eiusdem tit. probauimusq. latè supra auctoritate multorum, præcipuè Menochij, de quo miror ipsum non animaduertisse, quod prædictus intellectus est de directo contra ea quæ supra firmauerat, circa declarationem d. tit. si maior fact. rat. hab. libro 2. Cod. vbi denegatur restitutio, licet actus ab initio fuerit solemniter celebratus, vt ipsemet & alij quamplures fatentur. Et sic, vt vides, huius contextus solutio difficilior est, quàm plerique putent. & moderni Fiulzanens. in tract. de tut. & curat. dum de intellectu d. §. scio, pertractant, maximam eius difficultaté animaduertêtes, dixerunt somniasse quãdam solutionem, quæ cũ satis pulchra, ac subtilis sit, eam relatu dignam esse censui. Siquidem (dicunt ipsi) minor effectus maior restituitur vsque ad vigesimum nonum annum, de eo quod solemniter fecit in minori ætate, & in maiori nõ ratificauit; secùs de eo quod tacitè in maiori ętate, vel etiam expressè ratificauit, cum ad illud non detur restitutio, l. 1. & 2. C. si maior fact. rat. hab. & in d. §. scio, non datur restitutio maiori affecto, de eo qđ ratificauit, sed benè datur restitutio aduersus hæreditatis aditionem, quam non ratificauit, ex capite læsionis, vt cauetur in illis verbis (initio inspecto.) hoc est inspecta hæreditatis aditione, & non exatione facta, & sic restituitur aduersus hęreditatis aditionẽ circa futura, quæ non ratificauit, non autem circa præterita, quæ hæres factus maior, iam ratificauit: & hanc nouam, ac subtilem eorum considerationem colligũt ex l. si mulier, ff. de minoribus, vbi minor non restituitur aduersus solutionem factam hæreditario nomine, licet restituatur aduersus aditionem hæreditatis, quod est rationabile, quia de eo quod non approbauit, non debet pati pœnam. Sic igitur in proposito dicẽdum circa alienationem seu contractum factum a minore continentem plura capitula distincta, quia si in ætate perfecta, minor tacitè vnum capitulum ratificauit, aduersus illud non dabitur restitutio, d. §. scio. Et per hæc, & alia similia hunc intellectũ comprobant præfati Fiuizanens. qui satis sustineri potest, licet videatur nimiũ restringere titulum, si maior fact. rat. hab. libro 2. Cod. & tit. si maior fact. alienat. lib. 5. generaliter loquentes, qđ si post maiorem ætatem aliquid fiat, ex quo appareat confirmari id quod gestum est in minori ætate, denegatur restitutio aduersus totum actum quem ratificasse videtur.

INSPECTIO II.

Altera est inspectio, cum contractus rei minoris ipso iure nullus, a maiori effecto ratificatur, & de hac ratificatione loquitur tit. si maior fact. alienat. sine decreto fact. rat. hab. vt latè deduximus supra in princ. huius tit. In qua inspect. duo sunt considerandi casus.

PRIMVS CASVS.

8 Primvs casus erit, † cum rei alienatio est facta titulo oneroso, vel quia vendita, vel pignori supposita, aut quid simile continens onus, sit per minorem gestum; & tunc si per quinquẽnium post perfectam ætatem tacuerit minor, vel aliter ratum habuerit, non cõpetit amplius restitutio. Et hæc quoque ratihabitio seu ratificatio iisdem tribus dr̃ fieri modis, quibus superior. Primò fit verbis expressis, l. 2. C. si maior fact. alienat. sine decr. fact. rat. hab. ibi (Speciali confirmatione.) idq. dubiũ non habet. Secundò fit hæc ratihabitio, facto, vt putà, petendo, pretium soluendo, dilationes concedendo, vel alia huiusmodi exercẽdo. Tertiò temporis
9 cursu, † quod tempus est quinquennij, in hoc primo casu actus onerosi, l. vlt.

C. si maior fact. alienat. sine decreto fact. rat. hab. quod sensit Accur. in l. vnica, C. de contractibus iudic. Alberic. in l. qui tacet, num. 9. ff. de regul. iur. Dec. in l. quod initio, num. 11. ff. eod. Card. Alban. in lucubrat. in Bar. ad d. l. vltim. Nicol. Vigel. ff. lib. 18. par. 2. c. 6. reg. 1. except. 38. Bart. consil. 162. in princip. Bald. cons. 184. ad intelligentiam quæsitorum, vers. nunc venio, lib. 2. Aretin. consil. 127. colum. 3. Alex. consil. 117. num. 2. vol. 5. Corn. consil. 207. per tot. videtur prima facie, volum. 3. Dec. consil. 232. num. 5. & sequen. Signorol. de Homod. consil. 136. num. 9. Paris. consil. 33. num. 29. cum seq. & cons. 49. numero 17. 18. & 24. lib. 1. & consil. 16. num. 95. versic. tertiò tollitur, libro 2. Franc. Curt. iun. consil. 120. præsupponitur in facto, nu. 8. par. 2. Bellon. consil. 18. num. 17. Crauetta consi. 102. nu. 7. lib. 1. Neuizan. consil. 84. numer. 14. Natta cons. 503. num. 14. lib. 3. Alciat. respon. 164. num. 12. Hieronym. Grat. respons. 47. num. 28. lib. 1. Ruin. consil. 41. numero 51. lib. 1. Cephal. cons. 51. num. 16. lib. 1. & preclarissimus præceptor meus Tob. Nonius cons. 88. num. 19. necnõ Hieronym. Gabrielius non penitendæ doctrinæ vir, consil. 13. sub num. 13. cum seqq. vbi latè insistit. & consil. 36. num. 55. vol. 1. Balb. in tract. præscript. in 1. par. 6. par. princ. casu 23. num. 45. Tiraquell. de retractu conuention. §. primo, gloss. 2. sub num. 61. Cassan. in consuetud. Burgund. in titul. des mains mortes, §. 10. num. 16. fol. 313. Harmenopulus in Promptuario iuris ciuilis, libro primo, tit. 12. versic. si res, & versic. cæterum. Put. decis. 192. lib. 3. Practicus Papiensis in forma libelli in act. reali, in gloss. varijs, ac legitimis, sub numero 7. Anton. Gomez. de contractibus, cap. 14. numero 11. Ferand. Vasq. de success. creat. titul. de testam. pot. §. 10. sub numero 78. versic. decimoseptimo, libro primo. Iacob. Menoch. d. remed. 15. numero 149. Ant. Gabriel. in suis conclus. in tit. de minoribus, conclus. 4. per tot. Borgninus Caualcan. in tractat. de tutor. & curator. num. 146. versic. at si res minoris. & Gaspar Caballin. in gloss. super constitut. Aegidian. lib. 5. cap. 9. num. 10. qui omnes concludunt, quod si minor verbis, facto, vel tacitè per quinquenium post perfectam ætatem tacuerit, dictam alienationem ratificasse dicitur, ita vt maior non possit amplius petere restitutionem in integrum, aduersus alienationem factam tempore minoris ætatis, per textum clarum in l. vltima, C. si maior fact. alienat. sine decr. fact. rat. hab. cuius legis dispositio locum habet quattuor in casibus, † quan-

10 do scilicet alienatio sit facta ab ipso minore cum curatoris, vel tutoris consensu, vel è contra a curatore præsente, sciente, & consentiente minore. Tertiò, cum minor curatorem non habens, venia ætatis impetrata, alienat. Quartò, cum habens curatorem, venia ætatis impetrata sine eo alienat. Et in his quattuor casibus dumtaxat vendicat sibi locum dispositio d. l. vltima, vt ibidem firmãt glos. Bart. Salicet. numero 3. vers. quæro pro elucidatione. Corn. consil. 207. nume. 6. lib. 3. Ruin. consil. 63. num. 21. in fine, libro primo. Alciat. respon. 164. num. 12. Natta consil. 162. numer. 3. lib. 2. Capic. decis. 92. num. 2. quos refert, & sequitur Iacob. Menoch. d. remed. 15. num. 149. intelligens dict. l. habere locum etiam cum solus tutor nomine tamen pupilli, sicq. administratorio alienat, non tamen dict. l. dispositio locum sibi vendicat in pupillo sine tutore contrahente, vt declarat idem Menoch. consil. 29. nume-

11 ro 51. libro primo. † Et istud quinquennium predicto casu oneroso, incipit currere a die ætatis perfectę 25. annorum, vt clarè deciditur d. l. vltima, ibi, (Idest

12 post 25. annos.) † Quod tamen declarat Menoch. dict. remed. 15. numero 152. verum esse, nisi ex forma statuti pronunciatus sit quis maior, vt puta statuto Mediolani (prout ipse refert) ætas

viginti

viginti annorũ pro perfecta habetur, quo casu secundum ipsum, istud quinquennium incipiet currere a die ætatis perfectæ (ex forma statuti) 20. anno-
13 rum. † Ipse tamen puto in hoc Menoch. minus perfectè locutum: Siquidem conclusimus supra hoc eodem libro, tit. 8. inspect. 3. numer. 24. & 26. secundum receptam Doctorum sententiam, quod licet ætas 20. annorum habeatur pro perfecta vigore statuti, non intelligitur tamẽ perfecta quo ad alienationem: Ergo non debet neque etiã quo ad ratihabitionẽ huiusmodi ætas haberi pro perfecta, cum ista ratihabitio alienationem inducat; & quoties ætas reputatur legitima, non est intelligenda quo ad alienationem, sed quo ad alia negotia exercẽda, l. 1. & 2. C. de his qui ven. ætat. impetrau. lateq. ostendimus supra d. inspect. 3. num. 26.

CASVS II.

14 SECVNDVS casus est, † cum res minoris titulo lucratiuo, vtputà, donationis, alienatur: Nam & tunc ratihabitione alienatio illa conualidatur, verbis expressis, & facto, vt superiori casu docuimus, & temporis cursu, quod tempus diuersum est a superiori, cum illud sit quinquennij, istud verò decennij inter præsentes, & vicennij inter absentes, d. l. vltim. vbi id expressim cauetur, & ibi gloss. Bart. Bald. Salicet. & alij, Illustrissimus ac Reuerendiss. Cardin. Alban. in lucubrat. in Bart. ad rub. ff. de minoribus, in fine, & ad dict. l. vltim. Nicol. Vigel. ff. libro 18. par. 2. cap. 6. reg. prima, excep. 38. Abb. consil. 11. num. 19. Corn. consil. 36. in hac consultatione, num. 4. & 13. cũ sequentib. vol. 2. Calcan. consil. 22. col. fin. Cephal. conf. 51. num. 17. lib. 1. Socin. consil. 147. col. 4. vol. 1. Iacob. Mandell. conf. 11. nu. 14. Crauetta conf. 102. nu. 7. lib. 1. eruditiss. præceptor meus d. consil. 88. num. 19. Constan. Harmenop. in Promptuario iuris ciuilis, lib. 1. titu. 12. versic. quod si cui, & versic. si minor. id intelligens etiam si minor veniã ætatis impetrauerit. & vers. at cum donationes. Ant. Gomez. de contractibus, cap. 14. num. 11. Bero. q. 44. num. 5. Menoch. d. remed. 15. num. 158. Borgnin. Caualcan. de tut. & curat. nu. 146. idq. sequũtur omnes ferè superiori casu relati, concludentes, quod quando alienatio non est perfecta, nec solemniter a legitimo tutore facta, & titulo lucratiuo, si minor effectus maior tacuerit per decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes, non poterit amplius contrauenire, cum per lapsum dicti temporis censeatur alienationẽ ra-
15 tificasse, d. l. vlt. † Quare autem aliter sit dispositum in præsente, quàm in absente, duplex potest considerari ratio. Altera est, quia in absente magis de facili cadit obliuio, l. peregrè, ff. de acqui. poss. iuxta illud vulgare, (Di longo da occhio, di longo dal cuore,) vt inquit Corn. d. cons. 36. nu. 20. Altera est ratio secundum eumdem Corn. quia magis difficilis est probatio dictę protestationis, & declarationis suæ voluntatis si lõgè abesset, quàm si esset præsens. Hi duo casus sup. relati amplantur, & declarantur nonnullis modis.

16 Ampliatur Primò, † in tantum verũ esse, vt confirmentur actus post maiorem ætatem, si per quinquennium, decennium, vel vicennium nihil fuerit dictum, vt valeant vt ex tunc, non vt ex nunc, & sic non de nouo conualidatur actus, sed præsumitur, & fingitur ab initio valuisse, d. l. vltim. ibi (quasi ab initio) & retrotrahitur ad tempus contractus, vt consuluit Alex. consil. 117. lib. 5. quem refert, & sequitur Dec. cons. 209. num. 4. & cons. 232. nu. 5. & seq. & Ant. Gabriel. in tit. de minoribus, cõclus. 4.
17 num. 2. † Ita namque est de natura cuiuslibet ratihabitionis, vt trahatur retrò ad tempus initij, & cõtractus. l. vlt. C. ad Macedon. l. licet, ff. de iudic. c. ratihabitionem, de reg. iur. in 6. & declarat Alex. d. cons. 117. num. 2.

18 † Ex quo declaratur illa communis regula quæ habet, quod cũ actus est omninò nullus, ratihabitio confirmat actum vt ex nunc, non vt ex tunc. Bart. in l.obseruare, ff.de offic.proconf.Dec. in l.quod initio, in fine, ff.de reg.iur. Roman.sing.778. incip.iudex. & Petr. Duen.reg.31. in 4.fall. Nam illa procedit in ratihabitione inducta ab homine,quãdo scilicet ratihabitio fit verbis expressis,vel facto,& tunc redditur actus validus vt ex nunc, a die ratihabitionis,ex eo quia actus is nullus, non legis dispositione, sed hominis, conualidatur; qui quidem homo cum fingẽdi potestatem non habeat, non potest facere vt in præteritũ retrotrahatur suus actus, & ita intelligi debent Bart. Dec. & alij sup.relati;secus verò est in ratihabitione tacita, quæ legis dispositione inducitur,temporis cursu,quæ vt ab initio actum sine decreto celebratum confirmat, licet esset ipso iure nullus, quia cum lex fingere possit, potest etiã operari vt ratihabitio preteritum respiciat, retroq. trahatur, vt notanter consuluit Aretin. conf.128.num.5. quem refert, & sequitur Menoch.d.remed.15. num.153. cum seq. reprehendens Paris.& Curt.iun. contrarium sentientes. & moderni Fiuizanens.de tut.& curat. numer.148.dicamq. latiss. in alio meo tract. Mitius agitur cum lege, quam cum homine.

19 Ampliatur Secundò, † vt dispositio d.l.vlt. procedat non solum in ipso minore, sed etiam in eius hærede maiore effecto,vt per DD. d.l.vlt.& Dec.cons. 209.num.4. in casu proposito,cui tempus quod defuncto superfuit, currit, vt voluit Constant.Harmenopul. in promptuario iuris ciuilis,lib.1. tit.12. versic. quod si intermedio.

20 Ampliatur Tertiò,† vt d.l.vlt.dispositio procedat etiam in eo cui per prætorem fuerit administratio interdicta, infra certum tempus, qui durante prohibitione alienat, si per quinquẽnium tacuerit in contractu onerofo, aut per decennium, vel vicennium in contractu lucratiuo, confirmatur contractus, nec amplius reuocari potest,vt singulariter tradidit Roman.sing.771. incip. iudex.Cagnol.in l.quod initio, num.2. ff.de reg.iur. Petr.Paul. Parif.& Alex. ad Bart.in d.l.vlt.& Iacob.Menoch.d. remed.15.num.170.

21 Ampliatur Quartò,† etiam in prodigo qui tacuit per quinquennium, decennium,vel vicẽnium,postquam sanę mentis effectus est, vt per Petr. Paul. Paris.ad Bart.d.l.vlt.vbi ad id citat Roman.dict.sing.771. & Hierony.Gabr. cons.13.sub num.20.& 21.vol.1.Et generaliter in omni casu,siue ex statuti dispositione, siue quouis alio modo quis sit prohibitus alienare, si prohibitione cessante,per quinquennium, vel decennium iuxta dispositionem d.l.vlt. tacuerit, ratificabitur alienatio, nec poterit amplius reuocari.d.l.vlt. & l.vnica, C. de contractibus iudic. vbi in simili dispositum extat, quod donatio facta habenti administrationem in Vrbe, non subsistit, nisi post depositam administrationem pretericrit quinquennium.

22 Ampliatur Quintò,† etiam quod nõ ipse minor, sed eius tutor rem pupilli pro facto proprio ipsiusmet tutoris obliget, vel alienet, quia adhuc poterit minor post minorem ætatem, talem obligationem ratam habere, iuxta dispositionem d.l.vltimæ, vt rescripserũt Cæsares ad l.si in rem,C.si res alien.pigno.data sit. vbi etiã Accurs. id adnotat: Non tamen validatur retrò a tempore obligationis, cum ratihabitio nõ faciat cessare causam retrò impedientem. In casu verò in quo faceret cessare, validat retrò in præiudicium ipsius, non tertij, cui ratum habens medio tẽpore obligasset. ita notanter declarat Salicet.d.l.si in rem.

23 Ampliatur Sextò, † etiam si per rescriptum Principis iã maior factus obtineret,vt rescinderentur gesta in minore etate,post 25.ann.iam ratificata,l.2. C.si maior fact.rat.hab. per quem textum

tum id dixit facũ dissimus Castaldus in tract. de Imperatore, q.3.versic.14. in qua quæst. quinque & centum recenset casus, in quibus Imperator ligat sibi ipsi manus, adeò vt etiam propriũ rescriptum reijciat. Verum aduertas, quod d.l.2. non benè probat id ad quod Castald. eam adducit: Dicitur enim ibi, qui post 25. ann. ea quæ in minori ætate gesta sunt, rata habuerint frustra rescissionem eorũ postulant; quasi dicat, quod is qui iam maior factus ratũ habuit quod gessit in minori ætate, non potest de iure rescissionem petere: Nõ autem denegatur ibi talis potestas Imperatori, quin posset, si vellet, ex speciali beneficio concedere rescissionem eorum, quæ iam post minorem ætatẽ rata habita fuere, etiam quod id fit cõtra ius; vnde dant consilium DD. & remediũ vt in casu per legem prohibito Imperator dicat, Non obstante tali lege: tũc etenim huiusmodi concessio valet, & tenet, secundum Bart. in l.1. num.4. C. de petit. bon. subl. lib. 10. quod pro singulari tradit Veronens. caut. 56. incip. & est cautela pulchra. & caut. 116. incip. nonnulli, post medium. necnon caut. 220. supplicatur, post medium. & Castald. d.q.3. in fine, vers. notandum tamen est, vbi infinitos ad id adducit.

24 Declaratur modò,† vt d.l. vlt. dispositio, tunc demum locum habeat, cum contractus esset nullus, ex eo solum, quia non fuisset appositum decretum, secus verò si ex aliqua alia causa, (nempè quia cæteræ solẽnitates non adfuerint,) contractus sit nullus: Nam tunc non ratificatur, ex decisione d.l. vlt. vt sensit Accurs. d.l. vlt. in verbo, minorum, vers. porrò, inquiens d.l. vlt. non habere locum vbi minor curatorẽ habens, sine eo non impetrata venia alienauit, l. si curatorem habens, C. de in integr. restit. minorum. quasi velit dicere, deficit alienatio isto casu ex alio capite, quàm ex defectu nõ interpositi decreti. & cum Accursio pertransit Salicet. ibidem, nu.4. versic. quid si non tantum. & ante eum ibi Cin. & Iacob. de Aren. vers. hoc principiũ. & Io. Fab. in Breuiario, d.l. vlt. decis. Neap. 92. in nouiss. Roderic. Suar. in tit. de las arras, sub num. 67. Ant. Gabriel. tit. de minoribus, conclus. 4. num. 5. cum seq. & consuluit Corn. cons. 207. num. 7. lib. 3. id firmans ex verbis d.l. vlt. ibi, (Occasione prætermissionis decreti.) Ergo a contrario sensu (secundum eum) si alia occasione quàm prætermissionis decreti contractus erit nullus, non ratificabitur dispositione d.l. vlt. quod confirmat ex eo, quia tit. præcedens, & tit. si maior fact. alien. lib. 5. Cod. loquuntur solum quando nullitas causatur ex defectu decreti. Secundum subiectam igitur titulorum materiam ratificabitur contractus, solum cum est nullus ex defectu non interpositi decreti. arg. l. Imperator, ff. de in diem adiect. idq. firmauit etiam Curt. iun. cons. 50. & seq.

25 Contrarium tamen,† & melius sensit ingeniosissimus Menoch. d. remed. 15. sub numer. 142. versic. at ipse, quod immò omne nullitatis vitium ex quouis capite tollatur, in terminis d.l. vlt. nullaq. constituenda sit differentia in nullitatis specie. Et in angustum redigendo ea quæ ipse subtiliter, ac copiosè pro veriori hac sententia recenset, tria sunt potissimum quæ eam indubi-
26 tatam reddunt.† Primò, decretum accipitur in genere, & in specie. In specie accipitur, pro actu separato a causæ cognitione, cæterisq. solemnitatibus, vt probatur in l.3. C. si quis ignorans. ibi, (siue cognitione causæ, & interpositione decreti.) Habet etenim decretũ præcedere, vt antecedens necessarium, causæ cognitio, quæ in multis versatur, vt sup. lib. 1. tit. 1. latissimè dictum fuit. In genere autem sumitur decretum quatenus in se complectitur causæ cognitionem, & cætera solemnia, quæ in huiusmodi alienationibus exiguntur. Decreto igitur in proposito, alienare intelligitur, cum sit alienatio cũ interuentu omnium solemnitatum, vt ex

inscriptione titulorum de hac materia tractantium facilè dignosci potest. Siquidem tit. ff. de rebus eorum qui sub tut. vel cura sunt, sine decr. nō alienan. inquit in genere, bona minorum non esse alienanda sine decreto; & tamen in l. magis puto, §. ne passim, ff. eo. enumerat ea quæ necessariò interuenire debent in hac alienatione, de quibus latiss. diximus sup. lib. 1. tit. 1. per tot. Idē etiā probatur ex inscriptione tit. C. de præd. & alijs rebus minorum sine decreto non alien. iuncta l. ob æs, C. eod. Sumitur igitur in proposito cum decreto alienare, cum integra solemnitate quę in dicta alienatione exigitur. Dum ergo dicitur in d. l. vlt. (Occasione prætermissionis decreti,) non debent illa verba assumi pro singulari illo actu auctoritatis interponendæ, sed pro integro, ac perfecto decreto, iuncta causę cognitione, cęterisq. solemnitatibus, quod ipse solitus sum comprobare, ponderando verba d. l. vltim. ibi, (Quasi ab initio legitimo decreto.) Siquidem decretum non dicitur legitimum, nisi omnia solemnia interuenerint, d. l. magis puto, §. non passim, & dum ibi fit mentio de legitimo decreto, intelligi debet ad differentiam simplicis decreti, quod non est legitimum sine debitis solemnitatibus. Secundò mouetur idem Menoch. Prouidere solum cum nullitas actus est in illo singulari, decreti non interpositi, est constituere differentiam inter nullitatē actus vno vel altero modo causatam, & tamen nullam differētiæ rationem afferre: Nā quemadmodum non potest sine causæ cognitione, & cæteris solemnitatibus alienare, ita nec etiam potest sine decreto, & econtra. Ergo idem ius statuēdum est, arg. l. illud, ff. ad leg. Aquil. Tertiò id ipse probat ex l. 2. C. si maior fact. alien. vbi expressa ratihabitio tacitæ æquiparatur, sed per expressam omne nullitatis vitium, ex quouis capite eo casu tollitur; idem ergo ex tacita. Ex quibus omnibus eruditiss. Menoch. putat satisfactum leui argumentationi. Corn. d. cōsil. 207. num. 7. & istam sententiā probauit idem Corn. sibi contrarius, cons. 36. num. 22. lib. 2. Paris. cons. 49. nu. 58. lib. 1. & Grat. respon. 47. in fine, lib. 1. quos refert Menoch. dicto remed. 15. sub num. 148. Bero. quæst. 43. quidam in contractu diuisionis, num. 4. & seq. moderni Fiuizan. in tract. de tut. & curat. sub nu. 146. idq. etiam videtur sensisse Gaspar Caballin. in glos. sup. constitut. Aegid. lib. 5. cap. 9. num. 10. Hieronym. Gabrielius cons. 13. nu. 22. vol. 1. vbi testatur de magis * communi. Io. Cephal. cons. 51. num. 45. lib. 1. inquiēs ita omnes intelligere. Et cum hac opinione tamquam veriori omnino pertranseundum censeo.

27 Declaratur Secundò, † id quod dictū est secundo casu, de donatione, nō procedere in donatione remuneratoria, in qua non obseruatur cursus decenij, aut vicennij, sed quinquennij tantum sufficit, vt consuluit Corn. cons. 36. nu. 13. in hac consultatione, lib. 2. quē fuit secutus Socin. iun. consil. 102. num. 39. lib. 2. & Menoch. d. remed. 15. nume-
28 ro 159. cum seq. afferēs rationē, † quia donatio remuneratoria cōtractus onerosus appellatur, illiq. æquiparatur, l. si pater, §. 1. ff. de donat. vbi gl. & omnes adnotant. Tiraq. in l. si vnquā, in verbo donatione largitus, nu. 13. & seq. C. de reuoc. don. & sequuntur multi alij quos refert Menoch. d. remed. 15. nu. 161.
29 Contra id tñ † consuluit Curt. iun. cons. 141. col. fin. vers. non obstat etiam præmissis. quem sequitur Ant. Gabr. in tit. de minoribus, concl. 4. n. 4. quę quidem opinio verior absque dubio erit,
30 si teneas opinionem illam, † quod donatio, quę fit causa remunerationis verè, & propriè, & etiam liberalis, & gratuita dicatur, vt firmauit glo. in l. donari, ff. de reg. iur. & in l. sed & si lege, §. cō suluit, ff. de petit. hæred. in verbo (obligauerint,) vbi dicit id esse sine dubio. Dec. & Cagn. d. l. donari. Faber in rub. Inst. de donat. & Aret. in prin. eiusdem tit. num.

tit.num.2.Imol.in rub.de donat.extra num.1.sequunturq. multi alij quos refert Pinell.in l.1.par.3.sub nu. 60.vers. assero igitur, vbi per multas paginas egregie, ac subtiliter d. opinionem defendit. Præterea, omissa circa id opinionum varietate, crederem in proposito dispositionem d.l.vlt.dum loquitur de donatione, procedere etiā in donatione remuneratoria, vt in ea requiratur decennium, vel vicennium, non autem quinquennium, vt perperam opinari sunt Menoch. & alij per ipsum relati. Siquidem donatio remuneratoria in proposito nostro eiusdem naturæ iudicatur, cuius quælibet alia donatio. Nā neque etiam cum decreto potest donatio celebrari per minorem, d.l.vlt. qđ procedit etiam in donatione remuneratoria, quam neque etiam cum decreto potest minor celebrare, vt latè conclusimus supra, lib.1.tit.2.inspect.4. Et vt idem Menoch. dicit loco supra relato, numero 162. Ideo Iustinianus inter casus lucratiuos, & onerosos differentiam posuit, quia donatio regularis, & propria, nec etiam cum decreto celebrari de re minoris potest, vt ipsemet Iustinianus fatetur d. l. vltima, §. cum autem. Iusta ergo de causa maius tempus exigitur, vbi maior nullitas adest. Qua ratione sic stāte, maius tempus exigitur in donatione remuneratoria, cum adsit maior nullitas, cum nec etiam cum decreto ea fieri valeat, vt iam dictum est, & sic erit necessarium decennium, vel vicennium, non autem quinquēnium, prout perperam præfati senserunt. Posset tamen superior opinio saluari, vbi ex meritis ius agendi competeret, secus si agendi ius minimè competeret, iuxta ea quæ diximus supra libro primo, titul.2. insp.

31 quarta, nu.31. † Vel etiam aliter posset prædicta declaratio defendi, vt ea vera sit in donatione propter nuptias, quæ confirmatur lapsu quinquennij, postquam minor factus est maior, cū tamen aliæ donationes non confirmētur, nisi lapsu decennij, vel vicennij, vt post Corn. & Soc. iun. declarat Menoch. cosil. 29. numero 33. lib. primo. ita intelligens d.l.vlt.§.vlt. in illa parēthesi, (Excepta propter nuptias donatione.) quæ verba licet plures habeant intellectus, is cęteris verior est, secundum Menoch. in præcit. loco.

32 Declaratur Tertiò, d.l.vlt. non procedere cum in alienatione interuenit dolus, tunc etenim ex ratihabitione non conualidatur contractus. Bal. cōs. 45. contractus, libro 2. Roman. cons. 54. colum.1. in fine, versicu. tertio ista pars. Paris. consi. 49. numero 5. & cons. 100. numero 69. lib.1. Ruin. cons. 170. numero 29. versicu. sed videtur obstare, lib. primo. And. Sicul. cons. 42. lib.1. Crauetta cons. 160. in hac causa, col.1. in fine. Tob. Nonius cons. 88. num.13. Curt. iun. consi. 50. per tot. & cons. seq. Marc. Ant. Natta cons. 162. numer. 34. lib. primo. Iacob. Menoch. cons. 29. nu. 49. lib.1. & d. remed.15. nu.177. Anto. Gabriel. in tit. de minoribus, conclus.4. num.8. Fiuizanenses de tut. & curat. sub num.146. & Gaspar Cabalin. in gloss. super Constitu. Aegidiana, lib.5. cap.9. * sub nu. 10. dicens id * communiter receptum. Et licet in toto titu. C. si maior fact. alienat. nullum sit verbum de dolo, debet necessariò tamē intelligi ipsū exceptum, cum in omni dispositione intelligatur exceptus dolus. l. creditor, §. Lucius, ff. mand. & latè Paris. d. consi. 49. nu.3. & 4. Insuper, si per expressam ratificationem cōtractus dolosus ratificari minimè valet, l.2. C. si maior fact. rat. hab. ergo multo minus ratificabitur per tacitam ratihabitionem, vt in proposito arguit Rom. d. consi. 49. n.5.

33 † Quæ quidem conclusio adeo vera est, vt etiam quando dolus præsumitur ex inobseruantia statuti, contractus nō firmetur ex dispositione d.l.vlt. secūdū Rom. d. consi. 54. colum.2. versic. idem colligit. Barbat. cons. 70. colum.3. versi. præterea hoc idem colligitur, volum.3. Curt. iun. d. consil. 50. per tot. Ruin. d. cons.

conf. 170. num. 29. vers. sed videtur obstare. Hieronym. Gabriel. inter Vrbis aduocatos celeberrimus, conf. 13. num. 14. 15. & seq. lib. primo vbi circa id latè insistit.

34 †Idem etiam in dolo præsumpto resultante ex læsione, censuit Barb. consi. 42. nu. 14. in fine, lib. 1. & cons. 70. col. 3. vers. & licet ista, vol. 3. Contrarium tamen, & melius (mea quidem sententia) sensit Paris. cons. 49. col. 4. versic. ad quorum veram resolutionem, lib. 1. & litteratissimus Menoch. d. rem. 15. nu. 179. cum seq. vbi hanc sententiam incõuincibiliter veriorem esse ostẽdit. Nãque (inquit ipse) certum est contrahentem sine solemnitatibus a iure requisitis esse in dolo præsumpto, & mala fide. c. qui contra iura, de reg. iur. in 6. & ibidem Din. gl. notab. vbi etiam Barto. in l. 1. C. de fide instrumentorum, lib. 10. pulchrè per Bald. cons. 347. quæro quidam nobilis, lib. 1. Verum qui contrahit cum minore sine decreti interpositione, dicitur esse in mala fide, & dolo præsumpto, cum non obseruet iuris solemnia, & tamen dolus iste præsumptus extinguitur tacita hac ratihabitione, quod secus esset si dicta constitutio non haberet locũ in dolo præsumpto. Nec obstat quod dictum est, in qualibet dispositione censeri dolũ exceptũ, d. §. Lucius. Siquidem verum id est, in dolo vero, non præsumpto, vt notanter declarat Soc. in l. cum filiusfamiliàs, in princ. num. 1. ff. de verb. obligat. quem sequitur eruditissimus vir Iacob. Menoch. in loco supra relato, numer. 179. in fine.

35 †Ampliatur Tertiò, hæc declaratio, vt censeatur dolus exceptus, etiam si dolus cognitus sit illi facto maiori. Curt. iun. d. conf. 51. quem refert Ant. Gabr. d. tit. de minoribus, concl. 4. num. 11. & Hieronym. Gabriel. d. conf. 13. numero 17. vbi id latè pertractat. Decipitur tamen Curt. in hoc. Si enim maior effectus, non ignorauit, sed dolum nouit, illi renunciasse dicitur, secundum glos. in l. 1. C. si maior fact. rat. hab. ex textu l. si quis ratione, ff. de liberat. leg. & Pa-

36 ris. consil. 49. num. 42. & seq. lib. 1. † Siquidem dolus etiam verus, de præterito remitti potest, d. l. si quis ratione. glos. Ias. & cæteri, in l. si vnus, §. illud, ff. de pact. dolus autem de futuro remitti non potest, l. Aurelio, §. Caius, ff. de liber. leg. latè Cec. conf. 187. numer. 3. & conf. 192. num. 4. vers. secundo principaliter. & in l. contractus, num. 42. ff. de reg. iur. & sic hę duę ampliationes erũt limitationes ad dictam tertiam declarationem. Posset tamen saluari præsẽs ampliatio, eam intelligendo secũdum Gabriel. d. consil. 13. numero 17. cum seqq.

37 † Declaratur supra relati casus quartò loco, vt non procedant nisi in minore sciente venditionem, secus si eam ignorauerit. ita intelligit d. l. vlt. Bar. & alij ibidem. Paris. consil. 49. lib. primo. Marian. iun. consi. 59. colum. 2. versicu. nec his obstat, lib. primo. Natta consil. 162. num. 31. & 32. lib. primo. Anton. Gabriel. d. conclus. 4. tit. de minoribus, num. 12. Iacob. Menoch. in præcitato loco, num. 185. Fiuizanenses in tracta. de tutor. & curator. sub num. 146. circa finem. & Hieronym. Gabriel. consil. 36. num. 60. volum. primo. Siquidem ille cursus tẽporis non inducit præscriptionem, sed quandam tacitam ratihabitionem, quę cadere non potest in ignorantem, secundum Bald. in l. mater, in 4. opp. C. de rei vindicat. & in l. 1. opp. 9. C. qui admitti. & in l. obseruare, §. vl. quæst. 4. ff. de offic. procons. & leg.

38 †Idq. non solum procedit in ignorãte, sed etiam in eo qui dubitat: Dubitãs enim æquiparatur ignoranti, quia neuter intelligitur iuri suo renunciare, secundum Bart. in l. manifestissimi, §. 1. per illum textum, C. de furt. & Bald. in l. leges sacratissimæ, C. de legibus, inquiẽs, quod ita parcitur dubitanti, sicut ignoranti. Ex quo Natta d. consil. 162.

39 num. 32. & seq. infert, † non sufficere vt minor habuerit notitiam in genere,

re, venditionis factæ, nisi etiam tenor venditionis innotuerit in cunctis eius partibus, quia tunc vt dubitans haberi potest. Ad quod facit gloss. notab. in cap.conce ttationi, in verbo, (Sciuit)de appellat.in 6.quæ vult,quod non dicatur aliquis scire factum,nisi illud nouerit cum suis qualitatibus.quod sequitur Specula.tit.de appellat.§. qualiter,ver. cautus etiam sit. Multaq. alia similia ad id congerit Natta d.consi.162.nu.32.& seq.& consi.456.num.18.lib.2.& consi. 635.num.11.lib.3. Sed poterat in proprijs terminis nostris allegare Corne. consi.207.videtur prima facie,num.8. in fine, lib.3.dicens, quod licet minor habuerit notitiam venditionis,non autem habuit notitiam quod non interuenerit decretum, ita vt potuerit credere non posse eam impugnare, tacendo non censetur consentire, vel ratificare, quia qui credit non posse recusare,non censetur habere velle.argum.l.is qui putat,cum duabus ll.seqq.ff.de acquir. hęred. Oportet igitur vt habeatur tacitus consensus, quod minor habuerit notitiam defectus venditionis, quippè qđ nō valuerit propter dictam rationem, quæ notitia cum non appareat, præsumitur ignorantia, l. verius, ff. de probat.

40 †Declaratur Quintò, supra relati casus,vt non procedat,quādo contractus esset simulatus, sic egregiè respondit Bald.consi.45.quandoque contractus, lib.2.quem sequitur Natta d.consi.162. num. 34.inquiens alibi id non legisse. & Iacob. Menoch. d.remed.15.num. 182. vbi reddit rationem istius declarationis;simulatus namque contractus non est contractus,l. simulatæ nuptiæ, ff.de ritu nupt. l.emptor, ff. de aqua pluu.arc. Pluraq. tradidit Franc. Ripa in l.nemo potest,ff.de leg. 1.numer.65. & num.67.vbi ostendit,simulationem fortius reddere contractum nullum, quàm faciat dolus: Si ergo vbi est dolus non rausicatur,fortius, nec vbi est simulatio.

41 †Sextò declaratur supra relati casus, vt procedant de iure ciuili, secus verò de iure canonico, quo attento, non habet locum d.dispositio, propter malam fidem illius qui scit contractum non valere. Anton. Butr.consil.45.Domina Orabilis,colum.3.versi.non obstat. quam sequitur Ruin.consi.41.numero 51.libro primo. Paris. ad Barto. in d.l.vlt.Anto.Gabriel.d.tit.de minoribus,conclus.4.num.13.& Iacob.Menoch.consil.29.num.46.lib.1.vbi re vera de hac opinione dubitat.

Huiusq. declarationis ratio est,quia 42 †qui contrahit cum minore sine solemnitate, dicitur esse in dolo, & mala fide,cap.qui contra iura,vbi Din. de reg. iur.in 6.Boer.quæst.1.num. 54. Socin. iun.consi.69.nu.45.lib.1. qui dixit hāc esse præsumptionem iuris,& de iure, quæ in oppositum probationem non admittit. Curt.iun.d.consil.50.num.5. Neuizan.consi.85.num. 14. Tiraq. de leg. connubial.glo.4.num.20. vbi dicit quod retinēs rem emptam sine solemnitate, non est tutus in foro conscientiæ, quod & videtur sequi Franc. Sarment.in tract. de redditibus ecclesiast. par.1.cap.2.num.4.& seq.Pet.Rebuff. in compendio alienat. rerum ecclesiastic. num.42. Prouinc. omnium eccles. fol.35.& Menoch.d.consi.29.num.48. meritò contrahens cum minore sine debita solemnitate, cum sit in mala fide, non poterit post tempus in d.l.vlt. præstitutum eiusdem legis exceptione se tueri.Contra quod tamen sensit Menoch.quod immò etiam de iure Pontificio vendicet sibi locum dispositio d.l.

43 vlt.† Nam cursus d.temporis quinquēnij, decennij, & vicennij, non præscriptionem, sed ratihabitionem inducit, vt adnotant omnes in d.l.vlt. Calcan. consi.2.in fi.& Natta consi.162.num. 31.lib.primo. Præterea ætate perfecta, huic alienationi, si non assistit lex, nec etiam resistit, quo casu nullum subest malæ fidei impedimentum, & sic cessat regula d.c. qui contra iura, vt egregiè de-

giè declarat Bartol.in l.sed & si lege, §. scire, num.4.ff.de petit.hæred. & Balb. in repet.l. Celsus, num. 21.ff.de vsucap. & Menoch.d. remed. 15.nu. 188.cum seq.vbi subtiliter id defendit.

44 † Septimò declarantur dicti casus, quando contractus duplici vitio laboraret, nullitatis scilicet, & læsionis, tunc etenim sublata ex cursu temporis nullitatis causa, non tamen intelligitur sublata causa læsionis, vt clarè deciditur in l.1.C. si maior fact.alienat. sine decr.fact.rat.hab. vbi Bart.Bald. Salic. & alij.Pant.de Crem.in repetit.l. 2.num. 98.C.de rescind.vendi.& ibidem Ioannes Sichard.sub num.14.tomo 1.Aug. Bero.consil.22.num.53.vol.2.Ant.Gomez. de contractibus, cap.14.nu.11.& Menoch.d.remed.15.num.184.Cuius decisionis ea est ratio, quia contractus rescissio ex causa læsionis, etiam maiori conceditur, l.2.C. de rescind.vendit. quam rationem ad fert Menoch.d.nu. 184. inquiens eam considerasse Gordianum Imper.in d.l.1. vbi tamen de hoc nihil dici animaduerti. Et in tantum id uerum est, quòd si quippiã tertius promitteret adultum quempiam ratum habiturum contractum a se illius nomine factum, postquàm ętatem uigintiquinque annorum compleuerit, non incidit in pœnam, si ipse minor factus maior, contraueniat ob contractus iniquitatem. Anch.consil. 330.sub n.9.uers. descendo, ubi latè circa id insist.Rom.sing. 551. promittit quis, per l.cũ minor, ff.rẽ rat.hab. Tiraq.in rep. l.si qñ, in fine, num.6. C.de reuoc.don.

45 † Declarantur Octauò, dicti casus, vt non procedant, quando tutor ipse solus, vel curator rem minoris, non vt minoris, sed vt propriã alienauit, quo casu non est locus constitutioni d.l.vlt. C.si quis igno. rem min. esse.qui titul. immediatè precedit dictum ti.C.si maior fact.alien.sine decr. fact.rat.hab.& ita intelligit prædicta glos.in d.l.vlt.C. eod.in verbo (minorum,) ver.item adhuc opponitur.& ibi Bart.& Salic. nume.5.versic.quæro quid si tutor.& Iac. Menoch.d.remed.15.nu. 163. vbi declarat quod tex.l.vlt.C.si quis ignor.rẽ minoris esse.non obstat dispositioni d. l.vlt. C.si maior fact.aliena. Siquidem illo titu.C.si quis ignorans, non agitur, cum tutor, vel curator nomine pupilli, vel minoris distrahit, sed sola hæsitatio est in d.textu ex latere acquirentis, an sciens, vel ignorans rem minoris sine decreto emat, quo casu si quis ignorãs rem minoris esse, sine decreto comparauerit, cum sit in bona fide, prescribit emptor.l.1. & l.vlt. C. si quis ignorans. vbi sancitum extat, emptorem bonæ fidei per decem annos inter presentes, & viginti inter absentes præscribere rem minoris, cuius emptor eam esse ignorabat; secus verò si sciret, & esset in mala fide, vt tot.tit.C.si quis ignorans. vbi magna constituitur differentia inter bonam fidem, & malã fidem, vt & ibidẽ Azo.in Sum.animaduertit.

46 † Nec quicquam facit quod quemadmodum ea quæ alienari nequeunt, non possint nec etiam vsucapi.l.alienationis verbo, ff.de verb.sign & ibi Alciat.glos.in l.vbi lex, ff. de vsucap. cum similibus. Siquidem dupliciter respondetur, & Primò negando, quod prohibita alienatione, dicatur phibita vsucapio, vel præscriptio, ex his quæ scribit Bar.in l.cum filiusfamilias, §.Diui, nu. 22.ff. de leg.1. idque egregiè defendit subtilissimus Pinell.in repetit.Auth.nisi tricennale, num. 25.cum seq. C.de bon.matern.vbi plura, & validissima quidem argumenta recenset, respondens ad d.l.alienationis, & ad alia omnia quæ in contrarium adducuntur. Secundò respondetur, esto verum esse, prohibita alienatione, censeri prohibitam etiam vsucapionem, præscriptio tamen, vel vsucapio incipit currere post legitimam ætatem, quo tempore licita est alienatio, l.1.& vltima, C.si quis ignorans.glo.in d.l.prima, & in l.secunda, C.de vsucap.pro empt.& in l.vlt. in verbo, minorum, circa finem, C.si maior fact.

ior fact. alien. Corn. consil. 207. num. 5. vol. 3. Balb. in tract. præscript. in prima parte, 6. par. princ. casu 23. in fin. & Pinell. in repetit. d. Auth. nisi tricennale, num. 25. in fine. Possunt igitur per prædicta res minorum concurrente bona fide, & titulo cum errore facti, vsucapi, postquam cessat minor ætas.

47 †Circa materiam autem præscribēdi res minorū, breuis, ac compendiosa est resolutio, quod si est impubes minor 14. annorum, nulla præscriptio, vel vsucapio contra eum currit, neque est opus restitutione, l. bonæ fidei, ff. de acquiren. rerum dom. Si verò est adultus, & sic maior 14. annorum, vsucapio rei mobilis currit, sed restituitur. l. vnica, C. si aduers. vsucap. Sed hodie non currit ipso iure, l. vlt. C. in quibus cau. restitut. in integr. non est necess. Præscriptio verò rei immobilis non currit, tamquam magis præiudicialis, & quia non potest alienari sine decreto, l. 2. C. quibus non obijc. long. temp. præscript. vbi communiter DD. Præscriptio verò triginta vel quadraginta annorum non currit mero iure contra minorem impuberem, sed contra adultum benè currit, sine spe restitutionis, quia non potest perfici in minori ætate, sed in maiori vltra quadriennium, l. sicut in rem, propè finem, C. de præscript. 30. vel 40. annorum. ita magistraliter nos docet Anton. Gomez. de contractibus, cap. 14. numero 3. & generaliter quomodo procedat præscriptio circa res minoris, & quomodo aduersus eam restituatur, vide bonam gloss. in l. vlt. in gloss. magna, in fine, C. si maior fact. alien. glos. & ibi DD. in l. bonę fidei, ff. de acquir. rerum domin. & in l. etiam ei, ff. de minoribus. Salicet. in l. 1. C. si aduers. vsucap. & in l. vlt. C. in quibus caus. in integr. restit. non est necess. Balb. & alij materiam præscriptionum pertractantes. Volui solum hæc pauca dixisse ob declarationem l. 1. & vlt. C. si quis ignor. rem min. esse sine decr. comp. qui tit. cum videatur ad nostri tractatus materiam pertinere, aliquid de eo tetigisse mihi visum fuit, de quo latè Ign. de S. Conf. Syll. l. 3. §. eleganter, numero 205. Declaratur igitur (ad rem redeundo) d. l. vlt. C. si maior fact. alien. sine decr. fact. rat. hab. non procedere quando tutor, vel curator rem minoris, non vt minoris, sed vt propriam alienauit; tunc etenim locus non est constitutioni l. vltima, C. si quis ignorans rem minoris esse, vt mox sup. declarauimus. Vnum in proposito d. l. vltima, C. si maior fact. aliēnat. animaduertendum est, quod cum minor sibi præiudicet spatio quinquennij, maior verò decennij, deterioris conditionis videatur esse minor, quàm maior, contra omnia iura, quæ innumera ferè minoribus priuilegia tribuūt, vt tot. titu. de minoribus, quod tamen verum minimè est; considerādum est quippè, quod immò melioris conditionis est minor, quàm maior, prout omnia iura exclamant, & d. l. vl. quæ videtur cōtrarium statuere, loquitur cum venditur res voluntate minoris. quo casu maiori volenti statim præiudicatur, minori autem non, cum expectetur quinquennium. Accedit, quod si maior volens non fuisset, contrauenire debet, litem cōtestando, vel alijs legitimis modis præscriptionem interrumpendo. In casu verò d. l. vlt. sufficit quocumque modo minor contrariam voluntatem declaret. ita sensit Accurs. & Azo d. l. vlt. & ibidem Salicet. numero 3. vers. contra hoc. & Anton. Gabriel. in titu. de minoribus, conclus. 4. in fine. Ratio autem est quia iste cursus tēporis, propriè non est præscriptitius, sed ratihabitionis inductiuus. Salicet. d. l. vlt. numero 3. versicul. & est ratio, & ibi omnes DD. adnotant. Calcan. consi. 22. in fine. & Marc. Ant. Natta cons. 162. nu. 31. lib. 1. Ideo sufficit quod minor quocumque modo suam contrariam voluntatem ostendat.

48 †Nonò declarantur prædicti casus, vt non procedant, quando paucis post

diebus

diebus, quàm maior factus esset, confirmaret, seu ratum haberet. ita notanter declarant Barba.consil. 70. illud in medium afferam, colum. 5. versi. septimo faciat, lib. 3. & Maurit. in tract. de rest. in integr. c. 312. in fine, dicens Senatum Dolanum ex bono, & æquo in quadam facti specie ita limitasse d. tit. C. si maior fact. quam sanè declarationem falsam prorsus esse existimo, cum in d. l. vlt. generaliter, & indistinctè statuatur, quod post minorem ętatem valeat minor confirmare id quod in minori ætate gestum erat, & quoties quis ad tempus prohibitus est, statim adueniente tempore, dicitur prohibitio remoueri, l. pater filium, §. fundum, ff. de legat. 3. Alex. cons. 17. col. 1. lib. 2. Dec. consil. 386. colum. 2. Socin. iun. consil. 63. colum. 1. & consil. 139. per tot. lib. 1. & latè Tiraquell. de retractu conuent. §. 1. glos. 2. numero 44. & arg. eorum quæ de testamento habentur in §. pręterea, Inst. quibus non est permiss. fac. testam. & contra dictam declarat. tenuit Cephalus consil. 51. numero 42. lib. 1. respondens his quæ dicit Barbat. d. consil. 70.

49 † Declaratur postremò, vt d. l. vlt. nō procedat, quando minor, maior effectus ante quam labatur tempus quinquennij, decennij, vel vicennij, iuxta dispositionem d. l. vlt. declarat se nolle ratificare id quod in minori ætate gessit. Bartol. d. l. vlt. versicul. ad vnum tamen aduerte. & ibi Salicet. numero 2. versic. & ideo quandocumque. Hippolyt. Riminald. consil. 5. sub numero 238. lib. 1. & Anton. Gabriel. titul. de minoribus, conclus. 4. in fine. Idq. dubium non habet, cum d. l. vlt. loquatur quando minor expressim ratificat, vel per statutum tempus tacet, quorum vtrumque cessat prædicto casu. Et in tantum id verum est, vt ad dictam reuocationem admittatur etiam hæres, cui (si & ipse sit minor) tempus quod supererat defuncto, ex quinquēnio vel decennio, non currit durante minori ætate, sed demum eo facto maiore, vt cauetur expressim d. l. vlt. vbi etiam Salicet. aduertit numer. 1. & 2. An autem ad excludendam dictam ratificationem sufficiat extraiudicialis quærela? Azo d. l. fin. tenet quod sic, quem videtur ibidem sequi Salicet. numero 6. & expressius Hieronym. Gabrielius consil. 89. numero 5. Contrarium tamen firmauit Hug. vt refert Accurs. d. l. fi. Tu verò distinguas, quod aut contractus tenet cum fuerit debitis omnibus solemnitatibus celebratus, sed petatur restitutio, & tunc non sufficit extraiudicialis quærela; aut verò contractus non tenet, & tunc quæcumque quærela, etiam extraiudicialis est sufficiens. ita firmauit Accurs. d. l. fina. in gloss. in verbo, conquestus, quem sequitur ibidem Salic. num. 6.

50 † Praxis autem est, quando declarat, se nolle ratificare, sed velit restitui, vt in integrum restitutione petita, contractuq. rescisso, petat se restitui, & reintegrari ad suam possessionem, & si obijciatur amissio possessionis suo facto, replicari poterit, contractum illum rescissum non esse impedimento. ita egregiè consuluit Natta consil. 162. numero 34. lib. 1. quem sequitur Iacobus Menoch. d. remed. 15. numer. 139. vel etiam experiatur minor, vel suo nomine alter, remedio Cano. reintegranda, vt consuluit Neuizan. consi. 85. numero 13. & alij quàmplures relati per Menoch. dicto remed. 15. numer. 191. Ad effugiendam tamen difficultatem probationum in remedio d. Cano. reintegranda requisitarum, securior est superior modus agendi, vt minor narret contractum nullum, & iniquum, minus ritè, & rectè factum, nullitatis, & iniquitatis causas deducens, ob quas ad obseruationem contractus minimè tenetur: Ideoq. iudicis officium imploret, vt contractus nullus declaretur, & is qui nulliter contraxit, eadem sententia condemnetur ad restituendū, & relaxandum bonorum

rum

rum possessionem ipsi minori, cui non poterit referri dominij, vel possessionis quæstio, ex quo ab eo causam habet, cũ minor non fundet se super dominio, vel possessione, nec aliqua alia actione, sed super dicta nullitatis causa duntaxat. ita consuluit Castrens. conf. 105. si non interesset iuramentum, colum. fina. numero 2. volum. 2. & sequuntur quamplures alij relati per Plot. in repetit. l. si quando, numero 205. versiculo vnum perpetuò notabilis, C. vnde vi, vbi ponit modum agendi, & libellandi per minorem ad rescissionem contractus nulliter celebrati. Et aduertit Maurit. in tr[illegible]. de restitut. in integ. cap. 119. quòd si [illegible]inor sua facilitate se cum iuramento ob[illegible]asset, antequàm agat ad rescissionem contractus, debet petere absolutionem a iuramento.

Postquam igitur minor, maior effectus est, in maioriq. ętate ratum habuit, quod in minore gestum erat, superfluum est amplius de Decreto pertractare, cum ipsum in contractibus maiorum necessarium minime sit. Ideo ad laudem DEI, ac eius genetricis MARIÆ semper Virginis, sit huic celeberrimo Decretorum Tractatui finis impositus.

FINIS.

Corrigebat Doct. Huppertus Faber Ubius Agrippinas Lector publicus apud Venetos, & Corrector approbatus.